UAN
DAD AUTÓNOMA DE NUEV
CIÓN GENERAL DE BIBLIOTE

TIROCINIVM

PHAMACEVT.

RS79
.L6
1719
c.1

TÓNOMA

NERAL DE

135930

15

UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN
ALERE FLAMMAM VERITATIS
87 67152
615

# TYROCINIVM
## PHARMACEVTICVM
## THEORICO-PRACTICVM
## GALENO-CHYMICVM

EXAMINANDIS IVVENIBVS
Pharmacopœis per vtile.

ILL.^{MO}

CATHOLICÆ MAIESTATIS
Archiatro Regali nuncupatum.

*AVTHORE*

D. IOANNE DE LOECHES,
in Curia Matritenſi
Pharmacopœo.

MATRITI:

Apud Franciſcum Martinez Abad. Anno
Domini M.DCCXIX.

UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

1080046234

FONDO BIBLIOTECA PUBLICA DEL ESTADO DE NUEVO LEON

UANL FONDO

135930

EPISTOLA NVNCVPATORIA;

ILLmo. CATOLICÆ MAIESTATIS
Archiatro Regali,

PRÆCIPVEQVE

D.D. IOANNI HIGGINS DIGNISSIMO
Præſuli,

NECNON

D.D. PETRO DE AQVENZA, ET
D.D. Ioanni de Lope, Eruditiſsimis
Proto-Medicis,

ETIAM

D.D. IOANNI XIMENEZ CORTOS;
D.D. Petro de Nabarrete, & D.D. Ignatio Ros,
Sapientiſsimis Scrutatoribus,

HVIVSQVE REGALIS ARCHIATRI
D.D. Ignatio Chavarria, Fiſcali, &c.

A*Ltiſsimus creavit Medicinam* (eructavit Sapiens) qui ergo omnis Medicinæ, & omnium Medicorum facultati, & dignitatibus præſunt Altiſsimo, & ſimilimo ſupernæ poteſtatis fruuntur gubernio: *Eſt*



*Me-*

*Medicus prudens cunctis præſtantior vnus* (aiebat Homerus) qui enim tot, ac talibus, tantiſque præſtantur, qualis erit præſtantia, & veneranda Maieſtas? Ob hoc ergo Ill.^me Princeps, me cogitabundo, ad vnum redigere opus, & in vnum recolligere, quæ Pharmacopicæ facultatis in tot ſemi voluminibus, ſive parvis tractatibus, aut partialibus codicibus diviſa, labore, & ſtudio (quo potui) inveni, & iuxta vſitatiores ſchedulas ordinavi, Cœlſo D. V. Ill.^mæ Tribunali dicari equm duxi; quam primum, vt ſecundum Chriſtum Dominum, Cœſari, quæ ſunt Cœſaris veniant, & ſi ad mare redeunt flumina, quæ ab illo fluxerunt, rivuli ad mare magnum Archiatricæ facultatis mei laboris congeries aſcendant. *Tota Dei eſt Medicina* ſecundum Rhaſis: fac ergo Ill.^me Princeps pro Tyronibus huic, vt credo, vtilitatis, & facultatis operi, præ manibus adquirendum perfacili: & ſi quid in illo (vt erit) non purificatum inſpexeris, tuæ ſupremæ poteſtati emendandum, & corrigendum ſubmitto: ſi autem, Deo favente, quod in-

ingenuitatē incœpi; ſaltim ad vtilitatem conſumavi, benigno ſuſcipe vultu, & favore proſequere: ad cuius per illuſtres advolutus pedes humiliter.

D. O. C. Q.

Veſtræ Supremæ Dominationis, & Regalis Archiatricæ poteſtatis additiſsimus Cliens:

*Ioannes de Loeches.*

CEN-

UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN ®
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

## *CENSVRA DEL Rmo. PADRE Fernando Garcia de Palacios, de los Clerigos Menores, Predicador Mayor de las Caſas de Barcelona, Calatayud, y Madrid.*

LIbrum qui inſcribitur: *Tyrocinium Pharmaceuticum, Theorico-Practicum, Galeno Chymicum, Examinandis ſubeuntibus Pharmacopolis per vtile.* A D. Ioanne de Loeches elaboratum; ex commiſsione D. Doctoris Ioſephi Gomez y Llorens, Regij Cappellani, necnon Fiſcalis Saceli Regij, & Vices gerentis per Illuſtriſ. D. Vicarij Generalis Matritenſis. Non ſine magna atentione, & animi voluptate percurri. Nihil in eo diſſonum Fidei, nihil à bonis moribus devium: Omnia in eo diligenter, & accuratè congeſta; omnia curioſè non minus, ac erudite tractata, Mundi ſi oculis obiiciantur, vtilia, & non iniucunda legentibus fore cenſeo. Dignum ergo illum reor, vt typis imprimatur. Salvo, &c. Datum Matriti, in hac Spiritus Sancti Domo, Patrum Clericorum Regularium Minorum, Idibus Maij. Anni Domini milleximi ſeptingenteſsimi decimi noni.

*Ferdinandus Garcia de Palacios.*
Clericorum Minorum.

LI-

## *LICENCIA DEL ORDINARIO.*

NOS el Doctor Don Joſeph Gomez y Llorens, Capellan de Honor de ſu Mageſtad, y Theniente de Vicario de eſta Villa de Madrid, y ſu Partido, &c. Por la preſente, y por lo que à Nos toca, damos licencia para que ſe pueda imprimir, è imprima el Libro intitulado *Tyrocinium Pharmaceuticum, Theorico-Practicum, Galeno-Chymicum*, compueſto por Don Juan de Loeches, Maeſtro Boticario en eſta Corte; atento de nueſtra orden, y comiſsion ha ſido viſto, y reconocido, y no contiene coſa opueſta à nueſtra Santa Fè Catholica, y buenas coſtumbres. Dada en Madrid à diez y ſiete de Mayo de mil ſetecientos y diez y nueve.

*Doct. D. Joſeph Gomez y Llorens.*

Por ſu mandado:
*Joſeph Fernandez.*

CEN-

UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

## *CENSVRA DEL DOCTOR Don Antonio Lalocha, Medico de Camara de ſu Mageſtad, Proto-Medico que fue de la Armada, Plaza, y Exercito de Ceuta, Socio de la Regia Sociedad Hiſpalenſe.*

OBedeciendo el Orden de V. A. he viſto vn Libro manuſcripto; intitulado *Tyrocinium Pharmaceuticum, Theorico-Practicum, Galeno Chymicum*, ſu Autor Don Juan de Loeches, Boticario en eſta Corte: En el qual he encontrado, que ha deſcripto vn methodo facil para la mejor enſeñanza, y vtilidad de los jovenes que intentan inſtruirſe en el precioſiſsimo Arte Pharmaceutico, prodoniendoles en breves preceptos las primeras, y fundamentales reglas de eſta facultad, la qual es vna de las principales partes, que componen la Sciencia Medica: en cuyas alabanzas habla el Ecleſiaſtes quando dize que *Vnguentarius faciet pigmenta ſuavitatis, & vnciones conficiet ſanitatis, & non conſum ebuntur opera eius, pax enim Dei ſuperfaciem terræ*, y en otro lugar compara el Supremo Architipo ſu infinita, y incomprehenſible ſabiduria à las oloroſas compoſiciones, que compone la Pharmaceutica: *Sicut Cinnamomum, & balſamum aromatizans odorem dedi, quaſi myrrha electa dedi ſuavitem odoris.* En lo demàs eſte compoſitor ſin faltar à las primeras noticias Galenicas delinea con deſtreza todas las compoſiciones Chymicas mas vſuales en eſta Corte, y ſin confundirſe en la diverſidad de parezeres; delibera con cordura los mejores; y mas experimentados remedios deſcriptos por varios Autores, que à coſta de ſus deſvelos han merecido el aplauſo vniverſal en ſu facultad. Y no oponiendoſe en coſa alguna al decoro de las buenas coſtumbres; ni à los Dogmas Catholicos de nueſtra Santa Fè, ſoy de ſentir, que pide de juſticia la gracia para poderſe imprimir, ſalvo meliori. De mi Eſtudio, en Madrid à tres de Mayo de 1719.

*Doct. Don Antonio Lalocha.*



UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

Tiene Privilegio de los Señores del Real Conſejo de Caſtilla Don Juan de Loeches por diez años, para imprimir eſte Libro intitulado: *Tyrocinium Pharmaceuticum, Theorico-Practicum, Galeno-Chymicum*, ſin que otra perſona pueda imprimirle por el referido tiempo de diez años, ſin incurrir en las penas contenidas en el dicho Privilegio, deſpachado en el Oficio de Don Baltaſar de San Pedro, y Acevedo. Madrid, y Septiembre dos de 1719.





Vidi Tyrocinium Pharmaceuticum D. Ioannis de Loeches, opus certè (nullus dubito) nimis vtile Tyronibus, & ſimplicitèr neceſſarium, ſed, & provectis vtile, & iucundum; nam eius perſpicuitas, concinitas, & brevites ita conglutiuatæ ſunt, vt verificetur omne tulit punctum.

Materia Medica (non Lana Caprina) eſt huius Libri Materia, nulla Dignitate ſublimior, & neceſitate præſtantior: Arma quibus profligari, & profugari debent morbi hoſtes infenſiſsimi humanæ naturæ ſunt huius voluminis thæſis, & quamvis Author, in operis fronte, de Myſtica eorum energia, & viribus tractet, quia pedit Deus hominibus hanc peſsimam ocupationem, volomptas in eo laudanda etiam ſi non inveniat; nam in magnis voluiſſe ſat eſt.

In Praxi (quæ manus dextera Medici) nulli cædit, tâm in electione, quàm præparatione, & compoſitione medicaminum electiſsimorum, iam veterum noviter ſculptorum, iam recentium efficaciſsimorum quibus præſens, & felicius ſæculum ditatur, vt novo mundo mineralibus argenteis; & neſcio quid non tibi in paucis offerat? Sciant exteræ Gentes Hiſpaniam noſtram in omnibus eſſe ambidextram, ſciantque latium vbique ad eſſe, ſtylum perſpicuum, læconicum, & comptum, (non vulgari idyomate, ne ſacraris huius Artis hominibus profanis revelentur) Phyliatris Tyronibus librum hunc ſuggerere; ob quæ magnæ vtilitatis futurum cenſeo. Datum Matriti ex Muſæo noſtro Idibus Maij anni 1719.

*Doct. D. Emmanuel de Anaya.*

FOL.17.lin.37.Capparorum,lee capparum. fol.45. lin.14. mor,lee mox.fol.48.l.29.diſtillationis, lee diſtillatione, fol.49.l.37.odorer,lee odorem,fol.50.l.14.farinacem, dic fa-rinaceam.fol.55.l.25.pulveris,dic pulveres,fol. 59. Lvltima, medi' lee mediæ,fol.69.l.29.diſcutit, lee diſtendit. fol. 71. ac lapides,lee ad lapides,fol.79.conduci,lee conducit.fol. 84.l. vlt.Zagalil Tympani,lee Zaquantympani.fol.93.l.8.id modu lee in modum.fol.107.l.vlt.cettice,lee cortice. fol.207.l.11. acuti,lee acutæ. fol.269. lin.7.valet,lee valent.fol.277. l. 17. evapore,lee evaporare.fol.326.l.8.ſucci lee ſucco. fol.343. l. 28.vnaque,lee vnaquaque. fol.352.l.22. veribus,lee viribus, idem l.2.alvi lee albi.fol.359.l.26.ſanguinem,lee ſanguineã fol.408. l.28.pacaliſi,lee paralyſi. fol.412. l.2. cuticulum,lee cuticulam.fol.413.l.26.præſtantiſsimus,lee præſtantiſsimum. fol.417.l.5.inſlamarionibus,lee inflammationibus.f.420.l.28 igne,lee ignem.fol.424.l.23.eluptur,lee eluatur.fol.42..l.5. Aput,lee Caput fol.427.l.35.mandatur,lee mundatum.f.443 l.26.trium,lee trinum fol.445 l.13.diſſolus,lee diſſolutus,fol. 476.l.22.eſt,lee ex.fol.479.l.10.pedem,lee pedum.fol.481.l. 26.vitro,lee vetero.fol.494.l.30. dodec,lee donec. fol. 501. l.8.populis,lee populi.fol.505.l.27. vitide, lee veride,f.516. l.28.petroelei,lee petrolei.

He viſto eſte Libro intitulado: *Tyrocinium Pharmaceuticum, Theorico Practicum,Galeno Chymicum*, y con eſtas erratas correſponde con ſu original. Madrid, y Noviembre 28.de 1719.

*Don Benito del Rio y Cordido*
Corrector General por ſu Mageſtad.




Caput VI. de Trochiſcis, & Sief. fol.256.

Caput VII. De Extractis, & Eſſentijs. fol.273.

Caput VIII. De tincturis, Elixyris, & Balſamis. fol.285.

Cap.IX. De Decoctis. fol.308.

Caput X. De Infuſionibus. fol.312.

Caput XI. De Syrupis, Julapijs, Mellibus, Rob, & Hydromelite. fol.318.

Caput XII. De Aquis. fol.373.

Caput XIII. De Spiritibus. fol. 392.

Caput XIV. De Salibus. fol.410.

Caput XV. De Floribus, & ſublimatis, Calcibus, ſeu Calcinatis, & Magiſterijs. fol. 422.

Cap. XVI. De Miſcelaneis Galeno-Chymicis. fol.457.

Cap. XVII. De Oleis. fol.467.

Caput XVIII. De Vnguentis, & Balſamis vnguentarijs. fol. 499.

Caput XIX. de Emplaſtris, Ceratis, & Cataplaſmatis. fol.527.




UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN ®
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

# PRÆFATIO AD Lectorem.

HOc brevi quidem opere, Lector benigne, haud nova inventa, ſed priſcorum venerabilium vigilias proficua eruditione refertas, ac recentiorum labores ſedula inveſtigatione affluentes, & politiore cura enucleatas tibi libenter obijcimus.

Si noſtri quæſiecis operis ſcopum, hoc vno ducti ſumus vt maiorum noſtrorum præcipuis, validioribus, & apud eoſdem frequentioribus ſchedis vna productis, faciliorem Tyronibus methodum, ad ipſorum munus ritè, rectèque adimplendum præberemus, communi nempè vtilitati perpetuò conſulentes; ſiquidem vti nulla res in his quæ corpus ſpectare novimus, eiuſdemmet corporis ſalute precioſior exiſtit, ita ipſi, medijs Medicorum, Phiſicorum, & in re pharmaceutica edoctorum, indagine, ſpeculatione, necnon perſpicacia acutiori (vt par eſt) providere maxime expedit, vel ad hoc, vt poſſeſſam tueantur, vel amiſſam reſtituant ſanitatem.

Ad hæc, tum Chriſtianæ pietatis nutu, cum animum exercendi ſtudio proceſsimus; non vero docendi arrogantia, vel auræ captandæ inani deſiderio ducti; ſi laborem noſtrum non probaveris hoc, vnum à te exorare liceat, vt quod tempus in opere noſtro flagris violenter eliminando terere forſam cuperes, id in emendando ſapientèr expendas, ſimul atque vt omnibus, nos erudiendo proficere queas, VALE.





# TYROCINIVM PHARMACEVTICVM THEORICO-PRACTICVM, GALENO-CHYMICVM.

## LIBER I.

## DE THEORICA PHARMACEUTICA.

## CAPUT I.

M*Agiſter*. *Pharmacia* quid?

*Diſcipulus*. Eſt *Ars*, quæ docet rationem eligendi, præparandi, & componendi Medicamenta eorumque facultates, & vſus.

*M*. Obiectum Pharmaciæ quid?

*D*. Res naturalis medicamentalis.

*M*. Res naturalis medicamentalis quid?

*D*. Quæcumque res ad medicandum adaptabilis.



UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS ®

# PRÆFATIO AD Lectorem.

HOc brevi quidem opere, Lector benigne, haud nova inventa, ſed priſcorum venerabilium vigilias proficua eruditione refertas, ac recentiorum labores ſedula inveſtigatione affluentes, & politiore cura enucleatas tibi libenter obijcimus.

Si noſtri quæſieris operis ſcopum, hoc vno ducti ſumus vt maiorum noſtrorum præcipuis, validioribus, & apud eoſdem frequentioribus ſchedis vna productis, faciliorem Tyronibus methodum, ad ipſorum munus ritè, rectèque adimplendum præberemus, communi nempè vtilitati perpetuò conſulentes; ſiquidem vti nulla res in his quæ corpus ſpectare novimus, eiuſdemmet corporis ſalute precioſior exiſtit, ita ipſi, medijs Medicorum, Phiſicorum, & in re pharmaceutica edoctorum, indagine, ſpeculatione, necnon perſpicacia acutiori (vt par eſt) providere maxime expedit, vel ad hoc, vt poſſeſſam tueantur, vel amiſſam reſtituant ſanitatem.

Ad hæc, tum Chriſtianæ pietatis nutu, cum animum exercendi ſtudio proceſsimus; non vero docendi arrogantia, vel auræ captandæ inani deſiderio ducti; ſi laborem noſtrum non probaveris hoc, vnum à te exorare liceat, vt quod tempus in opere noſtro flagris violenter eliminando terere forſam cuperes, id in emendando ſapientèr expendas, ſimul atque vt omnibus, nos erudiendo proficere queas, VALE.





# TYROCINIVM PHARMACEVTICVM THEORICO-PRACTICVM, GALENO-CHYMICVM.

## LIBER I.

## DE THEORICA PHARMA-ceutica.

## CAPUT I.

*M*Agiſter. *Pharmacia* quid?

*Diſcipulus.* Eſt *Ars*, quæ docet rationem eligendi, præparandi, & componendi Medicamenta eorumque facultates, & vſus.

*M.* Obiectum Pharmaciæ quid?

*D.* Res naturalis medicamentalis.

*M.* Res naturalis medicamentalis quid?

*D.* Quæcumque res ad medicandum adaptabilis.



UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN ® DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

*M.* *Medicamentum* quid?

*D.* Eſt illud, quod applicatum exterius, aut propinatum interius, poteſt excitare in humoribus noſtris aliquam alterationem, ſivè mutationem cauſare.

*M.* Medicamentum quotuplex?

*D.* Duplex; *Simplex*, & *Compoſitum.*

*M.* Medicamentum ſimplex quid?

*D.* Quod à ſola natura nobis ſuggeritur, & nihil ab arte permixtum habet.

*Nota, quod aliqua Medicamenta compoſita vocamus ſimplicia, pro diſtinctione aliquorum eiuſdem ſpeciei, & nominis, vt Oxymel ſimplex, Hamech ſimplex, Diaprunis ſimplex, & ſimilia.*

*M.* Medicamentum compoſitum quid?

*D.* Quod ex pluribus ſimplicibus ſimul mixtis conſtat, aut artis miniſterio in aliam formam commutatur.

*M.* Medicamentum quomodo poteſt alterare noſtram naturam?

*D.* Cauſando in ſpiritibus, humoribus, & partibus ſolidis aliquam mutationem.

*M.* Quomodo fit iſtud?

*D.* Calefaciendo, rarefaciendo, refrigerando, humectando, deſiccando, leniendo, condenſando, dulcificando, adſtringendo, emolliendo, digerendo, reſolvendo, corrodendo, incraſſando, abſtergendo, ſiſtendoque, &c.

*M.* Medicamenta quomodo *calefaciunt*?

*D.* Medicamenta calefaciunt per ſe, cum componuntur ex partibus ſalinis, aut ſulphureis, quia tunc agitationem humorum augent, vt ſunt: Abſynthium, Cinnamomum, pipera, zingiber, nux moſchata, caryophylli, & ſimilia: calefaciunt etiam per accidens, obſtruendo aliqua vaſa, quia tunc humores ibi permanent, & fermentantur, vnde calor provenit in corpore; hæc ſunt narcotica, acida, & plures fructus immaturi.

M.



*M.* Medicamenta quomodo *refrigerant*?

*D.* Refrigerant per ſe, cum componuntur ex particulis aquoſis, & glutinoſis, propterquod acrimoniam humorum temperant, eorum motum impetuoſum ſedando; hæc ſunt: lactuca, bugloſſum, tragacanthum, & ſimilia: etiam refrigerant per accidens, cum ea quamvis ſint calida, & acriora, mixta in exigua quantitate in magna copia, liquoris aquoſi, ei inſerviunt vt vehiculum ad penetrandum; hæc ſunt ſpiritus vitrioli, ſulphuris, & ſimilia: etiam hi ſpiritus acidi refrigerant, figendo, præcipitandoque ſulphura, & ſalia volatilia, quæ per celeritatem eius motus, ſunt cauſa caloris: etiam refrigerant, aperiendo vias vrinarias, vt tranſeant humores producentes extraneum calorem in vaſa.

*M.* Medicamenta quomodo *humectant*?

*D.* Medicamenta *humectant* cum componuntur, ſeu abundant ex parte lymphatica, & phlegmatica, augendo aquoſitatem humorum, vt ſunt: malvæ, portulacæ, cucumeres, lactuca, & ſimilia.

*M.* Medicamenta quomodo *deſiccant*?

*D.* Quatuor modis, *Primò*, extrahendo per poros humiditates ſuperfluas, ob tenuitatem partium eorum, per ſua ſalia ſulphurea, vt ſunt: Smilax, radix chinæ, lignum ſanctum, & ſimilia: *Secundò*, abſorvendo, aut deſtruendo humores acres, ſuis partibus terreſtribus, & poroſis, vt ſunt: argenti ſpuma, terra ſigillata, lapis calaminaris, oculi Cancrorum, corallium, cæteraque alkalina: *Tertiò*, quando ſunt cauſtici, vrunt extremitates vaſorum tribuentium humorem parti, cicatrizando eas, vetando, ne vlcus impregnetur humoribus, vt antea; hæc ſunt: Vitriolus, alumen vſtum, lapis infernalis, butyrum antimonij, præcipitatum ruber, omniaque acida cauſtica: *Quartò*, quando ſunt detergentes, mundificando vlcera à ſuis ſanieis, quia tunc cum non ſint plures materiæ excitantes ſibi fermentationem, & corruptionem vulnera cicatrizantur, vt ſunt: Aqua phagadenica, tinctu-



ra

UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

ra myrrhæ, tinctura aloes, ariſtolochiæ vtriuſque aliaque medicamenta vulneraria.

*M.* Medicamenta quomodo *leniunt?*

*D.* Medicamenta *leniunt*, ſeu *mollificant*, cum componuntur ex partibus mucilaginoſis, ſeu glutinoſis, & aliquo ſale inſervienti eis, vt vehiculum ad penetrandum, vt ſunt: Malvæ, Violæ, Fœnugræci, Semen lini, & ſimilia.

*M.* Medicamenta quomodo *condenſant?*

*D.* Duobus modis, *primò*, deſiccando humorem ſuperfluum, vt faciunt ſudorifica: *Secundò*, figando humorem frigiditate communicanti parti afflictæ exterius adhibita vt ſunt: albumina ovorum, aqua frigida, & ſimilia: ſivè figendo ibi humorem ſuo acido, vt facit oxycratum, ſiſymbrium aquaticum, & interius propinati ſpiritus acidi.

*M.* Medicamenta quomodo *rarefaciunt?*

*D.* Medicamenta *rarefaciunt*, ſivè *attenuant*, humores dividendo, eoſque liquidando, quia componuntur ex particulis ſubtilibus, & penetrantibus, vt ſunt: ſpiritus vini, & ſalia volatilia.

*M.* Medicamenta quomodo *dulcificant?*

*D.* Duobus modis: *primò*, refrigerando aliquantulum ſanguinem, velocem ſuum motum moderando, vt faciunt emulſiones hordei, balnea, & fomenta: *Secundò*, in cerebro vaporem narcoticum, ſeu ſtupefacientem cauſando, quo motus ſpirituum ſedatur, faciendo eos motu ſuo priſtino circulari, vt ſunt, opium, papaver, & ſimilia: etiam alkalina dulcificant abſorvendo acidum immoderatum.

*M.* Medicamenta quomodo *adſtringunt?*

*D.* Medicamenta *adſtringunt* per ſtypticitatem ſuam, cum impregnantur acido im naturo terreſtri, quò facilimè coagulant humores, reorim intque fibras viſcerum: hæc ſunt: Succus Cydoniorum, ſorbæ, & ſimilia *Adſtringunt* etiam abſorbendo humorem acrem, cauſantem vomitum, & diarrhæas, partibus ſuis terreſtribus, & alkaliais hæc ſunt: Corallium, Mar-



garitæ, Terra ſigillata, Bolus armena, & ſimilia. *Adſtringunt* etiam excitando ſudorem, quia tunc eijciunt per diaphoreſim cauſam infirmitatis, vt faciunt ſmilax, radix chinæ, Bezoares, &c. *Adſtringunt* etiam evacuando, & hoc faciunt duobus modis *primò*, cum hęc medicamenta, aut ſimilia evacuationem facientia, continent in ſe partes terreas, ſeu ſtypticas, quæ permanent poſt evacuationem, & faciunt operationem ſuam, vt ſunt: hypepaquanæ radix, rhabarbarum, tamarindi, & ſimilia: *Secundò*, per accidens, quando poſt evacuationem per catharticum excitatam; venter adſtringitur per aliquod tempus, quia hęc medicamenta faciunt expellere magnam copiam humiditatum, qua propter non deſcendunt in inteſtina humiditates neceſſarię pro ſolidis humectandis. *Adſtringunt* etiam diuretica evacuando per vias vrinarias ſeroſitates in inteſtina deſcendentes; hæc ſunt: gramma, fragaria, aſparragus, tartarus vitriolatus, ſpiritus terebinthinæ, ſpiritus vitrioli, & ſimilia.

*M.* Medicamenta quomodo *emolliunt?*

*D.* Medicamenta emolliunt ventrem excitando levem fermentationem, vt faciunt pruna, ceraſa acida, viola, &c. ſeu materias morbificas liquidando, vt faciunt lac, decoctiones hordei, bugloſſi, borraginis, & ſimilia: etiam fomentationes, & balnea.

*M.* Medicamenta quomodo *digerunt?*

*D.* Medicamenta digerunt, ſeu excitant ſupurationem, ſuis particulis ſalinis, & penetrantibus, rarefaciendo humorem detentum; hæc ſunt: Cæpæ, gummata, fermentum, & ſimilia.

*M.* Medicamenta quomodo *reſolvunt?*

*D.* Duobus modis: *Primò*, cum componuntur ex particulis volatilibus, & penetrantibus, quibus poros aperiendo, exitum tribuunt humoribus, vt ſunt: Spiritus volatiles, Mercurius, & ſimilia: *Secundò*, cum componuntur ex partibus mucilaginoſis, & emollientibus, diſſolvunt humorem continentem magnam con-

conſiſtentiam, cumque diſponunt ad circulandum cum ſanguine, cæteriſque humoribus, hæc ſunt: Cataplaſmata, emplaſtrum meliloti, emplaſtrum de mucilaginibus, & ſimilia.

*M.* Medicamenta quomodo *corrodunt?*

*D.* Medicamenta *corrodunt* quando imprægnantur ſalibus acidis, & acutiſsimis, vt ſunt: lapis infernalis, ſublimatus corroſivus, præcipitatus ruber, butyrum antimonij, & ſimilia.

*M.* Medicamenta quomodo *incraſſant?*

*D.* Medicamenta *incraſſant* quando componuntur ex partibus glutinoſis, quibus inſpiſſant humores, vt ſunt: Symphytum, vis malva, hordeum, tragacanthum, & ſimilia.

*M.* Medicamenta quomodo *abſtergunt?*

*D.* Medicamenta *abſtergunt* cum componuntur ex partibus ſalinis, ſeu rareſacientibus, tuncque præparant humorem ad evacuandum: ſive expellendum, vt facit ſanicula, vinca pervinca, agrimonia, aloe, mirrha, aqua Phagædenica, alumen, & ſimilia.

*M.* Medicamenta quomodo *ſiſtunt?*

*D.* Vetando ne humores cadant ſupra partem afflictam; *v. g. oleus*, hæc ſunt Oxycratum, vinum chalybeatum, &c.

*M.* Medicamenta *purgantia*, quæ?

*Purgantia.* *Solutiva.*

*D.* Medicamenta *purgantia*, ſive *ſolutiva* ſunt, quæ fermentationem excitant in corpore, qua irritatio cauſatur, qua humores liquidando, eoſque ad evacuandos præparando, expelluntur, hæc ſunt: *Cathartica*, ſivè *Purgantia*, *Emetica*, ſivè *Vomitiva*, *Diuretica*, ſivè *Aperitiva*, *Diaphoretica*, ſive *ſudorifera*.

*Cathartica* *Emetica.* *Vomitiva.*

*M.* Medicamenta *emetica*, ſivè *vomitiva*, quæ?

*D.* Sunt medicamenta purgantia plena particulis ſulphureis ſalinis ad motum, qui per illa movetur, cum ingrediuntur in ſtomacho, tam diſpoſita, vt antequam in inteſtinis deſcendant pungunt fibras ſtomachi, convulſionem quandam ibi cauſando, qua vomitus cauſatur; hæc ſunt: quaſi omnia præpa-

pa-



parata ex antimonio, aſarum, vitriolum, & ſimilia.

*M.* Medicamenta *Diuretica* quæ?

*D.* Medicamenta *Diuretica*, ſivè *Aperitiva*, ſivè *Nephritica*, ſive *Lithontriptica*, ſunt quæ humorem ſeroſum, & aquoſum ſanguinis deducunt ad renes, & veſicam, vt inde eiiciantur, quia componuntur ex partibus ſalinis, & penetrantibus, quibus rareſaciunt ſanguinem, propterquod ſeroſitates ſuæ præcipitantur, hæc ſunt: Cryſtallus tartari, tartarus vitriolatus, ſpiritus ſalis, petroſelinum, apium, bruſcus, & ſimilia.

*Diuretica.* *Aperitiva.* *Nephritica* *Lithontriptica.*

*M.* Medicamenta *Diaphoretica*, ſivè *ſudorifera*, quæ?

*D.* Quę componuntur ex partibus ſalinis volatilibus, quibus aperiunt poros corporis eiiciendo humores per diaphoreſim, ſeu tranſpirationem, hæc ſunt: Salia volatilia, ſmilax aſpera, guajacum, & ſimilia.

*Diaphoretica.* *Sudorifera*

*M.* Medicamenta purgantia in quæ dividuntur?

*D.* In *Phlegmagoga*, *Cholagoga*, *Melanagoga*, *Hydragoga*, & *Panchimagoga*.

*Purgantia.*

*M.* Medicamenta *Phlegmagoga* quæ?

*D.* Quæ componuntur ex partibus volatilibus, & penetrantibus, qua propter ſunt magis accommodata quam alia ad elevanda in cerebrum, & ideò vocantur purgantia ſpecialia cerebri, hæc ſunt: Agaricus, colocynthis, flos maliperſici, & ſimilia.

*Phlegmagoga.*

*M.* *Cholagoga* quæ?

*D.* Medicamenta *Cholagoga* ſunt in quibus non invenitur tanta activitas, quanta in aliis, qua propter purgant humorem faciliorem ad evacuandum, qualis eſt cholericus, hæc ſunt: Caſia fiſtula, rhabarbarum, & ſimilia.

*Cholagoga.*

*M.* *Melanagoga* quæ?

*D.* Quæ componuntur ex partibus fixis, & magis purgantibus, quapropter diſſolvunt humorem tartareum & melancholicum, vt reddant faciliorem ad evacuandum, hæc ſunt: Scammonium, ſenna, turpethum, elleborus, & ſimilia.

*Melanagoga.*

*M.* *Hydragoga*, quæ?

*Hydragoga.*

D.

*D.* Quæ componuntur ex partibus reſinoſis, & ſalinis, quibus vaſa lymphatica aperiunt, ſeroſitati exitum tribuendo; hęc ſunt: Jalappa, Mechoacanna, iris, & ſimilia.

*Panchimagoga.*

*M. Panchimagoga* quæ?

*D.* Quę omnes humores evacuant, quia componuntur ex permiſtione omnium purgantium, vt ſunt: Diacatholicum, Hamech, extractum catholicum, & ſimilia.

*Cardiaca. Cordialia.*

*M.* Medicamenta *Cardiaca*, ſivè *Cordialia* quæ?

*D.* Quæ fortificant cor, inſtaurando ſpiritus, corporique dando robur ſecundum exigentiam: ſuntque tribus modis, ſcilicèt: *Rarefacientia*, *fixantia*, & *confortantia.*

*Rarefacientia.*

*M. Rarefacientia* quæ?

*D.* Quæ per tenuitatem eius ſubſtantię, & volatilitatem augent motum, circulationemque humorum, hæc ſunt: pulvis viperarum, confectiones Alchermes, Hyacinthorum, &c. Ambra, Moſchus, Santalum citrinum, caſia lignea, caryophyllus, & ſimilia.

*Fixantia.*

*M. Fixantia* quæ?

*D.* Quę per aciditatem ſuam, ſivè ob virtutem narcoticam, moderant, ſedantque pro aliquo tempore motum impetuoſum ſpirituum, hæc ſunt: Spiritus vitrioli, ſucci acidi, ſomniferaque.

*Confortantia.*

*M. Confortantia* quæ.

*D.* Quæ per conſenſum ſuarum partium cum ſpiritibus corporis noſtri, corrigunt commotiones humorum, tum motum tardum commovendo, tum nimium motum moderando, aut earum impuritates ſegregando.

*Cephalica.*

*M.* Medicamenta *Cephalica* quæ?

*D.* Quæ componuntur ex partibus ſulphureis, & volatilibus, quamobrem tribuunt cerebro vaporem gratum, quo pituita immodicè pinguis attenuatur, portioque eius aliqua diſsipatur, ac tunc ſpiritus animales augentur, & circulatio humorum excitatur, hæc ſunt: Nicotiana, Betonica, Salvia, Caryophylli, & ſimilia.

M.



*Opthalmica.*

*M.* Medicamenta *optalmica* quæ?

*D.* Quæ roborant, & medentur infirmitatibus oculorum, idque faciunt multis mediis: *Primo*, cum viſus debilitatus fuit ob defectum ſpirituum, aut per fluxionem humoris, iraſcibilis, ſivè phlegmatici. Hæc ſunt: Aqua vitæ, aqua Reginæ Vngariæ, aqua fœniculi, & ſimilia: *Secundò*, cum oculi rubicundi, & inflamati ſunt, roborantur, & refrigerantur lacte mulieris, aqua chelidonij, aqua euphragiæ, albuminibus ovorum, conſolida minori, & ſimilibus: *Tertiò*, deſiccando vlcuſcula oculorum medicamentis detergentibus, vt faciunt tutia, ſaccharum ſaturni, ſaccharum cantum, iris, vitriolum, trochiſci albi Rhaſis, & ſimilia.

*Dentifricia.*

*M. Dentrifricia* quæ?

*D.* Quæ appropriantur dentibus mundificandis, ſeu ligamentis ſuis reaffirmandis, vt ſunt: vinum chalybeatum, lentiſcus, roſæ noſtræ, corallium, os ſepiæ, cremor tartari, pumex, & ſimilia.

*Pectoralia Bechica.*

*M.* Medicamenta *Pectoralia*, ſeu *Bechica* quæ?

*D.* Quæ componuntur ex ſubſtantijs oleoſis, dulcibus, ac temperatis, & ob id dulcificant acrimoniam in pectore deſcendentem, hæc ſunt: lac, farfara, glycyrrhiza, iuiubæ, althæa, & ſimilia: etiam medicamenta deterſiva, & rarefacientia inſerviunt, cum pectus obſtruitur, v. g. in *Aſthmate*; hæc ſunt: radices helenij, & iridis, flores Benzoini, flores ſulphuris, Balſamum ſulphuris terebinthinatum, Pilulæ Balſamicæ Ricardi Morthonis, & ſimilia.

*Sthomachica.*

*M.* Medicamenta *Stomachica*, quæ?

*D.* Quæ componuntur ex particulis ſalinis, acribus, & attenuantibus, quibus excitatur in ſtomacho calor ſufficiens, fermentatioque ad materiam viſcidam, & pituitoſam diſſolvendam, impedientem ſuis fibris motum ſpirituum, hæc ſunt: Cinnamomum, nux moſchata, aniſum, coriandrum, cortices arantiorum, citri, & ſimilia: aliquoties etiam fibræ ſtomachi ſimpliciter relaxantur, & tunc ſufficiunt medicamenta adſtringentia aſſeverandis illis, vt conſerva roſatum, con-



ſer-

fectio Hyacinthorum, Maſtiche, & ſimilia: Nonnunquam etiam ſtomachus debilitatur, non niſi per acidum, & tunc fortificatur materijs alkalinis quibus acida abſorventur, & dulcificantur, hæc ſunt: Corallium, Margaritæ, Mater perlarum, oculi cancri, & ſimilia.

*Hepatica.* *M.* Medicamenta *hepatica* quæ?

*D.* Quæ corrigunt viſcoſitatem ſanguinis, propter quod, & etiam obſtructiones hepatis, vt ſunt Rhabarbarum, hepatica, aloe, extractum martis, & ſimilia.

*M.* *Splenetica* quæ?

*Splenetica.* *D.* Sunt ſubſtantiæ abundantis ſalibus ſpirituoſis, quibus tollunt recrementa pituitoſa, tartarea, limoſa, ſero immerſa, ac ſanguine; quare infirmitatibus lienis, conducunt, hæc ſunt: Ceterach, tamarix, fraxinus ammoniaci gummi, tinctura martis, & ſimilia.

*Antihyſterica.* *M.* Medicamenta *Antihyſterica*, quæ?

*D.* Quæ in affectibus matricis vtuntur, hæc ſunt ex multis modis: *Primò*, cum componuntur ex particulis ſubtilibus, & ſpirituoſis ſalinis, quæ vigorem tribuunt *matrici*, ad expelendum incommodum ſuum, hæc ſunt: myrrha, oleum ſuccini, caſtorium, aqua cinnamomi, & ſimilia: *Secundò*, cum componuntur ex particulis fixis, reppellunt vapores elevatos à matrice, præcipitando eos, hæc ſunt: ſpiritus nitri dulcificatus, laudanum, & ſimilia.

*M.* Medicamenta compoſita, & ſimplicia quotuplicia?

*D.* Triplicia: *Interna*, *Media*, & *Externa*.

*M.* Medicamenta *interna* quæ?

*D.* Quæ intra corpus aſſumuntur, talia ſunt: apocema, potiones, julepi, ſyrupi, &c.

M. Medicamenta *media* quæ?

Quæ neque intra corpus aſſumuntur, nec corporis ſuperficiei admoventur; qualia ſunt: ſuppoſitoria, clyſteres, &c.

M. Medicamenta *externa* quæ?

*D.* Quæ partibus exterioribus admoventur; cuiuſmodi ſunt: vaguenta, emplaſtra, cataplaſmata, olea, &c.

M.



*M.* *Alimentum* quid?

*D.* Quod à calore nativo commutatum, in corporis noſtri ſubſtantiam converti, illudque nutrire poteſt.

M. Medicamentum in quo differt ab alimento?

*D.* In eo differt, quod medicamentum corporis noſtri ſubſtantiam alterare, neque in eam quatenus tale; converti poteſt.

M. Alimentum medicamentoſum quid?

*D.* Medium quodam inter illa duo vtriuſque naturæ particeps, quod, & nutrire, & alterare poteſt.

*M.* *Venenum* quid?

*D.* Quod humani corporis temperamentum deſtruit atque permutat. *Dicitur venenum quod citò per venas tranſeat.*

*M.* Medicamentum in quo difert ab alimento; & veneno?

*D.* In eo quod alimentum à natura noſtra vincitur; & in corporis ſubſtantiam commutatur: venenum verò corpus noſtrum corrumpit, & ideo, medicamentum eſt veluti medium inter alimentum, & venenum, quod neque à corpore noſtro vincitur, neque illud corrumpit, ſed tantum alterat, & immutat.

*M.* Medicamentum ex quibus fontibus deſumitur?

*D.* Ex tribus: *Ex animalibus, vegetabilibus, ſeu plantis, & mineralibus.*

*M.* Alimentum ex quibus fontibus deſumitur?

*D.* Ex duobus: ex animalibus, & vegetabilibus.

Mineralia excluduntur ex alimento, quia omne mixtum nutriendi facultate præditum, vitam habuiſſe neceſſe eſt, qua mineralia carent.

*M.* *Animal* quid?

*D.* Eſt animata ſubſtantia, motu, ſenſuque prædita.

*M.* Animal vnde dicitur?

*D.* Ab Anima nomen ſibi datum; quia omne animal Anima conſtat.

*M.* Partes animalium vſitatæ pro vſu medico quæ?

*D.* Animalia integra, partes carnoſæ, membranoſæ, cornua, oſſa, cruſtacea, ſeu teſtacea, lapilli, lac, ſella-



UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

medullæ, pinguedines, ſeu axungiæ, ſanguis, ſeva, ſtercora, vrinæ, vngues, & vngulæ, coagula, & alia.

M. Animalium partes quomodo, & vbi aſſervantur, & quandiu aſſervari poſſunt?

D. Carnoſæ animalium partes, lavantur primum cum vino, vel decocto convenienti, hinc exiccantur in furno lento calore, ſiccatæque folijs congruis, v.g. Abſynthij, ne putreſcant involutæ aſſervantur, ſic pulmones parantur extracta aſpera arteria: ſic etiam parantur hepata, lien, &c. Membranoſæ partes, vt inteſtina, ſecundum longitudinem ſeccantur, abluuntur vino, vel decocto convenienti, & in fruſta diſſecta exiccantur in clibano, ac ſervantur involuta folijs convenientibus: Res pingues, & oleoſæ, vt axungiæ, ſeva, medullæ, &c. lavantur in aqua aliquoties, donec puræ evaſerint: hinc lento igne liquantur, colantur, detinenturque ad refrigerationem vſque vt ſordes ad fundum recedant, vel in ſpumam colligantur, poſt reponuntur in loco frigido, ac ſicco, quo ſervantur vaſis vitreis, vrceis, vel vitreatis: ſanguis repurgatur à ſero, & exiccatur in furno: fella detrahuntur à jecore præligatiſque filo, viis introitus, & exitus, ſiccantur in camino ſuſpenſa: coagula exiccantur fumo, aut ſole: Animalia horumque partes, vires ſuas vegetas obtinent, quandiu incorrupta ſervantur, quod, rancido fœtore, ſapore, ſitu, atque coloris mutatione dignoſci poteſt: durabiliores ſunt partes, quæ ſicciores, ac ſolidiores: corruptibiliores, quæ molliores, & hæ ſingulis annis mutari debent.

M. *Vegetabile* quid?

D. Quod ex radice, aut ſemine originem duxit, cuius vis, & potentia conſiſtere dicitur in ſpiritu vegetativo, & eſt propriè ignis naturæ.

M. *Planta* quid?

D. Eſt vegetabile integrum, ſivè *Arborem* velis, ſivè *fruticem, ſubfruticem*, ſivè *Herbam*.

M. *Arbor* quid?

D. Quod à radice, caudice ſimplici, ramoſum, nodoſum, ſurculoſum, aut facilè diſſolubilè aſſurgit, ceu olea, ficus, populus, pyrus, &c.



M. *Frutex* quid?

D. Stirps eſt, quæ à radice caudice multiplici, ramoſoque ſe attollit, vt Rubus, Paliurus, &c. quæ planta non ad iuſtam magnitudinem aſſurgit.

M. *Subfrutex* quid?

D. Planta eſt lignoſa, quæ à radice pullulat, & minutis folijs conſtat, mediam inter herbam, & fruticem naturam, & conſiſtentiam habens, quia lignoſos cauliculos admodum fruticum tenet, & (vt herba) humilis, ac brevis exiſtit, vt ſtœchas, ſalvia, &c.

M. *Herba* quid?

D. Quod à radice foliatum, ſine caudice provenit, ſemenque ſæpius in caule fert, & omni anno decidit, vt frumenta, olera, &c. *Sicut maiores plantæ, arbores, minores herbæ, appellantur: inter quas frutices, & ſubfrutices media dicuntur.*

M. Quo tempore colligenda ſunt vegetabilia?

D. In tempore moderatè ſicco, & frigido, ſerenoque, à crepuſculo matutino, vel ante, vſque ad horas duas, vel tres ante meridiem, cabendo à tempore immoderatè calido, & frigido, vmbroſo, veſpertino, & nocturno, & hæc valdè notabuntur.

M. Quibus in locis colligenda ſunt vegetabilia?

D. Illæ plantæ, quarum collectionis loca ſunt ventoſa, montuoſa, frigidaque, & aquis carentia, orientem verſus ſoli expoſita longè ſunt validiores, naſcentibus cæteris in locis, à vento ſilentibus, campeſtribus, riguis, & opacis.

M. Vegetabilium vſitatæ partes quæ?

D. Cortices, flores, folia, ſeu herbæ, fructus, fungi, ligna, & viſca, radices, ſemina, ſucci, olea, Reſinæ, Gummi, Gummi reſinæ.

M. *Cortex* quid?

D. Eſt tegumentum, ſeu cutis vegetabilium, veluti cruſta quædam, ad corpus tegendum data.

M. *Cortices* vbi aſſervari debent, & quandiu aſſervari poſſunt.

UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN ® DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

**D.** Arculeis ligneis, locoque ſicco aſſervantur, in annum perdurant, & vitra.

**M.** *Flos* quid?

**D.** Gaudium arborum, & herbarum.

**M.** *Flores* quando colligendi ſunt?

**D.** Quando aperti ſunt antequam ſponte ſua defluant; Roſæ vero cum non planè explicatæ viſentur.

**M.** *Flores* quomodo, & vbi aſſervantur, & quandiu aſſervari poſſunt?

**D.** *Flores* aſſervantur à caulibus, ac folijs ſuis herbaceis vt plurimum ſegregati, ſiccati in umbra (maximè qui iucundum odorem halant) arculis tillaceis, vel vitris anguſti orificij, vel capitulis ſtanneis: aſſervari poſſunt quandiu odorem, colorem, & ſaporem retinent, vix autem ſemeſtre durant, (exceptis paucis) mutandi igitur quam citiùs: *Schœnanthi flores decennium durabiles aiunt.*

**M.** *Folia* quid?

**D.** Eſt indumentum, & ornamentum omnium plantarum.

**M.** *Herbæ*, ſeu *folia* quando colligenda ſunt?

**D.** Vt reponantur, quandiu prægnata ſunt ſeminibus colligenda erunt; pro ſuccis earum extrahendis, cum cauliculos primum germinant, niſi ſint viſcoſa, vt bugloſſum, borrago, & ſimilia, quia ex his extrahendi ſunt ſucci cum floreſcunt: & ſi ſint lacteſcentes, vt cichorium, & ſimilia antequam cauliculos germinent.

**M.** *Herbæ*, ſeu *folia* quomodo, & vbi aſſervantur, & quandiu aſſervari poſſunt?

**D.** *Herbæ*, ſeu *folia* ſi grandiora fuerint, caulibus craſſioribus, ſeorſim à caulibus decerpta reponuntur: ſin caulibus ſint tenuioribus, vna cum eiſdem aſſervantur; durabiliora ſunt quam flores, ſed ſingulis annis mutari debent.

**M.** *Fructus* quid?

**D.** Ea plantæ pars, quæ carne, & ſemine conſtat, vt Pyra, Poma, Pruna, Ceraſſa, & ſimilia.

M.



**M.** *Fructus* quando decerpi debent?

**D.** Ad medicinam, dum matureſcunt, ad aſſervationem, ante quam omnino matureſcant, vt neque omnino acerbi ſint, neque ad iuſtam maturitatem pervenerint, niſi ſint auſteri, vt Cydonia, ſorbæ, & ſimilia, hæc immatura aſſervantur.

**M.** *Fructus* quomodo, & vbi aſſervantur, & quandiu aſſervari poſſunt?

**D.** *Fructus* collocandi ſunt impoſiti hordei ſemine, vel alio frumento, flores ſurſum, quotannis mutandi ſunt: exotici tamen duriori cortice, ac cruſta veſtiti, vt Myrobalani, duos, treſvè annos durant.

**M.** *Semen* quid?

**D.** Minutiores plantarum fructus, ex quibus ſimile naſci poteſt.

**M.** Semina quando debent colligi?

**D.** Quando ſiccari cœperint, priuſquam defluant.

**M.** Semina vbi aſſervantur, & quandiu aſſervari poſſunt?

**D.** Semina aſſervantur loco ſicco; vaſculis ligneis, vel vitreatis, chartiſque, vt eo diutius, & ſine impuritate perdurent: calidiora acriora quo magis aromatica ſunt, eò quoque durabiliora, & poſſunt ſervari biennium, ac triennium integra; minutiora tamen, ac frigida, minora, ſingulis annis mutari debent, ſervandaque ſunt diligenter, ne ranceſcant.

**M.** *Radix* quid?

**D.** Infima plantæ pars, qua alimentum trahitur plantæ; & terra cohæret.

**M.** Radix vnde dicitur?

**D.** Ab origine; quia origo plantarum omnium eſt.

**M.** Radices quando effodi debent?

**D.** Præſtat intueri radicum naturam, & ex hac colligendi tempus metiri; ſunt nimirum quæ maturitate lignoſam adciſcunt ſubſtantiam, has præſtat ante quam maturuerint eradicare; ſunt è contra, quæ citra mutationem dictam adoleſcunt, eas etiam effodere licet poſtquam plantæ benè fuerint maturæ, foliaque in

cæ-

ceperint defluere, immo potius, antequam germinent folia à fine autumni, ad veris dimidium.

*M.* Radices quomodo, & vbi aſſervantur, & quandiu aſſervari poſſunt?

*D.* Aliæ ſervantur integræ, vt Ariſtolochia, Gentiana, Hermodactylus, ſatyrium, &c. Aliæ in taleolas diſſectæ, vt Bryonia, enula, Iris, &c. Similiter adimitur nonnullis lignoſa matrix, vt fœniculo, petroſelino, &c. Aſſervandæ ſunt in aerê ſicco, vt exicceptur: minores, rariores, & quarum vires ſolis, vel ignis calore, facile diſsipare poſſunt, in vmbra, & vento exiccandæ ſunt, vt radix apij, fœniculi, &c. Craſsiores, igne, ſole, vel vento ſiccantur, vt bryonia, gentiana, mandragora, Rhaponticum, & ſimilia: tenues, raræ, parvæ, anno quolibet mutantur, vt aſari, aſparragi, & ſimilia: magnæ, craſſa, prædita ſubſtantia, biennium, vel triennium integræ manent, vt Ariſtolochia, Bryonia, gentiana, & ſimilia.

*M. Gummi* quid?

*D.* Lacryma eſt congelata, concretaque, in truncis arborum, ipſam producentium.

*M. Reſina* quid?

*D.* Lacryma eſt concreta, certarum arborum, naturæ oleaginæ, vt terebinthina, &c.

*M.* Gummi in quo differt à reſina?

*D.* In eo, quod gummi in aqua diſſolvitur, & in igne decrepitat; reſina verò in igne flagrat, & in oleo diſſolvitur.

*M.* Gummi, ac reſinæ vbi aſſervari debent, & quandiu aſſervari poſſunt?

*D.* Gummi, ac reſinæ ſiccæ loco ſicco, atque ligneis vaſis includuntur; liquidiores, vrceis; durabiliores ſunt naturæ, ſed neceſſe eſt, vt neque diuturnitate areſacta, nec ſuas qualitates, quas guſtu, & olfatu ſerviunt obſcuras abeant.

*Dum ſimplicia obtineant ſuum colorem, ſuum ſaporem, & ſuum odorem poteſt Medicus vti illis.*

*M.* Flores cordiales, quot, & quales?

D.



*D.* Quatuor: Flores Roſarum Rubrarum, Violarum, Borraginis, & Bugloſsi: ſed Roſa adimitur in decoctionibus, & potionibus cordialibus.

*M.* Herbæ emollientes communes quot, & quales?

*D.* Quatuor: Malva, Althæa, Violaria, & Brancaurſina: quibus alij quoque Betam, Mercuriales, Parietariam, & Atriplicem adijciunt.

*M.* Herbæ Carminativæ, quot, & quales?

*D.* Quatuor: Camæmelum, Anethum, Meliſotus, & Ruta.

*M.* Herbæ Capillares quot, & quales?

*D.* Quatuor: Capillus veneris, Polytrichum, lingua cervina, & ſcolopendria.

*M.* Herbæ Capitales calidæ quot, & quales?

*D.* Quatuor: Stœchas, Calamenthum, Salvia, & Pulegium.

*M.* Herbæ capitales frigidæ quot, & quales?

*D.* Quatuor: Nimphia, Solanum, Plantago, & Hyoſcyamus

*M.* Herbæ Hepaticæ quot, & quales?

*D.* Quatuor: Eupatorium, Hepatica, Lupulus, & Cichorium.

*M.* Herbæ Spleneticæ quot, & quales?

*D.* Quatuor: Scordium, Rubia, Praſium, & Tamarix.

*M.* Semina frigida maiora quot, & qualia?

*D.* Quatuor: Cucurbitæ, Melopeponis, Cucumeris, & Citruli.

*M.* Semina, frigida minora quot, & qualia?

*D.* Quatuor: Lactucæ, Cichorij, Portulacæ, & Scariolæ

*M.* Semina Calida maiora quot, & qualia?

*D.* Quatuor: cumini, Carvi, Aniſi, & fœniculi.

*M.* Semina Calida minora quot, & qualia?

*D.* Quatuor: Ameos, Amomi, Apij, & Dauci.

*M.* Radices aperitivæ maiores quot, & quales?

*D.* Quinque: Apij, Petroſelini, fœniculi, Aſparragi, & Bruſci.

*M.* Radices aperitivæ minores, quot, & quales?

*D.* Quinque: Gramminis, Rubiæ, Eryngij, Capparorum, & Ononidis.

*M.* Duæ radices communes quales?

*D.* Fœniculi, & Petroſelini.

*M.* *Minerale* quid?

*D.* Quodcumque extra familiam, Animalium, & vegetabilium intra terram producitur, vt Metallum, Semimetallum, Excrementum metallicum, Lapis, Sal, & Sulphur.

*M.* *Terra* quid?

*D.* Quæ humido ſubacta diſſolvitur, & lutum fit.

*M.* *Metallum* quid?

*D.* Eſt corpus foſsile natura, vel liquidum, vel durum, ex ſucco ſalino, ſivè mercurio, vi ſui ſulphuris in terra coagulato, quod ignis calore liquefit, ſed refrigerato, & extincto calore, rurſus ad duriciem revocatur, ad propriamque formam.

*M.* Metalla quot, & qualia?

*D.* Septem: Aurum, ſeu Sol, Argentum, ſeu Luna, ferrum, ſeu Mars; Stannum: ſeu Jupiter, Æs, ſeu Venus, Plumbum, ſeu Saturnum, Argentum vivum, ſeu Mercurius.

*M.* *Aurum* quid?

*D.* Eſt metallum cunctorum nobiliſsimum, Colore fu-
*Sol.* lvum, com actum, ex principijs ſummè digeſtis, adeòque fixis; dicitur *Sol*, quia ſoli ſympaticè reſpondere creditur, & etiam cordi humano ſympaticum, vnde dicitur etiam *cor*.

*M.* *Argentum* quid?

*D.* Eſt metallum nobilius, candidum, auro imperfectius;
*Luna.* dicitur *Luna*, eo quod Lunæ ſympaticum ſit; & etiam dicitur *Cerebrum*, quia cerebro humano ſympaticum eſt.

*M.* *Ferrum* quid?

*D.* Eſt metallom ignobilius, conſtans ex mercurio, &
*Mars.* ſulphure, minus liquabile, crudius, ſeu ſi mavis ex ſulphure, & ſale: dicitur *Mars.* quia cum Matte Cæleſti ſympatiam obtinet.

M. *Æs* quid?

*D.* Eſt alterum metallum ex ignobilioribus duriuſculis, con-



ſtans ex ſulphure purpureo, ſale rubro, ac Mercurio citrino: dicitur *Venus* quia cum venere cæleſti *Venus.*
ſympatiam obtinet; appellatur etiam *Cuprum*. *Cuprum.*

*M.* Plumbum quid?

*D.* Eſt metallum viliſsimum, conſtans ex ſulphure indigeſto, ſale aluminoſo, ac Mercurio, naturam Antimonialem emulans: dicitur *Saturnus*, quia cum Sa- *Saturnus.*
turno Cæleſti ſympatiam obtinet.

*M.* *Stannum* quid?

*D.* Eſt metallum molle, album, ſplendens, cum livore quodam, conſtans ex mercurio puriore (in genere ignobiliorum) molliore, fugacioreque quam metalla duriora, fixiore verò quam plumbum, & ſulphure albo minus maturo: dicitur *Iupiter* quia cum Jove *Iupiter.*
ſympatiam obtinet.

*M.* *Argentum vivum* quid?

*D.* Eſt liquor mineralis, ſeu metallicus volatilis, metallis, & præ alijs *Soli* avidè adhærens; dicitur *Mercurius*, quia *Mercurius.*
cum Mercurio Cæleſti ſympatiam obtinet.

*M.* *Semimetalla* quid?

*D.* Sunt mineralia metallis finitima, vt *Antimonium*, & *Cinnabaris*: Alij adjungunt Mercurium.

*M.* *Antimonium.* quid?

*D.* *Antimonium* eſt corpus minerale naturæ metalinæ finitimum, conſtans ex ſulphure minerali, partim puriſsimo natura ſolare, eoque in rubedine fundatorio, & partim combuſtibili (inſtar alterius ſulphuris) & ex copioſo mercurio metallico indigeſto, fulginoſo participante de natura ſaturnina.

*D.* *Cinnabaris* quid?

*M.* Eſt nativa terra mineralis, lapideſcens, rubicunda; coſtans ex ſulphure, & mercurio vivo, cum terreſtri materia, inſtar lapidis compacti. Eſt, & etiam alia cinnabaris factitia.

*M.* *Excrementa metallica* quid?

*D.* Excrementa metalica ſunt naturalia, & artificialia: naturalia ſunt, quæ natura operatrice, dum in gremio terræ metalla generantur ex materia ad generationem co-



UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

eorum idonea remanent; talia ſunt Cadmia nativa, Chalcitis, Miſi, Sory, & Marcaſita, ſeu Biſmuthum: artificialia ſunt quæ ſeparantur à metallis dum in fornace funduntur, & purgantur, vt ſunt Cadmia, Lithargyrus, tutia, & ſimilia.

*M. Lapis* quid?

*D.* Eſt corpus terreum, ſiccum, durum, inductile, vi lapidifica, ex materia lapideſcente, id eſt viſcoſa terreſtri, ſeu tartarea coagulatum.

*M. Sal* quid?

*D.* Eſt ſubſtantia inciſiva, acris, & penetrans, quæ facilimæ eſt ſolutionis in aqua, ac denuo in ſalinam, cryſtalinamque formam coagulabilis, cui debetur efficacia corporum naturalium.

*M. Sal* quotuplex?

*D.* Duplex: Naturale, ſeu Nativum, & Artificiale:

*M. Sal nativum* quid?

*D.* Quòd à ſola natura procreatur, vt ſal commune, ſeu fontanum, ſal marinum, ſal foſsile, ſeu Gemma, vitriolus, Alumen, & Sal Petræ, ſeu Nitrum.

*M. Sal marinum* quid?

*D.* Quod ex aqua marina extrahitur per evaporationem; & à quo fontanum, & Montanum, ſeu foſsile, proveniunt.

*M. Sal commune*, ſeu *fontanum* quid?

*D.* Quòd ex aqua fontana evaporatur, & eſt eiuſdem naturæ ſalis marini.

*M. Sal foſsile*, ſeu *gemma* quid?

*D.* Eſt ſal ſiccum, naturæ eiuſdem ſalis communis, quód dicitur *Gemma* ob ſimilitudinem gemmarum.

*M. Sal artificiale* quid?

*D.* Quod artis miniſterio ex nativis extrahitur.

*M. Salia artificialia* quæ ſunt?

*D. Sal ſalſum*, ſeu *eſſentiale*, *Sal volatile*, *ſal fixum*, *ſal mixtum*, ſeu *neutrum*, *& ſal acidum*.

*M. Sal Salſum*, ſeu *Eſſentiale* quid?

*D.* Eſt Sal ex *Alkali*, & acidi coniunctione emergens, vti ſunt: ſalia eſſentialia plantarum, quæ habent medium



dium inter volatilia, & fixa.

M. *Sal Volatile* quid?

*D.* Quod ſublimatur igne, vt ſal volatile animalium, vegetabilium, ſuccini, ſpiritus ſalis ammoniaci, & ſimilia, quæ appellantur ſalia *Alkalia*, ſeu *vrinoſa volatilia*.

*M. Sal acidum* quid?

*D.* Quod conſtat ex acido fixo, vt ſpiritus ſalis communis, ſpiritus nitri, ſpiritus vitrioli, & ſimilium; etiam ſal commune, ſal gemma, &c.

*M. Sal fixum* quid?

*D.* Quod extrahitur poſt calcinationem ex cineribus, quod dicitur *Sal lixiviale*, & etiam *Sal Alkalinum* ab herba *Kali* ſedi ſpecies, *& fixum*, quia ignis examen conſtanter ſubſtinet.

*M. Sal mixtum*, ſeu *neutrum* quid?

*D.* Quod neque eſt acidum, neque vrinoſum; ſed de vtroque participans, vt tartarus vitriolatus, tartarus nitratus, ſal vegetale, &c.

*M. Sulphur* quid?

*D.* Eſt reſina, ſivè pinguedo terræ, chalcantoſa aciditate gravida.

*M. Sulphur* quotuplex?

*D.* Duplex: *Nativum*, *& factitium*.

*M. Sulphur Nativum* quid?

*D.* Quod ex terra effoditur, purum ſolidum, interdum ſciſsile; venitque nomine ſulphuris vivi, ſeu ignem non experti.

*M. Sulphur factitium* quid?

*D.* Quod ex vivo ſulphure impuriori, pyritivè vi ignis educitur, vel ex aquis ſulphureis excoquitur.

M. *Aqua* quid?

*D.* Eſt corpus liquidum naturale, frigidum, & humidum, conſtans ex particulis minutis eiuſdem eſſentiæ, parvis, longis, rotundis, vtraque extremitate non nihil acutis, quæ invicem vnitæ conſtituunt aquam.

*M. Mineralia* quandiu poſſunt aſſervari?

D.

D. Mineralia (exceptis aliquibus ſulphureis, atque aquis) alia quia ſolidioris, ac durabilioris naturæ, durationis diuturnioris cenſenda ſunt.

M. *Sapor* quid?

D. *Sapor* eſt diſpoſitio corporis ſolubilis, interveniente facultate ſalina, ad affectiones papillarum nervacearum linguæ penetratione levi illorum pororum, cum intermixtione quadam ſalivæ ſolventis.

M. *Sapores* quot?

D. Octo: id eſt primus ***Dulcis***, cui ſubjicitur Pinguis, Saccharinus, & Melleus: Secundus ***Amarus***, cui ſubjicitur Abſyntiacus, Aloeticus, Felleus, Gemmeus, & Salinus: Tertius ***Acer***, cui ſubjicitur Acutus, Mordax, ſeu Septicus, ſive Arſenicalis: Quartus ***Acidus***, cui ſubjicitur Acetoſus, Ponticus, Acidulus, & Ammoniacalis: Quintus ***Pinguis***, cui ſubjicitur unctuoſus: Sextus ***Salſus***, cui ſubjicitur ſeroſus, & Nitroſus: Septimus ***Auſterus***, cui ſubjicitur ſtypticus, Adſtringens, & vitriolatus: Octavus ***Acerbus***, cui ſubjicitur Adſtrictorius, & Ponticus.

Alij addunt ***Inſipidum*** cui ſubjicitur Aqueus.

M. *Dulcis ſapor quid?*

D. Qui guſtu ſuavis, atque iucundus oblectat, nullaque qualitate exuperante moleſtus eſt: exoritur ex temperata humiditate, & caliditate, qualis in ſaccharo, melle, liquiritia, &c.

M. *Amarus* quid?

D. Qui dulcis ex adverſo opponitur, in ſuavis, ac triſtis: fit cum calor plus quam par ſit: increbuit ariditate & caliditate præſtans, ſiccitate ſcilicet terreſtri, ex reſinoſa aſpera, terrea, & volatili acido, qualis in Aloe, Abſynthium, Centaurium minus, Colocynthis, &c.

M. *Acer* quid?

D. Qui linguam, & os acrimonia ferit, atque compungit, ſimulque calefacit, & interdum quaſi exurit ob calorem ad ſummum ſuper auctum, qualis in Piperibus, Pyrethro, Euphorbio, &c.

M. *Acidus* quid?

D.



D. Qui guſtum quoque penetrat, & tenuitate ferit, ſed citra vllum ſenſum caloris, tale maxime in aceto depræhenditur, deinde etiam in ſucco mali citri, limonum, &c.

M. *Pinguis* quid?

D. Qui nec calore, nec acrimonia guſtum ſolicitat, ſed linguam, oriſque partes lentore quodam oblinit, aëre participans, qualis in oleo, butyro, adipe, &c.

M. *Salſus* quid?

D. Qui linguam non multum calefacit, ſed acriter ſiccando corrodit, abſtergitque, hic imprimis invenitur in ſale communi.

M. *Auſterus quid.*

D. Qui fit ſi acerbus paulum remittatur, eſtque plus frigidus, quam humidus, linguam moderate conſtringit, & quadam aſperitate coarctat, ſiccat, & refrigerat, qui *crudus* propriè appellatur, qualis in fructibus immaturis peculiaris invenitur, vt in ſucco uvæ acerbæ, pomis, pyris, neſpilis immaturis, &c.

M. *Acerbus* quid?

D. Qui Auſtero eſt finitimus, eo tamen gravior, moleſtiorque eſt, ac magis linguam, omnemque guſtum ſiccat, tum refrigerat, quia eſt frigidus, ſiccus, & terreſtris, is luculenter in malicorio, in galla, rhoe, & nucibus cupreſi conſpicitur.

M. *Inſipidus* quid?

D. Qui proprie ſapor non eſt, ſed ſaporis privatio, nulla qualitate manifeſta guſtum ferit, talis eſſe videtur cucurbita, citrulus, &c.

M. *Odor* quid?

D. Fumida quædam evaporatio, eveniens à particulis ſubtilibus corporum, quibus nervi odoratus tanguntur, & commoventur, & ſecundum diverſitatem, diverſitates odorum proveniunt.

M. *Odores* quot?

D. Tot, quod ſapores, ſed principaliores tres, id eſt, odor *bonus*, odor *malus*, & *inolens*.

M.

**M.** *Odor bonus* quid?

**D.** Qui dicitur etiam *fragrans*, ſeu *benè olens*, & provenit à caliditate temperata, qua propter declinare facit medicinas ad incolumitatem, & ideo dilatat animam, & ſpiritus, virtutes reparat, & confortat.

**M.** *Odor malus* quid?

**D.** Qui contrarium facit, & provenit à frigiditate, & humiditate ex crementitia: dicitur etiam *fœtens*, ſeu *malè olens*.

**M.** *Odor inolens* quid?

**D.** Qui proprius odor non eſt, itaque inolida ſunt quaſi omnia humida.

**M.** *Tactus* quid?

**D.** Tangibilium omnium qualitatum iudex.

**M.** *Qualitates tangibiles* quæ?

**D.** Craſsities, Tenuitas, Denſitas, Raritas, Durities; Mollities, Gravitas, Lenitas, Ariditas, & Aſperitas.

**M.** *Craſſum* quid?

**D.** Quod ægrè lævigatur, ſeu quod vix intenues partes comminuitur, & indicium partium terreſtrium abundantium, tum humidarum frigore congelatarum.

**M.** *Tenue* quid?

*Subtile.* **D.** *Tenue*, ſeu *ſubtile* eſt, quod è contra, & indicium partium ignearum, vel aërearum.

**M.** *Denſum* quid?

**D.** *Denſum*, ſeu *ſolidum* eſt, quod poris, vel exiguis, vel
*Solidum.* nullis pervium eſt, & eſt vel exiccatum, vel frigore congelatum, concretumve.

**M.** *Rarum* quid?

**D.** Rarum, ſeu Poroſum eſt, quod multis poris per-
*Poroſum.* vium eſt, & ſiccitatis comes.

**M.** *Durum* quid?

**D.** Quod tactui reſiſtit, ex ſicco, & terreſtri, niſi humorum replectio, & inde tenſio adſit.

**M.** *molle* quid?

**D.** Quod tactui cedit, humiditatem participans.

**M.** *Grave* quid?

**D.** Quod in ſe eſt conſpicuum denſitatis comes.

M.



**M.** *Lentum* quid?

**D.** Quod ex humiditate mucoſa oritur, idem quod *Lubricum, & viſcidum*.

**M.** *Aridum* quid?

**D.** Quod contra: oritur ex ſiccitate.

**M.** *Aſperum* quid?

**D.** *Aſperum*, ſeu *ſcabrum* eſt, quod ex ſiccitate etiam oritur, & in quo partes ſitum habent in æqualem, atque aliæ eminent, aliæ depreſſæ ſunt.

**M.** Qualitates elementales quid?

**D.** Vnde omnium medicaminum, & aliarum rerum temperamenta procedunt.

**M.** Qualitates elementales quot?

**D.** Quatuor: *Caliditas, Frigiditas, Siccitas, & Humiditas.*

**M.** *Calidum* quid?

**D.** Quod provenit à motu immoderato particularum ſubtilium, ob plenitudinem particularum ſpirituoſarum, ſalinarum, materiæque ſubtilis; quæ ocurrentes alijs corporibus eis faciunt accipere velociorem motum, quare ſubtile reddit, reſolvit, abſtergit, aperit, mollit maturat, concoquit, diſcutit, incidit, attrahit, mordicat, rubefacit, &c. Vt ſunt: res acres, ſpiritus ardentes, olea chymica, empyreumatica, & ſimilia.

**M.** *Frigidum* quid?

**D.** Quod caloris æſtum moderatur, quia abundat particulis acidis nitro-tartareis, rigidis, quare repellit, incraſſat, crudum facit, & poteſt in alijs corporibus coagulum producere, reprimereque motum immoderatum, & aliquando ad quietem reducere illa; hæc ſunt: acida, auſtera, adſtringentia, viſcoſaque craſſa.

**M.** *Siccum* quid?

**D.** Quod provenit à terreſtribus particulis, quæ involvunt, & in ſe recipiunt particulas humidas, quibus permiſcentur aliquæ ſalinæ particulæ, quare conſtringit, exprimit, rarefacit, attenuat, &c. Hæc ſunt:



UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

Alkalina terreſtria, conchilia, teſtacea, mineralia, calcinataque chymica mollia.

*M. Humidum* quid?

*D.* Quelibet materia aquoſa pauxilo ſpiritu, & terra, quare inflat, abluit, lubricat, lænificat, conglutinat, &c. vt ſunt: Gummata viſcoſa, viſca, mucilagines, mivæ, julepi, ſubacida, &c.

Nota: *Res quæ recipit ocius calefactionem, calida cenſetur, quæ frigefactionem, frigida. Similiter quæ veloſioris eſt congelationis, illa frigidior eſt, & quæ velocioris inflammationis ea calidior eſt, &c.*

*M. Color* quid?

*D.* Eſt defluxio quædam de figuris rerum oculis conſentanea, & expoſita.

## CAPVT II.

### *Nomina generalia Nativorum.*

ACini, ſunt granula minutiora, ſivè perſe creſcant, vt Baccæ ſambuci, ſivè alijs incluſa, vt acini uvarum, &c.

*Adeps*, eſt idem quod pinguedo, generaliterque tam axungiam, quam ſevum denotat, vſitatius tamen pro axungia vſurpatur, atque abſolute pro adipe ſuilla.

*Alabaſtri*, ſunt folia illa viridia herbacea, quæ flores ſepiunt.

*Anthera*, Sunt ſummitates, ſeu cacuminula in florum medietate capillamentis incumbentia.

*Apices*, idem eſt quod *Anthera.*

*Aqua* vide cap. 1.

*Arbor*, vide cap. 1.

*Arilli*, idem quod acini, ſeu lapilli in fructibus.

*Axungia*, eſt pinguedo, ſevo mollior, idemque cum adipe.

*Bacca*, vocantur fructus quicumque parvi rotundi.





*Bitumen* generaliter denotat quodcumque minerale pingue.

*Cacumen*, cacumina ſunt idem quod ſummitates.

*Calix*, calices ſunt oculi, ſivè gemmæ florum antequam aperti ſint, vt oculi populi arboris: vel folliculus, quo flos primum clauditur.

*Capillamenta*, ſunt fillamenta illa tenuia in florum medietate ſurgentia.

*Capita*, ſunt rotunda illa receptacula ſeminum, aut florum; vt caput papaveris, &c.

*Capræoli*, ſunt ligamenta contorta, quibus plantæ nonnullæ dotatæ ſunt.

*Caro*, notat ſubſtantiam illam molliorem fructuum ſucculentorum, quam aliàs pulpam vocamus, vt pulpa, ſeu caro caſsiæ fiſtullæ, caro prunorum, &c.

*Caulis*, eſt truncus herbæ inter ramos, & radicem.

*Caudex*, eſt idem in arboribus, & fruticibus, quod caulis in herbis.

*Coma*, idem eſt quod ſummitates.

*Cor*, idem eſt quod medulla vegetabilium.

*Cortex*, vide cap. 1.*

*Corymbi*, ideſt ſummitates.

*Cyma*, Cymi ſunt teneri cauliculi.

*Echinus*, eſt quicquid numeroſa congerie aculeorum ſtipatur, ſivè tegumen, ſivè caput, ſivè cacumen fuerit.

*Fibræ*, id eſt filamenta, ſivè villi, ſunt veluti ſtamina rebus nonnulis intexta, v. g. arboribus, folijs, &c. etiam ſunt capillamenta extrinſecus ad naſcentia, vt fibræ radicum, & ſimilium.

*Flos*, vide cap. 1.

*Folium*, folia vide cap. 1. in Mineralogia ſunt folia auri, & argenti, id eſt aurum, & argentum in tenuiſsimas laminas redactum.

*Folliculus*, eſt theca tenuis, quæ granum, vel ſemen continet involutum.

*Fructus*, vide cap. 1.

*Frutex*, vide cap. 1.



UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

*Fungus*, eſt excrementum arboribus, fruticibuſvè quibuſdam adnaſcens, vel immediatè è terra prodiens.

*Gemmæ*, inter mineralia ſunt lapides præcioſi; inter vegetabilia idem ſunt quod oculi.

*Granum*, grana ſunt ſemina minutiora plantarum.

*Geniculum*, eſt internodatio quarundam plantarum.

*Gummi*, vide cap. 1. Nota: Gummi vox indeclinabilis eſt, in plurali tamen declina Gummata.

*Herba*, vide Cap. 1.

*Juba*, eſt arundinacea coma effuſa, qualis in milio eſt.

*Julus*, Juli ſunt folia primum erumpentia, præcipuè notat juglandis arboris flores longiuſculos, cum folijs prioribus apparentes.

*Lac*, eſt liquor albus, ex chylo in mammarum glandulis productus.

*Lacryma*, eſt humor è plantis, tum ſponte effluens, tum factâ inciſione erumpens.

*Lanugo*, ſunt in plantis filamenta tenella, cuticulæ extimæ inſtar pilorum, ſeu lanæ adnaſcentia, v.g. in verbaſco: & dicitur vulgo *peluſa*.

*Lapides*, in plantis ſunt cortices duriores, nucleum includentes, quandoque lapides referunt; in mineralibus, vide cap. 1.

*Lignum*, eſt pars plantæ firmiſsima, & vt oſſa in animalibus, officium in ipſa faciens.

*Loculamenta*, ſunt ſeminum involucra, quæ veluti parvæ capſulæ ea occludunt.

*Locuſtæ*, inter plantas idem eſt quod oculi; inter animalia autem certa animalcula repræſentant, aliæ marinæ, aliæ terreſtres.

*Matrix*, inter plantas idem eſt quod medulla, aut cor.

*Medulla*, inter mineralia denotat partem molliuſculam, quæ in ſaxis nonnunquam reperitur: inter plantas, mediam cuiuslibet partem molliorem, ac preſtantiorem refert, quam, & cor, matricemvè appellant: inter animalia adipem ſignificat in oſsium medietate contentam: vel molliorem, illam ſubſtantiam, quæ in ſpina, ac ſub craneo eſt.

*Mi-*



*Minera*, eſt terra, ſivè materia, ex qua mineralia, & maximè metalica fiunt.

*Minerale*, vide cap. 1.

*Muſcus*, eſt excrementum herbaceum, inſtar lanuginis, corticibus arborum, vel oſsibus, aëri expoſitis adnaſcens, quod appellatur etiam *vſnea*.

*Nucleus*, eſt ſemen nucibus, vel fructibus incluſum.

*Nux*, Fructus quoſdam denotat, cortice ligneo nucleum occludens.

*Oculi*, ſunt florum tegumenta antequam explicentur.

*Oleum* vide cap. V.

*Oſſa*, inter animalia notiſsima; inter plantas ſunt cortices lapidei, qui nucleos circundant.

*Pediculus*, eſt petiolus, quo folium, fructus, aut flos dependet.

*Pinguedo*, idem eſt quod adeps, interdum tamen generalius omnia pinguia compræhendit.

*Planta*, vide cap. 1.

*Radix*, vide cap. 1.

*Ramus*, eſt velut brachium plantæ.

*Reſina*, vide cap. 1.

*Semen*, vide cap. 1.

*Sevum*, eſt pinguedo duriuſcula, ſumiturque à ſolis quadrupedibus cornutis.

*Spica*, Spicæ ſunt ſummitates in longum deductæ; vt ſpica lavendulæ.

*Stercus*, eſt excrementum animalium per anum excretum.

*Stipes*, eſt pars plantæ inter radicem, & ramos, idemque quod caulis.

*Stipulæ*, ſunt folia culmum ambientia.

*Succus*, vide cap. VI.

*Summitates*, ſunt cacuminula herbarum, dicunturque de herbis foliorum minutiorum, vt Abſynthij, Rutæ, &c.

*Surculus*, eſt quod ex ramis ſimplex oritur, eſtque velut germen quoddam ex ipſo trunco, vel caudice productum.

 *Terra*

*Terra*, vide cap. 1.

*Teſta*, ovorum cortex externus appellantur.

*Turio*, Turiones ſunt teneritates ſummitatum ipſarum arborum, quæ ſingulis annis creſcunt.

*Venæ*, ſunt quæ in plantarum folijs apparent, fibræ, in ramulos diviſæ.

*Villi*, vide fibræ.

*Viſcum* (alijs viſcus) eſt frutex peculiaris in arborum quarundam ramis enatus ſemper virens.

*Vmbellæ*, ſunt ſummitates plantarum ſinuoſæ, inſtar nidi avis formatæ.

*Vngues*, ſunt extremitates corneæ digitorum: in plantis idem ſunt quod alabaſtri.

*Vngula*, vngulæ ſunt cornea tegumenta, quibus pedes nonnullorum animalium conteguntur.

*Vrina*, eſt veluti colamen chymi, & ſanguis.

*Vſnea*, idem quod muſcus oſsibus, vel arboribus adnaſcens.

## CAPVT III.

### *De præparatione.*

M*agiſter*: *Præparatio* quid?

*Diſcipulus*: Actio officinalis, qua medicamenta parantur, & qua acquiritur bonitas, vel refractio malitiæ medicamenti.

*M. Præparatio* quotuplex?

*D.* Multiplex generalitèr, particularitèr quadruplex: *Lavatio, Trituratio, Infuſio, & Decoctio.*

*M. Lavatio* quid?

*D.* Lavatio præparatio eſt, qua non ſolum immunda abſterguntur, ſed quæ addendo, minuendoque virtutes medicamentorum, ipſis novas facultates impertit.

*M. Lavatio* quotuplex?

*D.* Triplex: *Abſterſiva, Abſciſiva, & Magnificativa.*

*M.* Lavatio *Abſterſiva* quid?

*D.* Eſt per quam medicamentum redditur mundum, vt quando lavamus Lapides, Aloem, Laccam, Tartarum, Antimonium Diaphoreticum, a..cum metallorum, nonnulla animalia, eorumque partes, &c.



*M.* Lavatio *Abſterſiva* quot modis fit?

*D.* Duobus modis: aut abſtrahendo liquorem, aut imbibendo illum in medicamentum.

*M.* Quando abſtrahitur liquor?

*D.* Quando medicamenti ſubſtantia non permiſcetur liquori: lavanda porrò eſt non tantummodo cera, ſed & pix, oleum, reſina, Lapides, Antimonium Diaphoreticum, Antihecticum Poterij, Mercurius vitæ, &c.

*M.* Quæ medicamenta excluduntur à lavatione *Abſterſiva*?

*D.* Omnia debilis ſubſtantiæ, quæ, ſi laventur tollitur:

*M.* Lavatio *Abſciſiva* quid?

*D.* Eſt illa per quam, exceſſus, vel malitia pharmaci reprimitur, vt quando lavamus ſemen vrticæ, & ſimilia.

*M.* Lavatio *magnificativa* quid?

*D.* Eſt illa per quam virtus pharmaci magnificatur.

*M.* Lavatio *Magnificativa* quomodo fit?

*D.* Cum imbibitione, vt quando lavamus aloem cum decoctione ſpecierum Alephanginarum, & acquirit citam, & faciliorem virtutem in operatione: & quando lavamus eam cum decoctione ſolutivarum, fit magis ſolutiva, & quando lavamus eam cum mucilaginibus fit magis lubrica.

*M. Trituratio* quid?

*D.* Eſt diviſio medicamentorum in partes ſubtiles, craſſas, vel mediocres.

*M.* Cur aliqua medicamenta triturantur *ſubtillitèr*, alia *mediocriter*, aliaque *groſsitèr*?

*D.* Quia medicamenta debilis ſubſtantiæ triturari debent groſsitèr quando permiſcentur cum medicamentis ſubſtantiæ craſſæ, quæ triturari ſubtiliter debent, vt operentur eodem tempore; itaque in decoctis, vbi ingrediuntur medicamenta ſubſtantiæ craſſæ, & me-



UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

medicamenta ſubſtantiæ tenuis, primo decoquimus illa, quæ ſunt ſubſtantiæ craſſæ, & quando oportet injicimus illa, quæ ſunt ſubſtantiæ tenuis (& ſic de medicamentis mediocris ſubſtantiæ) quia ſi vnà in decoctione injicerentur, cùm medicamenta ſubſtantiæ craſſæ depoſuerint ſuam virtutem in liquore, virtus medicamentorum debilis ſubſtantiæ liquorem deſtituit: ſic v. g. ſi propinentur ſimul Rhabarbarum, & ſimilia, quæ ſunt debilis ſubſtantiæ, cum ſmilace aſpera, & ſimilibus, quæ ſunt ſubſtantiæ craſſæ, trituratione æquali, quando ſmilax in ſtomacho diſſolvatur, Rhabarbarum, ob diſſolutionem faciliorem, ſuam operationem fecit, & non operantur eodem tempore, quia medicamenta non agunt, niſi ſoluta.

*M.* Cur in Theriaca, & alijs non obſervantur hæ regulæ

*D.* quia quando propinationi medicamentorum fermentatio antecellit in fermentatione fit ſigillatio earum virtutum.

*M.* Quæ medicamenta quamvis ſint debilis ſubſtantiæ; & permiſceantur cum medicamentis ſubſtantiæ craſſæ, triturantur ſubtiliter?

*D.* Illa, quæ ſi triturentur groſsiter, vel mediocriter, adhærent tunicis ſtomachi, & inteſtinorum, eaſque exulcerant, vt colocynthis, Jalappa, & ſimilia habentia ſubſtantiam reſinoſam mordacem.

*M.* *Trituratio* quomodo fit?

*D.* Trituratio qualiſcumque ſit, debet fieri magna cum ſuavitate, quia impetuoſitas reſolvit virtutes medicamentorum.

*M.* *Infuſio* quid?

*D.* Eſt tranſmutatio virtutis de re, in rem, diverſo temporis ſpatio, in liquore facta, ſola maceratione.

*M.* Infuſio in quo differt, à Decoctione?

*D.* In eo, quod Infuſio fit ſola maceratione, Decoctio verò fit evelliendo vi ignis.

*M.* *Decoctio* quotuplex?

*D.* Duplex: Vna *Elixativa*, altera *Aſſativa*.

M.



*M.* Decoctio *Elixativa* quid?

*D.* Eſt tranſmutatio virtutis de re, quæ decoquitur in liquore, in quo decocta eſt, extranei caloris vi.

*M.* Decoctio *Aſſativa* quotuplex?

*D.* Quadruplex: *Aſſatio, Torrefactio, frixio, & Calcinatio.*

*M.* *Aſſatio* quid?

*D.* *Aſſatio* eſt cuius partes caloris vi exterius ſiccæ manent, interius vero humidæ.

*M.* *Torrefactio* quid?

*D.* Eſt, qua corpus, quod torrefit integrum areſit, & aſperitatem nanciſcitur.

*M.* *Frixio* quid?

*D.* *Frixio* eſt, quæ fit in oleoſo, aut butyroſo corpore; alienam humiditatem trahendo, à diferentia elixativa, quæ fit humiditatem propriam deponendo.

*M.* *Calcinatio* quid?

*D.* *Calcinatio* eſt, cum qua medicamenta in calcem, vel friabilia reducuntur.

*M.* *Calcinatio* quotuplex?

*D.* Triplex: *Sicca, Humida*, ſeu *Vaporoſa, & Corroſiva.*

*M.* Calcinatio *Sicca* quid?

*D.* Qua res, quæ igne ponitur, vertitur in cinerem.

*M.* Calcinatio *Humida* quid?

*D.* Eſt, quando res reditur friabilis vaporis calidi penetratione.

*M.* Calcinatio *Corroſiva* quid?

*D.* Eſt, quæ fit corrodendo corpora liquore corroſivo aliquo.

## CAPVT IV.

### *Nomina generalia Præparationum.*

A*Cuare*, ſeu *Acuere*, id eſt, rem fortiorem reddere, vel ſtimulum ei addere: vt quando acuitur acetum diſtillatum cum ſpiritu nitri, pro conficiendis magiſterijs ſolubilibus: etiam acuuntur pilulæ cum granis aliquibus Diagrydij, Trochiſcorum Alhandal, Gummi de Gamandra, &c.

*Amal:*

UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

*Amalgamatio*, Amalgamare, ideſt metalla per mercurij vivi admixtionem calcinare. Calcinantur hoc modo ſola metalla, excepto marte qui per ſulphur calcinatur.

*Candiſare*, Candiſari ſoli competit ſacharo, quod in aqua ſolutum, purificatum, atque ad iuſtam conſiſtentiam inſpiſſatum, in cryſtallos concreſcit, idque candiſſari vocant.

*Cæmentare*, idem eſt, quod ſtratificare, v. g. Metalla laminata igni exponere, factum ſtratum, ſuper ſtratum.

*Circulare*, ideſt liquorem in digeſtionem colocare, vt volatilior, ac ſpirituoſior pars continuo elevari, ac recedi poſsit, adeoque quaſi circulum tranſeat, maturiorque evadat: vices circulationis ſuplere poteſt iterata diſtillatio.

*Clarificare*, potiſsimum de decoctis, ac ſuccis dicitur; quæ cum craſsis ſcateant excrementis, clarificantur, ac purgantur. Clarificationis præcipui modi ſunt: per albumen ovi, per digeſtionem, & per filtrationem.

*Per albumen*, hoc modo peragitur: albumen ovi virgula agitatur, donec penitus in ſpumam veniat, ſpuma hæc infunditur rebus clarificandis, coquunturque ſimul vna, ac altera ebulitione, vt craſsiora albumini adhæreſcant: hinc ſeparantur deſpumando, colandoque, &c.

*Per digeſtionem* fit clarificatio ſovendo blando calore; vt fæces, craſsioravè ad fundum paulatim ſecedant, vnde per decantationem à liquore ſeparari poſſunt.

*Coagulare*, Coagulari dicitur, quod evaporando inſpiſſatur.

*Cohobare*, ideſt liquorem diſtillatum materiæ in diſtillatorio reſiduæ, iterum affundere, ac denuo diſtillare.

*Colare*, ideſt per colum traijcere, colus autem præcipue panneus intelligitur, nonnunquam quoque linteum.

*Con-*



*Condire*, vide condita cap. V.

*Conquaſſare*, Conquaſſari dicuntur (viridia maxime) quæ piſtilo groſse tunduntur.

*Conſervare*, *conſervisare*, id eſt conſervam facere.

*Coquere*, id eſt elixare.

*Coquere in Diplomate*, id eſt coquere in Balneo Mariæ.

*Cribare*, id eſt per cribrum tranſmittere.

*Cryſtalliſſare*, id eſt in cryſtallinas formas reducere. Proprium eſt ſalium, quibus, & tartarum, ſaccharumque addere licet: videlicet hæc in liquore aqueo ſoluta, ſi in frigidum locum repoſita fuerint, concreſcunt in Cryſtallos. Vbi *nota*, ſi nimium liquoris adſit, ante quam reponantur, aliquantulum exhalandum eſſe, de quibus videre licet infrà.

*Cryſtalliſare ſecundum artem*, eſt repetere cryſtalliſationes, donec amplius colligi nequeant.

*Decantare*, id eſt liquorem alicui materiæ ſupereminentem per inclinationem effundere.

*Decrepitare*, de ſale communi, & ſimilibus dicitur, quæ cum ad ignem ſine fuſione calcinantur, ſtrepitum, ſeu crepitum edunt.

*Decupelare*, idem eſt, quod decantare.

*Deliquium*, per deliquium ſolvere, idem eſt quod rem ſolvendam in locum humidum collocare, vt per ſe in liquorem vertatur. *Deliquium in cella, ſeu loco humido felicius peragitur, menſe Iunio, Iulio, & Auguſto, quo tempore cellæ ſunt frigidiores: Nonnunquam promovetur deliquium, inſtillando humorem convenientem.*

*Dephlegmare*, ideſt phlegma ſeparare, ſeu abſtrahere, quod fit, ſi phlegma ſeorſim affectetur, diſtillando; ſin minus evaporando: competitque ſpiritibus mineralibus fixioribus, vt ſunt: Spiritus vitrioli, Nitri, ſalis communis, & ſimilium.

*Deſpumare*, ideſt ſpumam demere, præcipuè in præparatione ſyruporum, & ſuccorum.

*Diſtillare*, ideſt liquorem vi caloris attenuatum in recipientem appoſitum prolectare. Modi diſtillationis vſitatiſsimi ſunt: per *Alembicum*, per *Retortam*, ac per

UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

per *veſicam* ratione vaſorum. Per *Balneum roris*, ſeu *vaporis*, per *Balneum Mariæ*, ſeu *Maris*, per *Cinerem* per *Arenam*, per *ignem nudum*, & per *Arenam humidam.*

*Detonare*, Detonari dicitur, quod cum flagratione, & ſtrepitu calcinatur; vt crocus metallorum, &c.

*Digerere*, ideſt blando calore fovere.

*Diſſolvere*, ideſt accedente aliquo liquore, ſeu humore ſolvere, vt in ſolutiones ſalium.

*Diſpenſare*, diſpenſari dicitur compoſitum, dum ſimplicia, quæ compoſitum, ingrediuntur, ſeliguntur, & pro compoſito inde parando adaptantur.

*Dulcorare*, *edulcorare*, dulcorari dicuntur calcinata ſale gravida, dum aqua abluuntur, qua ablutione ſal ibi contentum aquæ immiſcetur. Dicuntur etiam dulcorari potiones addito ſaccharo, vel ſyrupo convenienti.

*Efferveſcentia*, à fervore dicta, à calore ſcilicet, & motu ſubitaneis.

*Electualiſare*, ideſt electuarium facere.

*Evaporare*, ideſt liquorem calori exponere, vt exhaletur humiditas.

*Exaltare*, ideſt rei potentiam alterando augere, vide fermentare.

*Exacinare*, ideſt acinos eximere.

*Excorticare*, ideſt cortices detrahere.

*Exhalare*, idem eſt quod evaporare.

*Exprimere*, ideſt præmendo, vel præſura elicere, ſivè id ſola manu fiat, ſicut decocta exprimi ſolent, ſivè prælo.

*Extinctio*, eſt materiæ accenſæ in aliquo humore ſuffocatio.

*Extrahere*, ideſt; beneficio debiti liquoris (quem menſtruum vocant) proportionaliter affuſi, præcipuam rei elicere partem.

*Extrahere ſecundum artem*, ideſt extractionem reiterare, affuſis novis menſtruis, idque toties, quoties menſtruum adhuc imprægnari videtur.

*Fer*



*Fermentare*, fermentari res propriè dicitur, quando evidenter in ſe reſolvitur, careſcit, & maturatur.

Ratio fermentationis hæc eſt; contraria fermentabilia confuſa, v. g. nondum redacta ſub vno dominio, ac poteſtate, miſtioneque exacta ſi adhuc vi caloris externi non reſoluta fuerint, vi potentioris facultatis alterantur, atque inde incertam aliquam temperiem, naturamque ſpirituoſiorem evehuntur, & exaltantur.

*Filtrare*, Filtratio fit beneficio chartæ bibulæ, vel panni lanei: ex charta fit pyramis, quæ tritorio inditur, ne concidat: hinc liquor pyramidi infunditur, vt paulatim per chartam in ſuppoſito vaſculo defluat. Per pannum filtratio fit, vel colando, vel ſeparando liquorem à pulveribus ſuis ſubſidentibus: huc pertinet etiam decantatio vt ſupra dictum: huc etiam ſeparatio oleorum ab aquis per infundibulum, vide ſeparare.

*Fixare*, ideſt, quod volatile eſt, fixum reddere; fit, vel per ſe, ſcilicet iteratis diſtillationibus, & ſublimationibus, vel addita alia aliqua re, cuius vi fixatio perficitur.

*Fumare*, ideſt per fumum Mercurij, vel Saturni calcinare, ſolumque ad metalla pertinet. Nimirum Mercurius vaſi calcinatorio orificij anguſti inditus opponitur igni nudo, vt fumus exhalet, orificio imponitur metallum calcinandum laminatum, vt fumo mercurij tranſeunte friabile reddatur.

Etiam ſcammonium fumatur, vide Diagrydium ſulphuratum.

*Fundere*, idem in Chymia eſt, quod liquare, ſeu ad ignem liqueſacere: propriè que de ſalibus, ac metallis dicitur, vide:

*Fuſio*, Eſt fluor corporum ſolidorum temporarius, igne fortiori inductus.

*Granulare*, ideſt in grana reducere.

*Hermeticè claudere*, vide ſigillare.

*Ios*

UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

*Imbibere*, rem humiditate per vices potare, ſeu liquore rem humectare.

*Impaſtare*, ideſt miſcere, vt fiat inſtar maſſæ, ſeu paſtæ.

*Impregnare*, idem ferè eſt, quod imbibere.

*Inaurare*, ideſt folijs auri obducere; quod præcipuè de Pilulis dicitur.

*Incidere*, hoc eſt incidere herbas forcipe; duriora verò vt ſunt ligna, radices duriores, cortices, &c. Cultro.

*Incerare*, idem eſt quod imbibere.

*Incinerare*, ideſt comburere, ac incinerem redigere.

*Infundere*, eſt materiam liquori immergere.

*Inſolare*, ideſt macerare, vel ſole, vel alio calore tepido.

*Interpaſſare*, Interpaſſari dicitur de ſaculis, ſeu fomentis ſiccis, idemque eſt, quod interſuere, ne materia incluſa conglomeretur; cuius rei gratia quoque goſſypio pulveres ſuſcipi poſſunt.

*Lavare*, liquore abluere, vide cap. III.

*Levigare*, ideſt ſuper porphyrico lapide in tenuiſsimum pulverem (quem Alcohol vocant) redigere.

*Limare*, ideſt lima in ſcobem redigere, quam limaturam dicunt.

*Liquare*, ideſt vi caloris fluidum facere. Competit metallis, ſalibus, pinguedinibus, & ſimilibus: interdum etiam idem eſt, quod per deliquium diſſolvere.

*Lutare*, ideſt obliniri vaſa luto, ſivè ſit vulgare, ex farina, & aqua, ſivè compoſitum ex calce, & albuminibus ovorum, ſcobe martis, farina laterum, oleo lini, &c.

*Macerare*, idem eſt quod digerere agitando.

*Malaxare*, malaxari dicuntur emplaſtra, dum in maſſam ſubiguntur, ſive id manu fiat, ſivè pila, ſimilive inſtrumento.

*Præcipitare*, præcipitari dicitur, quod in liquore ſolutum, incraſſatumque ad fundum ſecedit. Nonnunquam denotat totum actum calcinationis, per liquores corroſivos, ſive calx per ſe ſubſideat, ſive exhalatione humiditatis, ſivè inſtillatione alicuius rei percutientis.

Præ-



*Præparare*, abſolutè eſt, rem minutiſsimè levigare ſupra porphirium, imbuendo cum aqua aliqua cordiali. Dicitur etiam de radicibus nonnullis, ſeminibus, &c. Quæ in aceto maceratæ exiccantur.

*Pulveriſare*, *Pulverare*, ideſt in pulverem redigere, ſivè terendo, ſivè levigando id fiat.

*Purificare*, ideſt à ſordibus, ſeu inquinamentis (craſſioribus) ſeparare; ſitque lavando, clarificando, filtrando, digerendo, &c.

*Putrefacere*, idem eſt quod digerere ad vltimam maturitatem.

*Radere*, ſit inſtrumento aliquo acuto, v. g. Cultello, vitro, lima, & ſimili, quo res raſioni ſubjecta in raſuram redigitur.

*Rectificare*, ideſt denuo blando calore diſtillare, vt pars magis ſpirituoſa, ac volatilis eliciatur, relicto phlegmate, ſeu parte aquoſa in fundo: ſic rectificantur aquæ ſtillatitiæ, ſpiritus, &c.

Aliquando rectificantur ſpiritus acidi, vt ſpiritus vitrioli, Nitri, &c. contrario modo, ideſt per diſtillationem abſtrahendo phlegma, quia in ijs magis ſpirituoſum eſt, quam ſpiritus.

*Reverberare*, ideſt rem aliquam vi flammæ cremare, quæ infra, ac ſupra illam ambulat.

*Rotulare*, ideſt rotulas conficere.

*Saliſicare*, ideſt ſal conficere.

*Secare*, idem eſt quod incidere.

*Separare*, eſt res heterogeneas mixtas, & confuſas ſegregare, quemadmodum ſeparatur oleum ab aqua, aut per tritorium anguſti orificij in fundo, quod orificium aqueo liquori vt potè graviori priuſque fluenti aperitur, poſt modumque obturatur, oleumque reſtans, ſigillatim colligitur; modo etiam per goſſypium, ſeu lanam colligitur; modo etiam per chartam bibulam ſeparantur olea, præcipuè graviora, nimirum tranſit aqua, reſtatque oleum: nonnumquam etiam apponitur vitrum humilius, goſſypiumque, ſeu lana vtrique impoſitus, vt vno termino oleum tangat, altero-

que

que in vaſe appoſito deſcendat, & delabitur oleum per goſſypium in appoſito vaſculo humili.

*Sigillare Hermeticè*, hoc eſt vitrum fuſione claudere; ſicque poſtquam materia intromiſſa fuit in vaſe, ſcindendo vaſis os, cum prunis accenſis, & tunc cum forcipe accenſa claudendo id.

*Stratificare*, eſt ſtratum, ſuper ſtratum facere, idemque eſt quod metallum laminatum, & pulveres ſtratificando alternatim ſtruere. Nimirum primo ſternendum eſt ſtratum pulveris, mox imponenda lamina metallica, iterum pulvis, & ſic deinceps, donec pulvis ſtratum claudat: nonnunquam loco laminæ, pulvis metallicus ſumitur.

*Sublimare*, ideſt rem volatilem ſiccam in ſublime elevare, vt ſeorſim haberi poſsit: res illa elevata, vel ſublimati nomine effertur, vel florum nomen adſciſcit.

*Tabulare*, ideſt tabulas, vel morſulos conficere.

*Terere*, ſeu *conterere*, ideſt pila contundere.

*Torrere*, eſt in patella, vel ſartagine ferrea, igni expoſita medicamenta continuo agitare, vt humiditas abſumatur: ſic fit Rhabarbarum toſtum, Myrobalani, &c.

*Trochiſcare*, ideſt Trochiſcos facere.

*Vitrificare*, ideſt in vitrum redigere, vt ex Antimonio paratur.

*Volatiliſare*, ideſt volatilem reddere.

## CAPVT V.

### *De præparatis.*

M. *Præparata* quid?

D. Quæ ex pluribus ſimplicibus ſimul miſtis conſtant, aut quæ ab artis miniſterio in aliam formam commutantur.

M. Præparata viſitatiora quæ?

D. Electuarium, & Confectio, Lohoc, Bolus, Tabellæ, ſeu Tabullæ, & Morſuli, Conſerva, ſeu Condirum, Pilulæ, Trochiſci, & Sief, Extractum, & Eſſentia, Tinctura, & Elixyr, Balſamum, ſuccus, Decoctum, Infuſio, Acetum, Emulſio, Syrupus, Iuleb, Mel, Rob, Aqua, Spiritus, Sal, Flores, Sublimata, Calx, Magiſterium, Fœcula, Gelatina, Oleum, Vnguentum, Linimentum, Emplaſtrum, Ceratum, Cataplaſma, Clyſter, Suppoſitorium, Peſſuſi, &c.



M. *Electuarium* quid?

D. Eſt medicamentum ex rebus electis compoſitum, aliquando ſiccam, aliquando liquidam, & aliquando ſolidam conſiſtentiam habens.

Appelantur etiam Electuaria, Confectiones Opiatæ, & Confectiones Cordiales.

M. Electuarium Confectum quomodo paratur?

D. Accipiendo ſpecies ſubtiliter pulveratas, (cum magna curia) & pro vnaquaque libra ſyrupi craſsioris, accipiendo, ſi ſolutivum electuarium ſit, vncias tres pulverum; in Opiatis autem pro vnaquaque libra ſyrupi vncias quatuor pulverum; in confectionibus verò cordialibus, pro vnaquaque libra ſyrupi vncias duas pulverum.

*Nota*: Quod non fit mentio rerum, quæ non poſſunt in pulverem redigi, aut ſolubilium in ſyrupo, vt ſunt ſucci, ſemina quæ excorticantur, nuclei pineorum, amygdalarum, & ſimilium, penidium, pulpæ, &c. quæ vulgo *extravagantes* appellantur, quia nec habentur inter ſicciores, nec inter liquidiores.

M. *Lohoch* quid?

D. Eſt medicamentum internum, pulmonibus dicatum, ſyrupo craſsius, quod in ore detinetur, vt paulatim per guttur in pulmones delabatur. Apelatur etiam *Lohoch*, *Eclegma*, *Linctus*, & *Lambile*.

M. *Lohoch* quomodo paratur?

D. Accipiendo res, vt pulveres, fructus, gummi arabicum, Tragacanthum, ſuccum glycyrrizæ, amylum, &c. incorporandoque in mortario lapideo piſtillo ligneo, cum ſufficienti quatitate mellis, ſeu ſyrupi, vel mucilaginis, decocti, & ſimilis liquoris glutinoſi, donec exactè omnia mixta, mellis conſiſtentiam nacta fuerint;

 pro-

que in vaſe appoſito deſcendat, & delabitur oleum per goſſypium in appoſito vaſculo humili.

*Sigillare Hermeticè*, hoc eſt vitrum fuſione claudere; ſitque poſtquam materia intromiſſa fuit in vaſe, ſindendo vaſis os, cum prunis accenſis, & tunc cum forcipe accenſa claudendo id.

*Stratificare*, eſt ſtratum ſuper ſtratum facere, idemque eſt quod metallum laminatum, & pulveres ſtratificando alternatim ſtruere. Nimirum primo ſternendum eſt ſtratum pulveris, mox imponenda lamina metallica, iterum pulvis, & ſic deinceps, donec pulvis ſtratum claudat: nonnunquam loco laminæ, pulvis metallicus ſumitur.

*Sublimare*, ideſt rem volatilem ſiccam in ſublime elevare, vt ſeorſim haberi poſsit: res illa elevata, vel ſublimati nomine effertur, vel florum nomen adſciſcit.

*Tabulare*, ideſt tabulas, vel morſulos conficere.

*Terere*, ſeu *conterere*, ideſt pila contundere.

*Torrere*, eſt in patella, vel ſartagine ferrea, igni expoſita medicamenta continuo agitare, vt humiditas abſumatur: ſic fit Rhabarbarum toſtum, Myrobalani, &c.

*Trochiſcare*, ideſt Trochiſcos facere.

*Vitrificare*, ideſt in vitrum redigere, vt ex Antimonio paratur.

*Volatiliſare*, ideſt volatilem reddere.

## CAPVT V.

### *De præparatis.*

M. *Præparata* quid?

D. Quæ ex pluribus ſimplicibus ſimul miſtis conſtant, aut quæ ab artis miniſterio in aliam formam commutantur.

M. Præparata viſitatiora quæ?

D. Electuarium, & Confectio, Lohoc, Bolus, Tabellæ, ſeu Tabullæ, & Morſuli, Conſerva, ſeu Condita, Pilulæ, Trochiſci, & Sief, Extractum, & Eſſentia, Tinctura, & Elixyr, Balſamum, ſuccus, Decoctum, Infuſio, Acetum, Emulſio, Syrupus, Iuleb, Mel, Rob, Aqua, Spiritus, Sal, Flores, Sublimata, Calx, Magiſterium, Fœcula, Gelatina, Oleum, Vnguentum, Linimentum, Emplaſtrum, Ceratum, Cataplaſma, Clyſter, Suppoſitorium, Peſſuli, &c.



M. *Electuarium* quid?

D. Eſt medicamentum ex rebus electis compoſitum, aliquando ſiccam, aliquando liquidam, & aliquando ſolidam conſiſtentiam habens.

Appelantur etiam Electuaria, Confectiones Opiatæ, & Confectiones Cordiales.

M. Electuarium Confectum quomodo paratur?

D. Accipiendo ſpecies ſubtiliter pulveratas, (cum magna curia) & pro vnaquaque libra ſyrupi craſsioris, accipiendo, ſi ſolutivum electuarium ſit, vncias tres pulverum; in Opiatis autem pro vnaquaque libra ſyrupi vncias quatuor pulverum; in confectionibus verò cordialibus, pro vnaquaque libra ſyrupi vncias duas pulverum.

*Nota*: Quod non fit mentio rerum, quæ non poſſunt in pulverem redigi, aut ſolubilium in ſyrupo, vt ſunt ſucci, ſemina quæ excorticantur, nuclei pineorum, amygdalarum, & ſimilium, penidium, pulpæ, &c. quæ vulgo *extravagantes* appellantur, quia nec habentur inter ſicciores, nec inter liquidiores.

M. *Lohoch* quid?

D. Eſt medicamentum internum, pulmonibus dicatum, ſyrupo craſsius, quod in ore detinetur, vt paulatim per guttur in pulmones delabatur. Apelatur etiam *Lohoch*, *Eclegma*, *Linctus*, & *Lambile*.

M. *Lohoch* quomodo paratur?

D. Accipiendo res, vt pulveres, fructus, gummi arabicum, Tragacanthum, ſuccum glycyrrizæ, amylum, &c. incorporandoque in mortario lapideo piſtillo ligneo, cum ſufficienti quatitate mellis, ſeu ſyrupi, vel mucilaginis, decocti, & ſimilis liquoris glutinoſi, donec exactè omnia mixta, mellis conſiſtentiam nacta fuerint:



UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN
DIRECCIÓN GENERAL

proportio pulveris ſolet eſſe vncia vna, ad vncias quatuor ſyrupi.

M. *Lohoch* Vbi aſſervatur, & quandiu aſſervari poteſt?

D. Vaſis figulinis vitreatis aſſervari debet: ſi amygdalas, pineas, & ſemina frigida rancori obnoxia recipit, vix vltra annum durat; reliquum biennium pertingere poteſt.

M. *Bolus* quid?

D. Eſt medicamentum conſiſtentiæ magis duriuſculæ, quam electuarium: dicitur *Bolus* eo quod quaſi Buccella ore percipienda conficitur.

M. *Bolus* quomodo paratur?

D. Accipiendo electuaria, pulpas, conſervas, pulveres, &c. Formandoque maſſam conſiſtentiæ minus fluidæ, faciliter deglutibilem, addendo ſyrupi convenientis quod ſufficiat.

M. *Tabellæ* quid?

D. Sunt medicamenta quadrata, vel rotunda, vel aliter figurata ex pulveribus, & ſimilibus cum ſaccharo ſuſceptis parata: appellantur etiam *Morſelli*, *Morſuli*, & *Tabulæ*.

M. *Tabellæ* quomodo parantur?

D. Quamquam parantur cum igne, & ſine eo, elegantior modus eſt abſque igne, accipiendo res, & permiſcendo eas, ſubtiliter pulveratas, cum ſaccharo pulverato, & cum mucilagine Tragacanthi fit maſſa, ex qua extenſa in lapidem, formantur Tabellæ.

M. *Conſerva* quid?

D. Eſt medicamentum ex floribus, ſeu folijs, radicibus ſivè fructibus cum ſaccharo conquaſſatis factum.

M. *Conſerva* quomodo paratur?

D. Accipiendo flores, ſeu herbas recentes (& ſi nimia humiditate ſcatent, in vmbra aliquantulum exiccando) conquaſſando eas in mortario lapideo, piſtillo ligneo, atque inter quaſſandum, ad miſcetur ſacchari pulverati triplum, inſolantur in vaſe vitreo, ſeu vitreato per aliquos dies: hinc reponuntur. Fructus coquuntur ad mollitiem, extrahitur pulpa per ſetaceum



ceum equinum, diſſolvitur duplum ſacchari in decoctione ſeparata, coquitur ad mellis conſiſtentiam, poſtea additur caro extracta, & lento igne coquitur conſerva, ad iuſtam conſiſtentiam: ex Ceraſis acidis ſolet exprimi ſuccus abſque coctione, & cum eo, & ſacchari totidem fit conſerva coquendo ad iuſtam conſiſtentiam: ex radicibus paratur, vt ex fructibus.

M. Conſervæ vbi aſſervantur, & quandiu aſſervari poſſunt?

D. Vaſis figulinis vitreatis ſervari debent, & aſſervari poſſunt per annum, & vltra. Appellantur etiam *Condita*.

M. *Pilulæ* quid?

D. Sunt medicamenta in forma ſolida rotunda, ſic dicta à parva Pila ob ſimilitudinem.

M. Pilulæ quomodo parantur?

D. Accipiendo medicamenta pulverata, incorporandoque ea cum liquore conveniente, vt mucilagine, ſucco, ſyrupo, extracto, &c. orbiculoſque formando.

M. *Pilulæ* quandiu aſſervari poſſunt?

D. Ob duritiem, & Aloem quam plures tenent, per annos duos, treſvè ſervari poſſunt, præſertim, quæ opium non continent.

M. *Trochiſci* quid?

D. *Trochiſci* ſunt ſpecies, ſeu pulveres cum mucilagine ſuſcepti, ac incorporati, in orbiculoſque formati.

M. *Trochiſci* quomodo parantur?

D. Accipiendo medicamenta ſubtiliter pulverata, redigendoque ea in maſſam cum liquore mucilaginoſo, ex qua formâtur orbiculi, exiccantur in vmbra, & reponuntur.

M. *Trochiſci* quandiu aſſervari poſſunt?

D. Per annum durant, & vltra, niſi opium, ſeminaque rancori obnoxia contineant, qua propter per annum integrum non aſſervari poſſunt.

M. *Extractum* quid?

D. Eſt eſſentia rei, vi liquoris alicuius, è corpore craſſiore ſeparata, ad conſiſtentiam iuſtam inſpiſſata.

M. *Extractum* quomodo paratur?

D. Extractum viſcoſum fit, accipiendo corpus craſſo modo

do trituratum, ſi durum ſit, infundendoque cum itera portione liquoris convenientis quæ ſufficiens ſit per 24. horarum ſpatium: ebulliendo hinc per quadrantem horæ, poſt percolando forti expreſsione, idque reiterando, ad totalem extractionem ſubſtantiæ, colaturæ omnes miſcentur, & per ſedimentum clarificantur, poſtea cum albuminibus ovorum, mox lento igne cinerum evaporantur (ſemper agitando) ad mellis ſpiſsitudinem. *Liquor convenit acuare cum oleo tartari per deliquium, aut ſale tartari.* Extractum reſinoſum, paratur cum ſpiritu vini, digerendo res groſsè contuſas, poſt filtrando per chartam, mox cum aqua ſpiritum debilitando, ad præcipitationem reſinoſæ ſubſtantiæ, quæ aqua lavatur, ſervaturque; & venit aliquoties ſub nomine magiſterij, vt magiſterium, ſeu reſina jalappæ, ſcammonij, &c.

*M.* Extracta vbi aſſervantur, & quandiu aſſervari poſſunt?

*D.* Vaſis figulinis, vel vitreatis amplioris orificij, vt ſpatula deprompi poſsint, ſervantur; at verò ſi ſicciora ſint, ſervantur involuta in charta, reponunturque in vaſis vitreis loco ſicciore, duriora in plures annos perdurãt.

*M. Tinctura* quid?

*D.* Eſt abſtractio alicuius rei, abſque abſtractione menſtrui, liquidiori forma.

*M. Tinctura* quomodo paratur?

*D.* Accipiendo res præparatas, ideſt contuſas, quas contundendas, &c. imponendoque eas in vaſe vitreo anguſti orificij, ſeu matrace, ſuperinijciendoque portionem liquoris convenientis ad eminentiam duorum, vel trium &c. digitorum, (ſi quãtitas liquoris non explicetur) obturandoque optimè vas, deinde inſolando, vel collocando id ſupra cineres calidos, ad juſtam tincturam rerum infuſarum, tunc percolatur tinctura, vſuiq; ſervatur: Aliquando etiam abſtrahitur liquor ad olei ſpiſsitudinem.

*M.* Tincturæ vbi aſſervantur, & quandiu aſſervari poſſunt?

*D.* Vaſis vitreis ſtricti oris aſſervãtur, & aſſervantur ſecundum diverſitatem menſtruorum, cum quibus extractæ fuere.

*M. Balſamum* quid?

D.



*D.* Nomen *Balſamum* imponitur pluribus in officina, ſed præcipuè denotat genus quoddam odoramenti, oleo craſsioris, linimento liquidioris.

*M. Balſama*, vbi aſſervantur, & quandiu aſſervari poſſunt?

*D.* Balſama odorata Pyxidibus ſtanneis benè occluſa aſſervantur; liquidiora ſtillatitia, vaſis vitreis anguſti orificij, per annos duos, treſvè durabilia ſunt.

*M. Succus* quid?

*D.* Eſt eſſentia expreſſa aqueæ naturæ, & aquæ permiſcibilis.

*M. Succus*, quomodo paratur?

*D.* Accipiendo vegetabilia ſucculenta viridia, contundendoque ea, ac per diem perſe macerando, exprimendo mox ſuccum, & cum ſubſideat decantando, hinc cum albuminibus ovorum clarificando, iterumque per ſedimentum clarificando, tunc percolatur, reponiturque qui liquidus eſt ſervandus; qui verò inſpiſſandus eſt, ſic præparatus, inſpiſſatur lento igne cinerum (ſemper agitando, ne empyreuma contrahat) ad mellis ſpiſsitudinem.

*M.* Succi vbi aſſervantur, & quandiu aſſervari poſſunt?

*D.* Succi liquidi ſervantur in vaſis vitreis anguſti orificij, cooperti oleo, vt à ſitu (vulgo *moho*) conſerventur; mutarique debent quotannis; inſpiſſati verò conveniunt cum extractis, & perdurant ad annos duos, treſvè, & vltra.

*M. Decoctum* quid?

*D.* Eſt liquor imprægnatus viribus medicamentoſis, interveniente debita coctione

*M.* Interveniente debita coctione quid?

*D.* Idem, quod coquere ſecundum artem.

*M.* Coquere ſecundum artem quid?

*D.* Coquere ſecundum artem eſt, materias coquendas, non ſimul, & ſemel inijcere, ſed diverſis iniectionibus, prius, poſterius, ſecundum ſubſtantias rerum coquendarum, v. g. ſi cornua, ligna, cortices, & radices, folia, ſemina, aromata, ac flores decoctioni deſtinentur, primum cornua, ligna, cor-



UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN

tices, & radices (quia duriores ſunt) macerari debent aliquandiu, præparata ad coctionem, vt cornua limata, ligna, cortices, ac radices contuſas, mox coquenda ſunt aliquandiu, hinc folia inciſa, ac ſemina injicienda ſunt, ſi grandiora ſint contuſa; tandem quoque ſub fine coctionis aromata, & flores; ſubinde removetur vas ab igne, obturatur, & poſt ſex horas, ſeu cum frigidum ſit colabitur, niſi decoctum ſit mucilaginoſum, quia tunc colandum erit adhuc calidum, & depurabitur per ſedimentum, eoque vtetur.

*Nota*, quod hordeum, ac cicera quamvis ſint ſemina, coquuntur plus quam ligna, & radices; & ſchœnanti flores coquuntur ſicut herbæ, ac rhabarbarum quamvis ſit radix coquitur ſicut flores, itaque attendendum eſt ſubſtantijs coquendorum: & ſit regula generalis, quod hordeum, & cicera debent coqui ad decem librarum conſumptionem; ſmilax, guaiacum, radix chinæ, ac cornua ad octo, polypodium ad ſex, radices aperientes ad quinque, radices communes ad trium, ſemina, ac herbæ ad vnius, & ſemiſis, fructus ad vnius, flores, capillus veneris, ac rhabarbarum ad vnciarum duarum conſumptionem.

**M.** *Infuſio* quomodo paratur?

**D.** Accipiendo res medicamentales præparatas ad infuſionem, ideſt, inciſas, contuſas, limatas, &c. immergendoque eas in liquore tepido, quantitate, & qualitate, reſpondente, v. g. ſi quod ſufficiat preſcribitur, vt materia cooperiatur, liquorque ſupereminicat digitum vnum, 2. 3. &c. reponiturque loco calido, menſurando tempus, quo res infundendę ſunt ſecundum ſubſtantias ſuas, hinc decantatur liquor, exprimiturve pro uſu.

**M.** *Acetum* quid?

**D.** *Acetum* eſt liquor aciditate terreſtriori, ac fixiori impręgnatus.

*Nota quod per acetum in genere, liquorem quemcumque acidum notare poteſt, vnde à nonnulis ſpiritus vitrioli, & ſimiles acetum dicuntur; ſed in officinis ſolum liquorem acidum ex ſuccis (precipuè ex vino) paratum, denotat.*



**M.** *Acetum* quotuplex?

**D.** Duplex: ſimplex, & compoſitum.

**M.** *Acetum ſimplex* quid?

**D.** Quod paratur ex ſuccis potulentis, antequam in pręparationem aliam veniat.

**M.** *Acetum compoſitum* quid?

**D.** Quod in aliam formam commutatur, aut alijs permiſcetur.

**M.** *Acetum compoſitum* quotuplex?

**D.** Duplex: *Diſtillatum*, & *infuſum*.

**M.** *Acetum diſtillatum* quomodo paratur?

**D.** Accipiendo acetum fortiſsimum ex vino, diſtillandoque per cucurbitam vitream, in Balneo Mariæ, vel cinerum lentiſsimo calore; primo aſcendit phlegma, & cum guttulæ acidæ appareant mutabitur recipiens, & continuabitur diſtillatio, donec ſpiritus omnis aſcenderit.

**M.** *Acetum diſtillatum* vbi aſſervatur, & quandiù aſſervari poteſt?

**D.** In vaſis vitreis aſſervari debet, & aſſervatur omni tempore quo obtinet ſuum acidum integrum.

**M.** *Acetum infuſum* quomodo paratur?

**D.** Accipiendo materiam putam, atque exiccatam, incindendo, quæ incindenda, contundendo quæ contundenda, &c. poſt mituntur in lagenam, & infunditur acetum vini acerrimum, donec ad lagenę collum pertingat (ſi quantitas non explicetur) ore venè clauſo, collocabitur in locum tepidum, vel temperatum & acetum viribus rerum infuſarum impręgnabitur, mox filtrabitur, vſuique reponetur.

**M.** *Acetum infuſum* vbi aſſervatur, & quandiu aſſervari poteſt?

**D.** Vaſis vitreis, coopertum oleo, loco temperato ſervari debet, mutarique quotannis.

**M.** *Emulſio* quid?

**D.** Eſt medicamentum liquidum lactis colorem emulans,



UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS ®

lans, ex medulla fructuum, vel ſeminum lacteſcendium cum liquore appropiato paratum, vel expreſſum.

*M. Emulſio* quomodo paratur?

*D.* Accipiendo ſemina excorticata, ſi excorticari poſſunt, piſtandoque ea in mortario lapideo piſtillo ligneo, humectandoque non nihilo liquoris, poſteaque addendo propè medietatis liquoris, exprimendoque per linteum: reſiduum iterum contundetur, ac emulgetur reliquo liquore, iterumque exprimetur: & emulſio edulcorabitur cum ſaccharo, vel ſyrupo apropriato, cavendo ne, acida commiſceantur, quia acida res lacteſcentes in magiſterium præcipitant.

*M. Syrupus* quid?

*D.* Eſt liquor medicamentoſis qualitatibus imprægnatus, cum ſaccharo, vel melle, ad mellis conſiſtentiam coctus.

*M. Syrupus* quomodo paratur?

*D.* Accipiendo partes duas liquoris, ſivè ſit ſuccus, ſivè decoctio, ſivè infuſio, &c. & partem vnam ſacchari, ſeu mellis cum albuminibus ovorum clarificati, & ſimul coquendo in vaſe vitreato, ſemper deſpumando, ad mellis ſpiſſitudinem, quod cognoſcitur ſi gutta in tabula frigida non extendatur: ſic parantur ſyrupi ſimplices, cæteri habent ſuas methodos.

*M.* Syrupi quandiu aſſervari poſſunt?

*D.* Simplices quotannis mutari debent, compoſiti, ac aromatici per biennium ſervari poſſunt.

M. Aqua diſtillata, ſeu ſtillatitia quid?

*D.* Eſt limpha diſtillationis elicita, conſtans ex parte aquea, & ſpirituoſa.

*M.* Aquę ex vegetabilibus, eorumque partibus quomodo diſtillantur?

*D.* Ex herbis, & floribus ſucculentis, exprimitur ſuccus, ac affunditur ſupra novas herbas, ſeu flores, & per balneum Marię, ſeu vaporis, ſive arenę humidæ diſtillantur, ſi vis earum facilè evaneſcit: ex aromaticis autem, vt & calidioribus quorum vis non ita volatilis, commodius per veſicam eliciuntur: ex herbis



bis minus ſucculentis ſit infuſio earum, ſeu decoctio, in qua macerantur novę herbę, ſeu flores contuſę, vel minutim inciſę, & diſtillantur: ex herbis calidis, & odoratis, ſi ſiccę diſtillentur aquæ elegantiores erunt: ex fructibus ſucculentis, abſtrahitur ſuccus, & diſtillatur per balneum; ſi minus ſucculenti ſint contundi debent, & diſtillandi ſunt vt dictum eſt: ex ſeminibus accipiuntur ſemina groſsè contuſa, macéranturque cum aqua, poſt diſtillantur per veſicam, & exit oleum cum aqua, quod ſeparatur per infundibulum: radices contunduntur, maceranturque cum aqua, & diſtillantur per veſicam: aromata contunduntur groſsè, & macerantur per aliquos dies cum menſtruo idoneo, deinde diſtillantur per veſicam.

M. Aquę ex Animalibus, eorumque partibus quomodo diſtillantur?

*D.* Accipiuntur Animalia integra, vel eorum partes, lavantur ſi neceſſe ſit, incindentur, vel contundentur, & per balneum diſtillabuntur. ſic diſtillantur aquæ lumbricorum, cochlearum, ſpermatis ranarum, medullarum, cerebri, lactis, ſeri lactis, ſtercoris, &c.

M. Aquæ diſtillatæ vbi aſſervantur, & quandiu aſſervari poſſunt?

*D.* Vaſis vitreis, loco temperato; phlematicæ ſingulis annis, vel mutandæ, vel renovandæ ſunt, ſuperfundendo recentes plantas, denuoque diſtillando; ſpirituoſæ diutius ſervari poſſunt?

*M. Spiritus* quid?

*D.* Eſt liquor diſtillatus naturæ ſpirituoſę, ſubtilis, & penetrans, volatilis, vel fixus.

*M.* Spiritus quomodo paratur ex floribus, ſeu herbis?

*D.* Accipiendo ſuccum expreſſum, ac in eo infundendo recentes flores, ſeu herbas contuſas, ſpeciei ſucci, & in vaſe idoneo clauſo, intermiſſo ſale, reponitur in cella vinaria donec fermentando acidiuſculum, ac vinoſum acquirat odorem, poſt diſtillatur per veſicam, & diſtillatum, rectificatur per balneum: *Si res minus*

*ſuc-*

UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN

*ſucculentæ fuerint, cum aqua ferbente irrorari, ac perfundi convenit*: Ex fructibus exprimitur ſuccus, & proceditur vt dictum eſt: ſin minus ſucculenti ſint, vt baccæ, &c. contundentur, ac affunditur aqua fervens, & proceditur vt dictum eſt.

*M.* Spiritus ex frumentis quomodo paratur?

*D.* Accipiendo farinam cuiuſcumque frumenti, humectandoque eam cum aqua (in qua fæces vini, ſeu cerevifiæ dilutæ fuerint) vt maſſa fiat liquida benè agitando, coopertaque relinquetur per duas, tres vè horas, donec aqua omnes partes farinæ optimæ madefaciat, dein addendo maiorem quantitatem aquæ ſemper materiam agitando, ne in glebas concreſcat, & liquidam materiam farinaceam acquirat, mox vaſe idoneo maſſa impoſita ſtet donec in altum elevetur, dein ſubſidebit, & liquor limpidus apparebit, & cum odorem, & ſaporem vinoſum obtineat, per veſicam diſtillabitur, poſteaque ſpiritus diſtillatus rectificabitur, vſuique ſervabitur.

*M.* Spiritus ex durioribus, vt ſunt cornua, oſſa, ligna, &c; quomodo paratur?

*D.* Implendo retortam lutatam ex materia limata, ſeu contuſa, eique imponendo recipiens capaciſsimum; commiſſuris exactè clauſis, ad hibetur ignis gradatim, & continuabitur ad extractionem omnis ſubſtantiæ, tunc vaſis refrigeratis ſeparabitur ſpiritus ab oleo, & ſale volatili, ſpirituſque rectificabitur per matracem igne cinerum, vſuique ſervabitur.

*M. Spiritus* quomodo paratur ex ſalibus?

*D.* Accipiendo ſal, v. g. commune pulveratum, permiſcendoque cum argillæ, vel boli triplo, ac per retortam optimè lutatam igne gradato diſtillando, & primum aſcendit phlegma, quod ſeparatur, & cum guttæ acidæ apparent, imponitur recipiens capaciſsimum, commiſſuris optimè lutatis, & augetur ignis gradatim, in fine addendo vſque quò, vaſa frigida appareant.

Poſſunt in principio diſtillationis ſi placuerit, lutari va-



vaſa abſque ſeparatione phlegmatis, & procedi poteſt vt dictum eſt, poſt inijci ſpiritus in cucurbita vitrea cum ſuo capitelo, & igne cinerum abſtrahi phlegma vſque quo guttulæ acidæ appareant. Si rectificare volueris ſpiritus, cum guttulæ acidæ appareant, impone, receptaculum, claude commiſſuras, & auge ignem ad extractionem ſpiritus: ſed convenit rectificare illum, per retortam vitream, igne arenæ poſtquam dephlegmatus fuit.

In diſtillatione vitrioli, non permiſcetur materia alia; quia partes terreas continet ei inſervientes ad ſuas particulas ſalinas interponendas.

*M. Spiritus* quomodo aſſervantur, & quandiu aſſervari poſſunt?

*D.* Vaſis vitreis benè obturatis aſſervantur, & ſi venè cuſtoditi fuerint, quò minus exhalentur, diu durare poſſunt.

Nota: *Omnes ſpiritus corroſivi, vt ſunt: ſpiritus Nitri, vitrioli ſalis communis, &c. corrodunt ſuber: vrinoſi verò vt ſunt: ſpiritus cornucervi, tartari, ſalis ammoniaci, vrinæ, vini, &c. liquefaciunt ceram, illamque penetrant.*

*M. Salia fixa* quomodo parantur?

*D.* Accipiuntur cineres quicumque elixiviantur in vaſe terreo, lixivium decantatur, & percolatur, poſtea evaporatur uſque ad ſiccitatem, & ſal remanet in fundo, & lateribus vaſis, quod ſeparatur, & calcinatur in crucibulo ad albedinem, mox in aqua diſſolvitur, per chartam filtratur, & ad pelliculam evaporatur, tunc reponitur per noctem in loco frigido, & cryſtalli formantur, liquor in alio vaſe per decantationem ſeparatur, iterum que evaporatur ad pelliculam, loceque frigido vt antea collocatur, criſtalique, vt antea, formantur, & ſic proceditur ad extractionem totius ſalis in cryſtallos; cryſtalli omnes ſiccantur, vſuique ſal ſervatur.

*M. Salia Eſſencialia* quomodo parantur?

*D.* Accipiendo ſuccos expreſſos, & depuratos, inſpiſſando,

doque eos aliquantulum, mox reponuntur ad criſtalliſandos loco frigido per noctem, in vaſe ligneo, & cryſtalli formantur in lateribus, & fundo vaſis, qui ſeparantur, & ſiccati reponuntur.

Si maiorem copiam ſalis deſideretur, convenit macerare herbas in ſuis ſuccis, & parare, vt dictum eſt.

*M. Salia volatilia* quomodo parantur?

*D.* Diſtillando res per retortam, igne gradato, & primò exit phlegma, mox ſpiritus, poſteaque oleum, & vltimo ſal, quod ſeparatur ab oleo, & ſpiritu, permiſceturque cum oſsibus calcinatis, & ſublimatur per matracem vitreum cum ſuo capitello, igne cinerum.

*M. Salia* vbi aſſervantur, & quandiu aſſevari poſſunt.

*D.* Salia conveniunt cum ſpiritibus, in duratione, & aſſervatione.

*M. Magiſterium* quid?

*D. Magiſterium* dicitur pulvis præcipitatus, ex ſolutione alicuius rei.

*M. Magiſterium* quomodo paratur?

*D.* Accipiendo materiam, ex qua volumus magiſterium parare, v. g. corallium pulveratum, ſolvendoque cum aceto diſtillato (aliquando acuitur cum ſpiritu nitri, aut ſimili) ſolutio filtratur, & præcipitatur cum oleo tartari per deliquium facto, aliquoties cum ſpiritu vitrioli, mox lavatur magiſterium cum aqua, vt dulceſcat, exiccatur, & reponitur: ex partibus durioribus animalium paratur ſimili modo: ſed quia hæc magiſteria ſic parata, imprægnata manent acidis, inutilia ſunt, quia deſtruuntur proprietates abſorventes minerallium, & figitur volatilitas partium animalium.

*M. Magiſteria* quandiu aſſervari poſſunt?

*D.* Aſſervati poſſunt annos duos, treſvè, & vltra, quia ex partibus durioribus parantur.

*M. Fæcula* quid?

*D.* Fæcula eſt pulvis ſubſidens, ex certis vegetabilium expreſsionibus

*M. Fæcula* quomodo paratur?

D:



*D.* Accipiendo vegetabilem viridem, vt radicem Ari, ſeu Iridis, lectam, piſtandoque eam optimè in mortario lapideo, exprimitur fortiter, & ſuccus expreſſus reponitur, vt fæcula ſubſideat, quæ exiccatur, vſuique ſervatur.

*M. Fæculæ* vbi aſſervantur, & quandiu aſſervari poſſunt?

*D.* Vaſis vitreis ſervari debent, reponique ſingulis annis.

*Radices ſiccæ, ac pulverata vtiliores ſunt quam fæculæ, quia ſuccus qui abſtrahitur, virtutis eſt abſtratio, fereque deſtructio.*

*M. Gelatina* quid?

*D.* Eſt ſuccus inſpiſſatus viſcoſus, & lucidus.

*M. Gelatina* quomodo paratur?

*D.* Accipiendo partes animalium cartilaginoſas, v. g. raſuras cornu cervi, pedem vituli, &c. digerendoque cum aqua, poſt coquendo, mox filtrando adhuc calens, & coagulando:

Ex fructibus exprimitur ſuccus, coquitur, & clarificatur cum albuminibus ovorum, poſt additur ſaccharum, & coquitur ad ſpiſsitudinem iuſtam.

*M. Oleum* quid?

*D.* Eſt ſubſtantia pinguis, & inflammabilis, aliquando liquida, & aliquando craſſa.

*M. Oleum* ſimpliciter dictum quod intelligendum eſt?

*D. Oleum* olivarum quia analogatum primum.

*M. Oleum* quotuplex?

*D.* Triplex: *Infuſum*, ſeu *Coctum*, *Expreſſum*, & *Diſtillatum*.

*M.* Oleum *Infuſum*, & *Coctum* quomodo parantur?

*D.* Accipiendo ſimplicia recentia contuſa, ſeu inciſa, & in oleo immerſa, in ſolando ea, ad imprægnationem olei virtutum infuſarum, tunc exprimitur oleum:

Per coctionem fit eodem modo, coquendo mox ad humiditatis exhallationem, cuius inditium eſt, ſi inſtilletur guttula ſuper prunas ſine ſtrepitu:

Ex herbis ſiccis debet parari ſola maceratione, ſeu primò humectando eas cum liquore appropriato.

M.

UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

*M. Oleum expreſſum* quomodo paratur?

*D.* Accipiendo ſemina, ſeu nucleos, v. g. Amygdalas excorticatas, ac in mortario minutiſsimè contuſas, & implendo ſacculum, vel ponendo eas, in linteo, quod ligatur, & exprimitur fortiter ſub prælo, & dicitur oleum amygdalarum ſine igne: Elicitur etiam oleum torrendo illam paſtam, vel melius, tepefaciendo illam vapore aquæ ferventis, et exprimendo vt dictum eſt: Eliciuntur etiam olea per decoctionem rei in aqua qua decoctione pars oleoſa ſuper natat, quæ colligitur, poſtquam coctio colata fuit per pannum; ſic paratur oleum Baccarum Lauri, &c.

*M.* Olea diſtillata ex vegetabilibus quomodo parantur?

*D.* Accipiuntur res (*Præcipuè ſicca*) contuſæ, quæ contundendæ, &c. macerantur que ſecundum ſubſtantiam ſuam, ſuperaffuſa aqua, additoque ſalis communis vel fæcum cereviſiæ manipulo vno, ac altero, deinde diſtillantur per veſicam, & exit oleum cum aqua, quod ſeparatur per infundibulum: Etiam eliciuntur ex vegetabilibus durioribus per retortam, vt oleum Guaiaci, & ſimilium lignorum, accipiendo ſegmenta lignorum arida, implendoque retortam, ac diſtillando in excipulo capaciſsimo igne nudo gradatim adhibito, primum ſtillat liquor clarus, continuato igne ſequuntur ſpiritus nebuloſi, poſtea augendo ignem, exit oleum, quod rectificatur impaſtando illud oſsibus calcinatis, vel cineribus optime lixiviatis, & exiccatis: Eodem modo eliciuntur olea ex reſinis, Gummatis, &c.

*M.* Olea ex Animalibus quomodo diſtillantur?

*D.* Ex cornibus, oſsibus, vngulis, & partibus cæteris durioribus, eliciuntur, vt ex lignis; ex partibus pinguibus, eliciuntur impaſtando eas cum calce, cinere, arena, &c. Et diſtillando per retortam vitream lutatam, vel igne arenæ.

*M.* Olea vbi aſſervantur, & quandiu aſſervari poſſunt?

*D.* Olea infuſa, ac expreſſa, in vaſis vitreis reponuntur; diſtillata in vaſis vitreis anguſti orificij optimè obturatis: Expreſſa citò ranceſcunt, præſertim temperata: frigida aſſervari poſſunt per annum; calida per duos, treſve; diſtillata diutius durant; in ſolata quotannis mutari debent.



*M. Vnguentum* quid?

*D.* Eſt medicamentum topicum pingue, linimento durius, emplaſtro mollius.

*M. Vnguentum* vnde dicitur?

*D.* Ab vngendo.

*M. Vnguentum* ex quibus componitur?

*D.* Ex rebus pinguibus, oleis, reſinis, gummatis, cera; additiſque nonnumquam pulveribus, aliquoties etiam componitur ex oleaginoſis, & mineralibus, &c.

*M.* Vnguentum quomodo paratur?

*D.* Si paretur ex oleo, & cera accipiuntur partes quatuor olei, & pars vna ceræ, liquantur, & poſt refrigerationem reponitur vnguentum, ſic paratur vnguentum agripæ, cucurbitæ, & ſimilia: ſi vnguentum accipit pulveres metallicos, quantitas pulverum erit pars dimidia, olei pars vna, & ceræ quarta pars: hoc eſt vncia vna olei, vncia ſemis pulverum, & dragmas duas ceræ, vt in vnguento albo Rhaſis: ſi vnguentum accipit reſinoſas materias, & gummata in oleo diſſolubilia, poſt quam in eo diſſoluta fuerint colantur, & iuxta refrigerationem adduntur pulveris, ſi in eo ingrediantur, ſemper agitando vſque ad refrigerationem, ne pulveres ſe elevent, aut ſubſideant: ſi res aqueæ, vt ſunt ſucci aquei, mucilagines, decoctiones, herbæ virides, &c. Addendæ ſunt, prius coquendæ ſunt cum oleo ad humiditatis illius aqueæ conſumptionem, cuius indicium eſt, ſi gutta inſtilletur ſuper prunas ſine ſtrepitu: ſi gummata, indiſſolubilia in oleo vnguentum recipit, poſt quam diſſoluta fuerint in aceto, vel alio liquore, colataque, ſunt coquenda lento igne ad vnguenti conſiſtentiam, cum eoque exactè miſcenda; addendo propè refrigerationem olea diſtillata, & pulveres ex gummatis ſi in vnguento ingrediantur: alia vnguenta parantur abſque cera, vt vnguen-

guentum litargyrij, alia habent pro materia axungiam, vt vnguentum populeonis, roſatum, &c. alia mel, vt vnguentum Ægyptiacum, &c.

*M. Vnguenta*, vbi aſſervãtur, & quandiu aſſervari poſſunt?

*D.* Vaſis vitreis, ſeu vitreatis, partimque ſtanneis, & aſſervantur per annum, & vltra.

*M. Linimentum* quid?

*D.* Eſt medicamentum topicum pingue, dicatum illinitioni corporis, magis pingue quam vnguentum, & magis craſſum quam oleum.

*M. Linimentum* quomodo paratur?

*D.* Accipiendo partem vnam ceræ, & partes octo olei in reliquis regulam vnguenti ſervando.

*M. Emplaſtrum* quid?

*D.* Eſt medicamentum durius aliquantulum ceratis, & vnguentis.

*M. Emplaſtrum* ex quibus componitur?

*D.* Ex omnibus quibus vnguentum.

*M. Emplaſtrum* quomodo paratur?

*D.* Si emplaſtrum paratur ex oleaginoſa materia, & calce plumbi, vt litargyrio, ceruſſa, ſeu minio, pro vnaquaque libra litargyrij ſumi debet libra vna, & ſemis olei, & ſimul coqui debent vſque non adhæreant digitis, ſemper agitando, humiditatem addendo inter coquendum, ſi humiditas in illo ingrediatur (ſed extra ignem) vt ſolet ingredi decoctio, mucilago, &c. Et tunc coqui debet ad humiditatis conſumptionem, & ad conſiſtentiam dictam: ſi ex ceruſſa, aut minio, & oleaginoſa materia paretur, accipiuntur æquales partes olei, & ceruſſæ, ſeu minij, et coquitur, vt dictum eſt, addendo iuxta finem ceram, reſinam, gummataque, ſi in eo ingrediantur, poſt pulveres, ſumendo pro vnaquaque libra emplaſtri vncias tres pulverum, niſi maiorem vim diſideretur, et juxta refrigerationem, olea diſtillata, et mercurium extinctum cum axungia, vel terebinthina, ſeu ſaliva hominis, vt in emplaſtro ranarum, & mox malaxatur formanturque magdaleones.

M.



*M.* Gummata, ac reſina quomodo in emplaſtris adhibentur?

*D.* Gummata, quæ non poſſunt in pulverem redigi, ſolvuntur in aceto, ſimilive liquore aqueo ſi addendus fuerit in emplaſtrum, percolantur, & coquuntur ad emplaſtri ſpiſsitudinem, & ſic ſolvuntur in aliqua portione emplaſtri, & cum reliquo miſcentur; in terebinthina etiam optime ſolvuntur: reſinę ſi impuriores ſint, diſſolvuntur in liquore oleaginoſo, percolantur, & emplaſtro miſcentur.

*M.* Gummata, ac reſinę quos liquores amant?

*D.* Euphorbium, Maſtiche, Thus, Pix, Aſſa, Reſina pini, Ladanum, Colophonia, Terebinthina, Galbanum, Benzoin, Animæ, Opopanax, Tacamahaca, Caranna, Caphura, Sagapenum, & ſtyrax, oleum amant, non aquam.

Lacca, Tragacanthum, Gummi Arabicum, & ſanguis Draconis, aquam amant, non oleum.

Bdellium, Myrrha, & Thymiama, ideſt cortex Thuris, neque oleum, neque aquam, ſed diſſolvuntur in aceto, vino, &c. aut pulverantur.

*Cerata non diferunt hodierna die ab empalſtris.*

*M. Cataplaſma* quid?

*D.* Eſt medicamentum topicum, pultis conſiſtentiam habens.

*M. Cataplaſma* quomodo paratur?

*D.* Duobus modis: ſine igne, & cum eo; ſine igne paratur ex herbis viridibus contuſis, aut earum ſuccis expreſis, alijſvè liquoribus convenientibus, quibus reliqua admiſcentur, vt fiat inſtar pulticulæ: cum igne verò coquuntur res cum liquore conveniente, ad mollitiem, vt herbæ radices, fructus, &c. mox conquatiuntur, & extrahitur pulpa per ſetaceum, hinc reliqua admiſcentur, vt fiat cataplaſma.

*M. Clyſter*, quid?

*D.* Eſt medicamentum liquidum, quod ano, vel vtero, per ſiphonem intruditur. Appellatur etiam *Clyſma*, & *Enema.*

F M.

UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

*M. Clyſter* quomodo paratur?

*D.* Accipiendo liquores medicamentoſos, ſivè ſint decocta, ſivè lac, &c. quibus ſæpius addi ſolent aliqua electuaria, ſalia, ſyrupi, olea, &c.

*M. Suppoſitorium* quid?

*D.* Eſt medicamentum ſolidum piramidale, ad intruſionem in anum deſtinatum.

*M. Suppoſitorium* quomodo paratur?

*D.* Coquendo mel lentè, ita vt digitis tractari poſſit, tunc additur drachma vna pulverum, vel ſalis Gemmæ, ſeu Ammoniaci, ſivè communis, & mellis quod ſuficiat, vt formetur ſuppoſitorium inſtar digiti piramidalis figuræ:

*Filo apenſo nunnunquam preſcribitur, ne intus remaneat plus, quam decet.*

*M. Peſsi* quid?

*D.* Sunt medicamenta figura ſimilia ſuppoſitorijs, niſi quod longiora, & craſsiora, ex rebus vterinis, quia vteri collo intrudenda, eodem modo efformata.

## CAPVT VI.

### *Nomina generalia Præparatorum.*

ACetum, vide cap. V.

*Acetum radicatum*, eſt liquor acerrimus aceti, abſtracto phlegmate.

*Alcohol*, Arabica vox, denotat duo diverſiſsima, ſcilicet pulverem tenuiſsimum, ferè impalpabilem, deinde ſpiritum vini per reiteratas diſtillationes rectificatiſsimum.

*Alkaeſt*, eſt præcipuè deliquium nitri fixi, ſecundum Glauberum. Ab aliquibus dictum ignis Gemmæ.

*Alkali*, nomen *Alkali* imponitur ſalibus lixivioſis vegetabilium.

*Amalg.*



*Amalgama*, eſt mixtura metalli cum mercurio vivo.

*Amuletum*, *Periamma*, *Periapton*, *Xenechton*; eſt medicamentum quod collo ſuſpenſum creditur alleviare morbum.

*Amurca*, denotat fæces olei, ſeu ſedimenta expreſſorum.

*Anacollema*, eſt medicamentum glutinoſum, quod fronti applicatur, vt fluxum ſanguinis ad nares, & oculos intercipiat.

*Apocema*, eſt idem quod decoctum.

*Apophlegmatiſmus*, eſt medicamentum forma gargariſmi, maſticatorij, & vnguenti factum, facultatem habens pituitam à cerebro eliciendi.

*Aqua diſtillata*, *ſeu ſtillatitia*, vide cap. V.

*Azoth*, dicitur mercurium cuiuſcumque corporis metallici.

*Balani*, idem ſunt quod glandes, ſeu ſuppoſitoria.

*Balſamum*, vel *Balſamus*, vide cap. V.

*Bochetum*, dicitur decoctum ſecundarium ex ligno ſancto, ſmillace aſpera, china, & alijs ſudoriferis paratum.

*Bolus*, vide cap. V.

*Calx*, propriè dicitur quod calcinando, vel in Alcohol converſum paratur ex materia dura.

*Caput mortuum*, eſt reſidua illa, quæ in diſtillationibus remanet.

*Cataplaſma*, vide cap. V.

*Catapotia*, dicuntur pilulę, eo quod integræ degluttiantur.

*Cauterium*, à viribus ſic dictum, eſt quod cutem, carnemque adurit.

*Cementum*, eſt pulvis, cuius ope calcinatio cementatoria peragitur.

*Ceratum*, vel *Cerotum*, à cera ſic dictum, eſt medicamentum topicum, inter emplaſtrum, & vnguentum conſiſtentiæ medi olim.

F 2 *Cinis*,

UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

*Cinis*, eſt pulvis ille griſeus ex combuſtione rerum cre-matilium remanens, conſtans ex ſale, atque terra mortua.

*Claretum*, eſt vinum aromaticum infuſum, cum ſaccharo dulcoratum, aliàs Hyppocraticum dic-tum.

*Clyſter*, *Clyſma*, *Enema*, vide cap. V.

*Collyrium*, eſt medicamentum, quod oculis appli-catur.

*Collutiones oris*, ſunt medicamenta, quæ in ore detinentur, beneficioque linguæ hinc, inde agitan-tur.

Colopho-nia, pro ea quid.

*Colophonia*, eſt reſiduum ex reſinarum diſtillationi-bus, ſeu coctionibus: pro ea accipitur pix græca, pro compoſitis.

*Compoſitio*, eſt duorum, vel plurium medicamen-torum convenientium, mixtio artificioſa, ad vnam, eandemque formam, vſumque determi-natum.

*Condita*, ſunt idem quod conſervæ.

*Confecta*, ideſt, ſaccharo obducta, & incruſtata: etiam confectiones dicuntur *confecta*.

*Conſerva*, vide cap. V.

*Corroſivum*, idem eſt quod cauſticum, vel caute-rium.

*Crocus*, eſt calx ad croceum colorem vergens: præ-cipue paratur ex Antimonio, Marte, & Ve-nere.

*Cucupha*, eſt idem quòd ſacculus repletus medicamen-tis cephalicis.

*Decoctum*, vide cap. V.

*Dentifricium*, eſt medicamentum dentibus, vel gingi-bis fricandis deſtinatum.

*Diaclyſma*, idem eſt quod gargariſmus.

*Di[illegible]atum*, vel *Diaceraſum*, eſt pulpa ceraſorum acidorum, cuius tres libræ, ſacchari libræ duæ per-miſcentur.

*Dropax*, eſt medicamentum compoſitum, ex picis pu-



partibus octo, & olei partibus duabus, aliquoties ali-quos pulveres miſcendo, & eſt medicamentum em-plaſticum, fortiter cuti adhęrés: *Dropax* à pice dictum.

*Eclegma* eſt medicamentum appellatum *Linctus*, *Lam-bile*, *Loch*, & *Lohoch*, vide cap. V.

*Electuarium*, vide cap. V.

*Eleoſaccharum*, eſt medicamentum compoſitum ex oleo diſtillato, & ſaccharo pulverato: v. g. Communiter miſcetur ſcrupulum vnum olei, cum vncia vna ſac-chari pulverati.

*Elixyx*, eſt idem quod Tinctura.

*Embrocha*, *Irrigatio*, *Inſtillicidium*, *Inſtillatio*, eſt fo-mentationis genus cùm liquor fomentans ſtillatim, ſeu guttatim in partem fomentantem funditur.

*Emplaſtrum*, vide cap. V.

*Emulſio*, vide cap. V.

*Epithema*, eſt medicamentum liquidum, & etiam ad vnguenti ſpiſſitudinem, parte alicui imponendum.

*Errhina*, ſunt medicamenta, quæ naribus immittuntur, adeoque, & *Ptarmica* comprehendunt.

*Eſſentia*, propriè loquendo, eſt pars balſamica rei, à craſsiori ſeparata.

*Extractum* vide cap. V.

*Farina*, eſt pulvis molendo contritus.

*Flores*, in præparatis ſunt partes ſubtiliores corporis, per ſublimationem ſeparatę, ſub forma ſicca, à craſsiori-bus particulis: in nativis vide cap. I.

*Fæcula*, vide cap. V.

*Frontale*, denotat epithema fronti applicandum.

*Galreda*, idem eſt quod Gelatina.

*Gargariſmus*, eſt liquor deſtinatus ad os, fauceſque gar-gariſanda.

*Gelatina*, vide cap. V.

*Gilla*, ideſt ſal vitrioli vomitivum.

*Glandes*, idem ſunt quòd ſuppoſitoria.

*Gummi*, in præparatis idem eſt quod extractum reſino-ſum, vide cap. V. in extracto, & etiam vide cap. I. in nativis

F 3 *Hydro-*

*Hydroleum*, eſt aqua cum oleo mixta.

*Hydromel*, eſt liquor ex aqua, & melle confectus.

*Holippæ*, ſunt placentulæ, ex infuſione medicamentali, farinaque triticea, addito ſaccharo, paratæ

*Infuſum*, *Infuſio*, vide cap. V.

*Julapia*, dicuntur potiones magis liquidæ, quam ſyrupi.

*Iuleb*, eſt nomen Perſicum, idemque ſonat quod potio dulcis: Arabici, vocem *Jubepi*, non diſtingunt à ſyrupis; à noſtratibus autem Julepi, ſeu Julapia, dicuntur potiones magis liquidæ quam ſyrupi, vt dictum ſupra.

*Lapis*, nomen Lapidis imponitur nonnulis medicamentis, quæ excocta ſunt ad duritiem lapideam.

*Laudanum*, dicitur de ſolo medicamento ex opio confecto, vt *Laudanum opiatum*, quod nihil aliud eſt quam extractum opij, admixtione alexipharmacorum, cordialiumve, & ſimilium, correctum. Dicitur autem *Laudanum*, quaſi laudatum medicamentum ob inſignes vires ſuas, quibus in graviſsimis infirmitatibus naturæ ſuccurrit.

*Linctus*, vide Lohoch.

*Linimentum*, vide cap. V.

*Lixivia*, ſunt ſolutiones ſalinæ Alkalinæ diffuſæ.

*Loboch*, vide cap. V.

*Lozangæ*, ſunt idem quod morſuli.

*Magiſterium*, vide cap. V.

*Malagma*, idem eſt quod cataplaſma.

*Maſticatorium*, eſt medicamentum appophlegmatizans, quod in ore detentum, dentibuſque maſticatum pituitam liquat.

*Menſtruum*, eſt liquor, quo tincturas extrahemus, & plura ſolida liquamus.

*Muccago*, ſeu *Mucilago*, eſt liquor glutinoſus, ſeu viſcoſus in gelatinam quaſi coactus: *Muccago* dicitur quaſi muccum ago.

*Morſuli*, ſeu *Morſelli*, vide Tabellæ.

*Naſale*, idem eſt quod errhinum.





*Naſcale*, idem eſt quod peſſus.

*Oleum*, vide cap. V. Olei nomen imponitur etiam nonnullis ſpirituoſis liquoribus ſed impropriè; ſic dicitur oleum vitrioli, ſulphuris, & ſimilia, quę ſpiritus ſunt: etiam deliquium tartari, dicitur oleum tartari per deliquium, & ſimilia quæ liquores ſunt: etiam oleum ſacchari liquor, in quem ſaccharum reſolvitur liquore aliquo accenſo.

*Opiatum*, *confectio opiata*, hoc nomen imponitur nonnullis electuarijs, quamquam opium non contineant, quia habent conſiſtentiam opiatarum.

*Oxycratum*, eſt mixtura ex aceto, & aqua: etiam dicitur *Poſca*.

*Oxymel*, eſt mixtura ex aceto, & melle.

*Oxyrrhodinum*, eſt medicamentum compoſitum ex partibus tribus olei roſati, & parte vna aceti.

*Oxyſaccharum*, eſt medicamentum conſtans ex ſaccharo, & aceto.

*Paſtilli*, idem ſunt quod trochiſci.

*Peſsi*, vide cap. V.

*Phlegma*, eſt liquor diſtillatus aquoſus.

*Pilulæ*, Vide cap. V.

*Poſca*, vide oxycratum.

*Potio*, dicitur communiter quicumque liquor potulentus; ſed pręcipuè intelligitur de potione purgante.

*Præparata*, præcipuè vocamus materias duras ſupra porphyrium lapidem pręparatas in pulverem impalpavilem.

*Ptipſana*, dicitur decoctum ex hordeo, vel ex radicibus, & herbis paratum.

*Pulvis*, ſic dictum à pellendo, quod ventorum impetu pellitur, eſt medicamentum in pulverem redactum, tàm ſimplex, quàm compoſitum.

*Quinta eſſentia*, pręcipuè denotat ſpiritum diſtillatum ex ſuccis fermentatione exaltatis; etiam olea diſtillata vocamus eſſentias.

*Reſina*, in nativis vide cap. I. in præparatis vide cap. V. in extracto.

*Rob*, *Rohob*, *ſapa* eſt ſuccus fructuum ad mellis conſiſtentiam perfe inſpiſſatus aliquoties etiam cum ſaccharo.

*Rotulæ* vide *Tabella*.

*Sacculus*, eſt genus medicamentoſum, conſtans ex convenientibus medicamentis ſiccis, in ſacculo in ſutis.

*Sal*, vide cap. I.

*Sapa*, vide Rob; etiam dicitur de muſto inſpiſſato, & ad tertias cocto.

*Sief*, ideſt collyrium ſiccum.

*Sinapiſmus* eſt cataplaſma, vel maſſa è ſemine ſynapi, vim habens cuti ruborem, vel ardorem, ſeu veſicas inducendi.

*Syrupus* vide cap. V.

*Sparadrapus*, eſt linteum emplaſtro immerſum, appellatur etiam, *Tela emplaſtica*.

*Spiritus*, vide cap. V.

*Succus*, vide cap. V.

*Suffitus*, *ſuffumigium*, eſt vapor ſuave olens ex re fragrante accenſa, vel ex alia materia olente, vt lana, plumæ, &c.

*Suppoſitorium*, vide cap. V.

*Tabulla*, vide cap. V.

*Terra mortua*, eſt terra ex elixiviatione reſidua, omnibus facultatibus eficacibus deſtituta.

*Tinctura*, vide cap. V.

*Tragea*, *Tragema*, *Bellaria*, eſt pulvis cum ſaccharo ad ſaporem gratum commiſtus, granulorum figuram acquirens.

*Trochiſci*, vide cap. V.

*Vnguentum*, vide cap. V.

## CAPVT VII.

### *Nomina generalia Medicamentorum ratione virtum.*

ABſorbentia, dicuntur medicamenta quæ ſiccitate ſua terreſtri ſaſia variæ acrimoniæ, in humoribus corporis humani reperibilia, imbibunt, & quaſi exurgunt, ac propterea imbibentia etiam dicuntur.

exur-



*Acerbus*, vide cap. I.

*Acouſtica*, ſivè *Acuſtica*, ſunt medicamenta, quę auditum roborant.

*Adurens*, *Pyroticum*, eſt quod adurit, vt ſunt veſicatoria, *Eſcharotica*, & *Cauſtica*

*Alexipharmacum*, Alexipharmaca ſunt medicamenta generaliter, quæ venenis ſunt adverſa, & malignitati.

*Alexiterium*, ideſt venena animalium præcipuè reſpiciens, & fugans.

*Alterantia* dicuntur remedia, quæ abſque manifeſta evacuatione, aut etiam augmentatione, mutationem aliquam evidentem in humoribus, ſpiritibus, & partibus ſolidis inducunt. Alterantia generaliter denotat qualitatum mutationem, ideſt, in aliam naturam, & à præſenti diverſam tranſitionem.

*Analeptica*, ſivè *Reſumptiva*, dicuntur medicamenta, quę vires corporis afflictas, ſivè morbi diuturnitate, ſivè defectu alimenti, reſtituunt. Analeptica autem differunt à reſtaurantibus in eo, quod prima, habitum corporis, alia verò vires debilitatas reſtituunt, vtraque conſtant, ex alimentis, & medicamentis ſimul iunctis, quia non tantum nutritioni corporis inſerviunt, verum etiam morbis quibus vexantur, & medentur.

*Anaſtomica*, dicuntur medicamenta ea, quę caliditate & acrimonia ſua, vaſorum ora aperiendi vim habent, qualia ſunt: Allium, Porrum, Cyclamen, Salvia, aliaque ſimilia.

*Anodynum*, *Anodyna*, *Paregoricum*, *Epicraſtica*, & *Narcotica*, idem ſignificant; ſuntque medicamenta, quæ dolore mitigant, blando ſuo calore, calorem corporis fovendo, fovendoque meatus reſerant, laxant, emolliunt, diſcutiuntque; talia ſunt: temperata, tenuis ſubſtantię.

*Anthelminthica*, vocantur medicamenta contra vermes, quæ interimendo, ſuffocando, liquando, deſtruendoque operantur.

An-

UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

*Antifebrilia*, vide febriſuga.

*Antihyſterica*, vide hyſter icum.

*Antiſcorbutica*, dicuntur medicamenta, quæ incura ſcorbuti adhibentur; qualia ſunt Anagallis, Centaurium, raphanus, polypodium, vrina hominis, ſtercus anſeris, ſemen aquilegiæ, tinctura florum Antimonij, nitrum vitriolatum, ſal chalybis, cryſtallus, tinctura ſulphuris, ſpiritus tartari, tinctura tartari, ſpiritus vini, aquę camedryos, chelidonij, choclcariæ, fumariæ, vermicu'aris, &c.

*Aperiens*, ideſt vaſa reſerans, vt calida (non vltra gradum ſecundum) ſubſtantiæ tenuis; oponitur aſtringentibus.

*Apophlegmatizans*, eſt quod excrementa è cerebro in palatum, & os detrahit, ſivè maſticando, ſivè gargariſando, ſivè palato illiniendo; hæc ſunt calida, acria, vel à tota ſubſtantia agentia.

*Areotica*, ſivè *rarefacientia*, dicuntur medicamenta, quæ poros dilatando, vaporum evacuationem per diaphoreſim facilitant, vide cap. I. Medicamenta quomodo *rarefaciunt*?

*Artheticum*, *Arthriticum*, eſt quod nervoſo generi, & articulis familiare eſt.

*Adſtringens*; ideſt oſcula vaſorum occludens: italia ſunt frigida, ſubſtantiæ craſſæ, acerba, auſtera, &c. Vide cap. 1. Medicamenta quomodo *adſtringunt*?

*Atrahens* ideſt humores, ac ſpiritus è corpore ſuperficiem alliciens, talia ſunt calida in ſecundo, & tertio gradu, tenuis ſubſtantiæ.

*Attenuans*, eſt quod diſſolvit, ac incidit craſſos, viſcidos, frigidoſque humores; hęc ſunt calida in gradu tertio, ſubſtantiæ tenuis, mordicantia, ſalſa, amara, nitroſa: opponitur incraſſantibus.

*Bechicum*, vide pectoralia.

*Bezoardicum*, idem eſt quod Alexipharmacum.

*Calefaciens*, eſt quod calorem excitat.

*Cardiacum*, vel *Cardiaca*, vide cap. 1.

*Carminativum*, ideſt flatus diſcutiens.

*Catagmantica*, eſt quod fractis oſsibus ſolidandis convenit.

*Cathe-*



*Cathæreticum*, eſt quod ſuperfluam carnem abſumit.

*Catharticum*, vide cap. 1.

*Cauterium*, *Cauſticum*, *Cauterizans*, *Eſcharoticum*, eſt quod non ſolum in cutem, ſed in carnem ſubiectam adurendo agit.

*Caphalicum*, vide cap. 1.

*Cholagogum*, vide cap. 1.

*Cicatrizans*, ideſt cicatricem inducens; talia ſunt quæ non ſolum id, quod influit, ſed humorem, qui in ipſa carne continetur, conſumunt, vt hac ratione in cutem caro mutetur: hæc ſunt vehementer ſiccantia, craſſa, ſeu aſtrictoria.

*Condenſans*, ideſt poros cutis contrahens, vt facit aqua frigida, ſubaſtringentia, ſubauſtera, ſub acerba, &c. vide cap. 1. Medicamenta quomodo condenſant?

*Confortans* ſeu *Confortativum*, eſt quod proprietate quàdam partem aliquam reſpicit, roborat, & confortat.

*Conſtringens*, idem eſt quod obſtruens.

*Corroborans*, idem eſt quod confortans.

*Corrodens*, *Corroſivum*, eſt quod excreſcentem carnem tollit, talia ſunt calida in quarto gradu, tenuis ſubſtantię, ſepticum, acrimordacia, &c. vide cap. 1. Medicamenta quomodo corrodunt?

*Cordialia*, vide cap. 1.

*Coſmetica*, dicuntur medicamenta ad corporis ornatum facientia.

*Deiectorium*, ideſt per aluum purgans.

*Denſans*, idem eſt quod condenſas.

*Detergens*, idem eſt quod extergens.

*Diaphoreticum*, idem eſt quod ſudorificum vide cap. 1.

*Digeſtiva*, ſunt, quæ vel calorem ventriculi naturalem excitando, fermentaque ejuſdem exacuendo, alimentorum concoctionem promovent; vel quę humores pręparando, & diſponendo ad ſeparationem, ac ſegregationem inutilium, ab vtilibus, ante purgantium vſum ſunt vſitatiſsima. Vide etiam cap. 1. Medicamenta quomodo digerunt.

*Diſen-*

*Diſenterica*, ſunt remedia ad fluxum alvi cruentum, ac torminoſum facientia

*Diureticum*, *Diuretica*, *Nephritica*, Lithontriptica, eſt quod humorem ſeroſſum, & aquoſum ſanguinis ad renes, & veſicam deducit, vt inde eijciatur, vide cap. 1.

*Eccoproticum*, Eccoprotica ſunt medicamenta, quæ alvi excretionem promovent, ſed mitius, ſcilicet ſtercus tantum, ac alia, quæ in ſparijs inteſtinorum, primæ regionis vijs, continentur deijciendo.

*Ecphragetica*, ſunt medicamenta, quæ per poros cutis purgant, ac cum Diaphoreticis propterea coincidunt, opponuntur emplaſtris, & idem ſunt quod *Eccatartica*.

*Ecryſotica*, ſeu *Eradicantia*, ac *Electiva*, ſunt medicamenta purgantia, quorum vis, non tantum in inteſtinis, ac imo ventre, ſed etiam in alijs vaſis, & viſceribus, vnde humores glutinoſos educunt, exeritur.

*Emeticum*, ſivè vomitorium, vide emetica cap. 1.

*Emmenagogum*, ideſt menſes ciens.

*Emolliens*, Eſt quod humores concretos, ac congelatos fundit, talia ſunt calida in ſecundo gradu, nonnihil ſicca, & empiaſtica, vide cap. 1. Medicamenta quomodo emolliunt?

*Emphractica*, ſunt emplaſtica, quæ poros ſuo lentore obſtruhunt, & opplent, talia ſunt humida, tenacia, vt olea.

*Epicarpium*, ſeu *Pericarpia*, ſunt medicamenta regioni pulſus in mnuum carpis aplicanda, qualia ſunt, emplaſtra, vel vnguenta antifebrilia; item confortativa pro pulſibus.

*Emplaſticum*, ideſt glutinoſum, eſt quod parti cuipiam illitum tenaciter adhæreſcit, ac poros implet, hæc ſunt ſicca, ac terrea citra acrimoniam.

*Epuloticum*, vel *Synoloticum*, eſt quod vlceri cicatricem inducit; vide cicatrizans.

*Erodens*, eſt idem quod corrodens.

*Errhinum*, eſt quod pituitam (non ſolum è ventriculo

ce-



cerebri, ſed) circa meninges hæreatem ad nares proijcit, adeoque citra ſternutationem; talia ſunt calida, ac nitroſa.

*Eſcharotica*, ſunt medicamenta quæ cicatricem, ſeu cruſtam inducunt.

*Expectorans*, vide Pectoralia, ſeu Bechica, cap. 1.

*Extergens*, ideſt lentos humores, ac glutinoſos cuti adhæreſcentes eluendo, infarctu liberans, hæc ſunt ſiccantia, tenuis ſubſtantiæ, nitroſa, amara, &c.

*Febrifuga*, ſeu *Antifebrilia*, ſunt medicamenta febribus fugandis, ac debellandis apta.

*Glutinans*, *Glutinatorium*, eſt quod aglutinat, & coniungit ſolutas partes, vt faciunt ſiccantia, & adſtringentia.

*Glutinoſum*, eſt idem quod emplaſticum.

*Hepaticum*, *Hepatica*, vide cap. 1.

*Hydragogum*, eſt quod ſerum, ſeu aquas purgat, vide Hydragoga cap. 1.

*Hypnoticum*, eſt quod ſomnum conciliat, ideſt ſomniferum.

*Hyſtericum*, ſivè *Antihyſtericum*, eſt quod vtero familiare eſt, vide *Hyſterica* cap. 1.

*Humectans*, eſt quod humidum redit.

*Incidens*, eſt idem quod attenuans.

*Incraſſans*, ideſt tenuiores, & liquidiores ſuccos, craſſiores reddens; talia ſunt frigida, aut temperata citra acrimoniam, craſſæ, & terteæ ſubſtantiæ: vide cap. 1. Medicamenta quomodo Incraſſant?

*Indurans*, eſt quod quaſi congelat, & diſcutit, talia ſunt frigida in ſecundo, & tertio gradu.

*Iſchæmon*, ideſt ſanguinem ſiſtens.

*Laxans*, ideſt materium attenuans, & diſcutiens, hæc ſunt modicè calefacientia, largius humectantia, & ſubſtantiæ tenuioris.

*Lithontripticum*, vide *Diureticum*.

*Malacticum*, ideſt *Emolliens*.

*Maturans*, ideſt puris generationem iuvans; talia ſunt temperatè calida, humida, & emplaſtica.

*Mela-*

UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

*Melanagogum*, eſt quod atram bilem educit, vide cap. 1.
*Menſeſmovens*, eſt quod obſtructiones vteri reſerat, & ſanguinem ab eo deducit.
*Nephriticum*, dicitur quod renibus familiare eſt: vide Diureticum.
*Nervinum*, vide *Arthriticum*.
*Obſtruens*, ideſt oſcula vaſorum occludens: hæc ſunt frigida, aſtringentia, ſubſtantiæ craſſę, auſtera, & acerba.
*Ophthalmicum*, ideſt quod oculis familiare eſt: vide cap. 1.
*Oticum*, eſt quod auribus familiare eſt.
*Odontalgicum*, eſt quod dentium dolores ſopit.
*Paregoricum*, vide *Anodynum*.
*Phlegmagogum*, vide cap. 1.
*Pneumaticon*, idem eſt quod *Pulmonicum*, vel *Aſthmaticum*.
*Polychreſtum*, dicitur quod multis viribus pollet.
*Poroticum*, ideſt callum generans.
*Pſilothrum*, ideſt depilatorium.
*Ptarmicum*, ideſt ſternutatorium.
*Pulmonicum*, eſt quod pulmonibus familiare eſt.
*Purgans*, eſt quod humores è corpore, vel per os, vel per anum educit; vide *Purgantia*, cap. 1.
*Puſgematrans*, vide *Maturans*.
*Putrefaciens*, eſt quod acrimonia, &c. calori nativo inſenſiſsimum, eumque, vel fugat, vel eius ſymmetriam deſtruit: talia ſunt mordicantia, acria, arſenicalia, &c.
*Rarefaciens*, ideſt cutis meatus reſerans, talia ſunt, calida, moderatè ſicca, ſubſtantiæ tenuis, &c.
*Refrigerans*, eſt quod frigus inducit, vide cap. 1.
*Repellens*, eſt quod humores in membra irruentes, vel nondum planè impactos repercutit; talia ſunt: vel frigida humida, quæ meatus contrahunt, vel frigida ſicca terreſtria, aut auſtera, aſtringentia, &c.
*Reſerans*, ideſt infarctum liberans.
*Reſolvens*, ideſt diſcutiens, ſcilicet per inſenſibilem tranſpirationem, vel interdum idem eſt quod attenuans.

*Sar-*



*Sarcoticum*, ideſt carnem generans; talia ſunt quæ extra mortuum, ſordes vulnerum detergunt, ne conſolidationem impediant.
*Septicum*, ideſt putrefaciens.
*Siccans*, ideſt quod ſiccitatem inducit.
*Somniferum*, vide Hypnoticum.
*Splenicum*, ſive *Spleneticum*, vide cap. 1.
*Sternutatorium*, *Ptarmicum*, eſt quod ſternutationem movet, ac excrementa capitis, tum ea quæ in cerebro, tum etiam quæ circa meninges hærens, expellit.
*Stomachicum*, eſt quod ventriculo familiare eſt, vide ſtomachica, cap. 1.
*Stomaticum*, eſt quod ori convenit.
*Stupefaciens*, idem eſt quod narcoticum.
*Sudorificum*, idem eſt quod Diaphoreticum.
*Veſicans*, *Veſicatorium*, eſt quod veſicas, & puſtulas excitat extremam cuticulam tantum attollendo; talia ſunt cantharides, ſinapi, fermentum, flammula, ranunculus, & ſimilia.
*Vomitorium*, idem eſt quod emeticum, ideſt per os humores educens, vide cap. 1.
*Vreticum*, idem eſt quod diureticum.
*Vulnerarium*, eſt quod intus aſſumptum vulnerum conſolidationem iuvat.

## CAPVT VIII.

### *De aliquorum Simplicium electionibus.*

M*agiſter.* *Electio* quid?
*Diſcipulus.* *Electio* medicamentorum eſt inquiſitio debita, ac perfecta; certis, ac veris conditionibus confirmata, & eleganter ornata.

*VI-*

UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

*Melanagogum*, eſt quod atram bilem educit, vide cap. 1.
*Menſesmovens*, eſt quod obſtructiones vteri reſerat, & ſanguinem ab eo deducit.
*Nephriticum*, dicitur quod renibus familiare eſt: vide Diureticum.
*Nervinum*, vide *Arthriticum*.
*Obſtruens*, ideſt oſcula vaſorum occludens: hæc ſunt frigida, aſtringentia, ſubſtantiæ craſſę, auſtera, & acerba.
*Ophthalmicum*, ideſt quod oculis familiare eſt: vide cap. 1.
*Oticum*, eſt quod auribus familiare eſt.
*Odontalgicum*, eſt quod dentium dolores ſopit.
*Paregoricum*, vide *Anodynum*.
*Phlegmagogum*, vide cap. 1.
*Pneumaticon*, idem eſt quod *Pulmonicum*, vel *Aſthmaticum*.
*Polychreſtum*, dicitur quod multis viribus pollet.
*Poroticum*, ideſt callum generans.
*Pſilothrum*, ideſt depilatorium.
*Ptarmicum*, ideſt ſternutatorium.
*Pulmonicum*, eſt quod pulmonibus familiare eſt.
*Purgans*, eſt quod humores è corpore, vel per os, vel per anum educit; vide *Purgantia*, cap. 1.
*Puſgentrans*, vide *Maturans*.
*Putrefaciens*, eſt quod acrimonia, &c. calori nativo inſenſiſsimum, eumque, vel fugat, vel eius ſymmetriam deſtruit: talia ſunt mordicantia, acria, arſenicalia, &c.
*Rarefaciens*, ideſt cutis meatus reſerans, talia ſunt, calida, moderatè ſicca, ſubſtantiæ tenuis, &c.
*Refrigerans*, eſt quod frigus inducit, vide cap. 1.
*Repellens*, eſt quod humores in membra irruentes, vel nondum planè impactos repercutit; talia ſunt: vel frigida humida, quæ meatus contrahunt, vel frigida ſicca terreſtria, aut auſtera, aſtringentia, &c.
*Reſerans*, ideſt infarctum liberans.
*Reſolvens*, ideſt diſcutiens, ſcilicet per inſenſibilem tranſpirationem, vel interdum idem eſt quod attenuans.

*Sar-*



*Sarcoticum*, ideſt carnem generans; talia ſunt quæ extra mor..um, ſordes vulnerum detergunt, ne conſolidationem impediant.
*Septicum*, ideſt putrefaciens.
*Siccans*, ideſt quod ſiccitatem inducit.
*Somniferum*, vide Hypnoticum.
*Splenicum*, ſive *Spleneticum*, vide cap. 1.
*Sternutatorium*, *Ptarmicum*, eſt quod ſternutationem movet, ac excrementa capitis, tum ea quæ in cerebro, tum etiam quæ circa meninges hærens, expellit.
*Stomachicum*, eſt quod ventriculo familiare eſt, vide ſtomachica, cap. 1.
*Stomaticum*, eſt quod ori convenit.
*Stupefaciens*, idem eſt quod narcoticum.
*Sudorificum*, idem eſt quod Diaphoreticum.
*Veſicans*, *Veſicatorium*, eſt quo veſicas, & puſtulas excitat extremam cuticulam tantum attollendo; talia ſunt cantharidæ, ſinapi, fermentum, flammula, ranunculus, & ſimilia.
*Vomitorium*, idem eſt quod emeticum, ideſt per os humores educens, vide cap. 1.
*Vreticum*, idem eſt quod diureticum.
*Vulnerarium*, eſt quod intus aſſumptum vulnerum conſolidationem iuvat.

## CAPVT VIII.

### *De aliquorum Simplicium electionibus.*

M*agiſter. Electio* quid?

*Diſcipulus. Electio* medicamentorum eſt inquiſitio debita, ac perfecta; certis, ac veris condicionibus confirmata, & eleganter ornata.

*VI-*

UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

## *VIPERA.*

QVaſi vivipara, quia vivum fœtum parore dicitur, vel vi patiens dicta eſt: eſt ſpecies ſerpentis, ſerpentibus communibus venenoſior, hyeme in ſcopolis ſopita delireſcens, vel & terra obtecta.

Præſtant fœmellæ, collectæ tempore verno, poſtquam aliquandiu à cavernis ſuis hybernis fuerint egreſſæ, victuque quadantenus refectę. Iuvenculæ (non eſtæ-tę, nec gravidæ) quæ ęblatis partibus auferendis, diu adhuc moventur, quæque degunt locis aridis, & montanis: *nota* quod fęminę habent quatuor caninos dentes.

## *VIRES.*

V*Iperarum vſus maſſam ſanguineam renovat, & quaſi quoddam reiuveneſcentiæ vitale balſamum inducit; unde convenit in morbis malignis, ac venenatis, in elephantiaſi, lepra, ſcabie contumaci, in ſterilitate mulierum, & infœcundis viris, in ſtrumis, & ſcrophulis, in cachexia, & affectione hypochondriaca, lue venerea, aliiſque morbis contumaciſſimis; &c.* Doſis à ℈j. ad ʒj.

Exiccantur abſciſis capite, & cauda, detractiſque exuvijs, & interaneis exemptis, corpora ſic exiccata ſuſpenſa in aëre, ſiccove loco pulverentur.

## *MOSCHVS.*

EST ſanguis apoſtematus certi animalis, vel excrementum, ſeu ſanies incluſa vomicæ enatæ circa vmbilicum, dum veneris æſtro animal id percellitur: videlicet vomicam hanc dum dolet, ac lapides, vel arborum truncos fricat, adeòque diſrumpit ſaniem inibi contentam effluere facit, lapidibuſque adhæreſcere



cere, hinc calore ſolis vlterius elaborata in Moſcum odoris ſuaviſſimi faceſſit. Eſt, & cuiuſdam animalis quod vocatur *Gazzella*, ſed melior eſt orientalis, quia animal comedit ſpicam nardum, aliaſque res aromaticas.

Eligatur Moſcus minutis glevis, vel Xylocaractæ, ideſt ſiliquarum granis conſimilis, præſſu digitorum liqueſcens, ac diſſolubilis, collore flavus, ad nigredinem inclinans, pondere levis, & qui in humidum vas immiſſus levior evadit, quam qui gravior, ſubſtanciam oleaginoſam non-nihil habens; odore ſuaviſſimus, & ſapore amarus, & poſitus ſuper linguam ſtatim conturbans cerebrum.

## *VIRES.*

C*Alefacit in ſecundo gradu; ſiccat in tertio; attenuat diſcutit, cordialis eſt, & alexipharmacus, hinc, & cephalicus. Vſus præcipui ſunt in omnibus affectibus cordis, palpitatione (potus, ac illitus) ſpiritus nimirum vitales fovet, ſuſcitat, & recreat.* Doſis gr. jv. vel v.

## *CASTORIVM.*

FIber animal eſt amphybium; aqua; ac terra ambiens, vivens piſcibus, ac fructibus, corticibuſque arborum: cuius teſticuli eligendi debent, qui ex vno ortu conexi ſunt, liquore intus veluti ceroſo, odore gravi, & virus redolent, guſtu acri, mordente, ac friabile, naturalibus tunicis circundati.

## *VIRES.*

C*Alefacit in tertio gradu, ſiccat in ſecundo, attenuat, aperit, flatus diſcutit, nervos, nervoſaſque partes, &*

 *im-*

UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

*caput roborat, ſpiritus animales torpidos excitat, venenis reſiſtit, ſternutationem cit, anodynum eſt, menſes promovet; hinc proficuum eſt in lethargo, apoplexia, epilepſia, paralyſi, vertigine, artuum tremore, deſluxionibus ad articulos, ſtrangulatu vteri, dolore colico: idque vſu tùm interno, tùm externo. Inſuper tinnitus aurium, ac difficultatem audiendi corrigit (auri inditum) dentiumque dolori ſuccurrit.* Doſis à gr. j. ad v.

Ettmullerus, & Hoffmanus habent per vulgarem errorem, caſtoris teſticulos, eſſe caſtorium, ſed peculiare genus cuiuſdam ſucci, qui colligitur in certis tumoribus, ſeu folliculis ad inguina ſitis. Siti ſunt folliculi inter teſticulos, & penem, vel anum ſtatim ſub cute, ex quibus eodem modo colligitur, ac Zibethum: abundantius quidem in maribus, parcius in fœmellis. Hi tumores teguntur membrana, in cuius medio cavitas eſt, ex qua liquor, pinguedo, vel oleoſa, vel ſeroſa colligitur, & tranſudat, vel arte, vel per ſe, qui inſpiſſatus dat caſtorium.

## *ZIBETHVM.*

Dicunt eſſe Cati Zibethini excrementum, ſeu ſudorem inter teſticulos concretum, veſicâ in volutum, ex qua inciſa Zibethum depromitur. Revera tamen ſunt diſtincti teſticuli à vaſculo Zibethico (ait Gervaſius) nam veſicula Zibethi eſt folliculus membranaceus, cuti intus impactus, hiſpidus, & hirſutus, in medio rimam habens, & quidem ſita eſt inter teſtes, & pudendum, adeò vt, ſicut caſtorium, nullum habeat commercium cum pene, & teſtibus. Intrinſecus carnoſa, ac dura continet granula, vel glandolas, ſubſtantia duriores ipſis teſtibus, per quas glandulas tranſudat illius modi liquor ab ijs elaboratus, quem Zibethum vocamus.

*VI.*



### *VIRES.*

C*Alidum, & humidum eſt, atque anodynum. Vſus crebri in dolore colico (inungitur vmbilico) in dolore ventris infantum, in ſtrangulatu vteri applicatur vuluæ, vel cavernula vmbilici.*

## *SPERMA CETI.*

MOdernæ obſervationes, & experientiæ, in Cetorum captura manifeſtarum hoc *Sperma Ceti* dictum ex Cetis eſſe non autem quod ex partibus eorum genitalibus oriatur, ſed ex capite potius eorum proveniat, & tam ipſum ſit pingue cerebrum, quàm oleoſus cerebro circumfuſus liquor.

Eligatur candidum, pingue, recens, non rancidum.

### VIRES.

H*Vmectat, reſolvit, anodynum eſt, proin vulgaris vſus in coagulati ſanguinis reſolutione à caſu, vel ſimiliter contractu in torminibus colicis ſedandis, vt, & in torminibus ventris infantum mitigandis, in tuſsi, tartaroque pulmonum demulcendo.* Doſis à ℈j. ad ʒij.

## *MVMIA.*

COmmuniter quatuor ſunt Mumiæ ſpecies: Prima Mumia Arabum, quæ eſt liquor concretus exudans è cadaveribus, aloe, myrrha, balſamoque conditis: Secunda Ægyptiorum, quæ eſt liquamen ex cadaveribus Piſaſphalto conditis, quo cadavera vilioris ſortis condiebantur: Tertia Piſaſphaltum facticium,

 ideſt

UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN

ideſt mixtum pici bitumen : Quarta cadaver ſub arena ſolis æſtu torrefactum in Hammoniorum regione : Alia quinta ſacticia additur ab Authore Crollio ſed inter nos non licet fieri, quare illam non recito.

Inter tantas ergo mumiarum varietates, cenſeo mumiam, quam nobis venditant, eſſe illam ex quarta ſpecie, igitur corpora integra torrefacta, cum veſtigijs veſtitum, noſtris mercatoribus tranſmittuntur.

## *VIRES.*

R*Eſolvit aſſumpta ſanguinem coagulatum, conferre dicitur purgationi capitis, punctioni lienis, tuſſi, inflationi corporis, menſibus obſtructis, alijſque affectibus uterinis, & ſimilibus.* Doſis ad ʒiij. *extrinſecus exhibetur in vulneribus conſolidandis.*

## *OS CORDIS CERVI.*

EST arteriarum in baſi cordis concurſus, qui cum ætate, & imprimis turgeſcentiæ tempore durior fit, & in os degenerat.

## *VIRES.*

*Os cordis Cervi in eius defectu quid.*

P*Eculiariter cordi convenit, idque à malignitate tuetur, cuſtodit partum, & prægnantibus mire conducit.* In eius defectu ſuplere poteſt curnu cervi crudum.

## *CORNV CERVI VIRES.*

C*Rudum reſiſtit putredini, malignitatem corrigit, ſudorem cit, balſamum humanum corroborat: hinc uſus eius pro-*



*ficuus eſt in variolis, morbillis, febribus putridis, & malignis, alijſque morbis ubi ſudore opus eſt.*

Commendatur collectum intra feſtivitates Virginis Mariæ, ideſt inter 15. Auguſti, & 8. Septembris.

## *CORNV CERVI VSTI VIRES.*

V*I ſua ſiccante putredini reſiſtit, fluxus alvi ſedat, vermes necat, ſudores cit, medicinaque infantibus familiariſſima eſt.* Doſis à ℈j. ad ʒj. & vltra.

## *EBVR.*

Dentes Elephantis *Ebur* dicti ſunt.

## *VIRES.*

E*Bur refrigerat, & ſiccat moderatè, adſtringit, incidit, viſcera roborat, albas mulierum fluxiones ſiſtit. Ictero convenit, lumbricos fugat, diuturnis obſtructionibus confert, ſtomachi dolores, & imbecillitatem abigit; epilepſiæ medetur, melancholiam arcet, putredini, ac venenis reſiſtit. Adhibetur eius limatura in infuſionibus, quin, & pulvis in ſubſtantia exhibetur.* Doſis ʒß.

Ebur vſtum ponimus pro ſpodio Arabum, quod nihil aliud eſſe ait Avicenna l. 2. canon. tract. 2. cap. 617. quam radicem alcannæ combuſtam, cuius vires refrigerant, & exiccant, ſtypticæ ſunt, confortant cor, conferunt tremori cordis, & ſincopæ ex cholera ſubortæ. Dicitur ſpodium Arabum, ad diferentiam ſpodij Grecorum, de quo vide infra. *Spodium Arabum.*

*** *** ***
*** ***
***

## *SERVM LACTIS.*

MEliuſ eſt ſumptum ex lacte iuvenum caprarum, & nigrarum, & boni paſtus, & recenter fœtarum: poſt iſtud in bonitate eſt, quod ſumitur ex ovibus: & laudatur conſideratum in ſe, ſi recens, ſi boni odoris, & boni ſaporis, & proprij, & non extranei, & in quo nulla cecidit corruptio.

## *VIRES.*

C*Alefacit, & ſiccat, abſtergit, alvum ſubducit, vrinam ciet: vſus crebri in infuſionibus purgantibus, abſtergentibus, &c.* Doſis ab ℥ij. ad ℔j.

## *MEL.*

EST ſuccus roris Cœleſtis Apibus collectus: Galeno teſte.

Eligendum eſt Mel flavum pellucidum, odore, ac ſapore iucundum, conſiſtentia, neque craſſum, ac concretum, neque dilutum nimis, omni ex parte vnitum, ſeu continuum. Flavo ſuccedit album, quod itidem, modò reliqua bonitatis ſigna ne defuerint, non contemnendum. Vitetur autem in mellis electione, favus araucarum texturis refertus. Omnibus porrò præfertur Mel virginium dictum, ideſt, quod novellæ apes conficiunt: colore ex flavo albicans.

## *VIRES.*

C*Alidum, ac ſiccum ſtatuitur in gradu ſecundo (albicans tamen minus calidum cenſetur) nutrit, abſtergit,*



*git, aperit, pulmonibus convenit, vrinam cit, tuſſi medetur, putredini reſiſtit. Extrinſecus oculorum caliginem diſcutit, alijſque eorum affectibus ſuccurrit.*

## *SACCHARVM.*

SVccus eſt plantæ cuiuſdam arundinaceæ, non ſolum in India, Sicilia, & alijs locis, ſed etiam in Hiſpania ortæ

## *VIRES.*

C*Alefacit, humectat, aperit, & diſcutit; prodeſt alvo, veſicæ, & renibus; placat ſtomacho, iuvat anhelantes, frangit lapillos renum, aptum eſt pectori, conducit cibos odore, expellit defluxus capitis: vermes, & tineas creat in pueris; propter calorem in ventre convertitur in bilem. Colicos dolores abigit.*

## *ALOE.*

EST ſuccus amariſsimus ex Arabia, & Ægypto, ad nos aſportatus pellibus involutus, ex planta ab Arabibus *Sebar* dicta.

Genera eius ſunt quatuor; ſcilicet pars puriſsima, lucida dicta, eo quod radijs ſolaribus obiecta pellucida inſtar vitri appareat, quæ omnium eſt optima: (ſed nobis non aſportatur.) Secunda eſt *ſuccotrina*, ideſt quaſi ſucco citrina, vel à Socorra Inſula vbi copioſè creſcit: huic ſuccedit *Hepatica*, ſic dicta quia colorem hepatis refert; hæ duo inter nos vſitatiſsima ſunt, præcipuè ſuccotrina; & ex omnibus laudatiſsima eſt quæ pura, eximiè amara, quæ etiam debet eſſe in primo guſtu dulcis declinans ad amaritudinem, ſubflava, difficilis ſolutu, ac fractu; hinc quanto aloe pu-

purior, amarior, flavior, tanto quoque melior eſt. Omnibus is ſuccedit impuriſsima, grave olens, *Cavallina* dicta; quia cavallis, ſeu equis exhiberi debet non hominibus.

## *VIRES.*

V*IM præter purgantem obtinet, & exiccantem (in gradu tertio) calefacientemque (in gradu ſecundo) proritat hemorrhoides, & menſes, roborat, ventriculum, enecat, & expellit lumbricos, arcet putredinem, adſtringit, conſolidat, extergit, adeòque vulneraria eſt inſignis; in tibiarum ulceribus, ac vulneribus ſimplicibus, non ſolum aloë eſt eficax, ſed ipſa herba* (vulgo zabida) *recens diſſecta, & ſuperimpoſita, miraculosè operatur: item ipſius folia ſub cineribus calidis poſita per longum, & per medium diſſecta, ſtrumas per ſanant: ex Panarolo.* Doſis Aloes à ℈ß. ad ʒj.

## *SCAMMONIVM.*

EST ſuccus ex radice Scammoneæ, plantæ lacteo ſucco plenæ extractus, & inſpiſſatus; optimum eſt quod ex Antiochia affertur, dein Armenium, Europæum omnino pravum eſt: Probatur quod nitidum, ſplendidum, inſtar gummi rarum, citò liqueſcens, friabile, colore cum frangitur fulvo, non valdè ponderoſum, tactu linguæ lacteſcens, neque vehementer eam calefaciens, (nimirum hoc tithymali admiſti argumentum eſt.) Quod ab his notis recedit, & quanto magis recedit, tanto peius exiſtit.

* * *

*VI:*



## *VIRES.*

E*Xpurgat valdè humores biliosſos, acres, ſeroſos, adeòque creberrimi vſus eſt, non modo per ſe, ſed, & cum alijs permiſtum.* Doſis à gr. V. ad ℈ß.

Cum magnę ſit acrimonię, intenſæque caliditatis, & ſiccitatis, in ſenſę malignitatis, mordacis flatulentiæ, exceſsivæ attractionis, adeoque aptum natum quod inteſtina erodat, viſcera, cor, hepar, &c. conturbet, ventriculum flatibus mordacibus laceſſat, vi ſua calefactoria, ac exiccatoria hypercatharſes introducat; correctione opus habet; dequa vide lib. II, cap. XVI.

## *COLOCYNTHIS.*

CVcurbita quædam ſylveſtris eſt, Arabicè *Nandhal* dicitur, vnde, & nomen Trochiſci Alhandal, qui ex ea conficiuntur, Perſis fel terræ, vt quæ ſuo amarore reliquas ſtirpes inficit. Repit per terram cucurbitæ ſativæ ritu, folijs amplis, lanuginoſis, farmentis longis humi ſerpentibus, floribus ex luteo palleſcentibus. Hæc poma rotunda, & amariſsima, ac præcipuè eorum medulla arida huius loci ſunt, & ſunt duorum modorum, maſculus ſcilicet, & fœmina: Ex eis eſt maſculus ſuperquem naſcitur ſicut lanugo, & eſt gravis cum duritie, & aſperitate attinens, & nigredine; & laudatur ex eis fœmina, & propriè habens proprietates has bonas: vt ſit colocynthis groſſa, & levis, & quantò levior, melior: vt ſit alba, & lenis, & completæ maturitatis, & eius pars interior ſit pulpoſa, & laxa, & lenis, & alba vehementis albedinis: verùm quæ non eſt completa in maturitate, mala eſt, conturbat enim ſuſcipientem eam, & ventoſitatem cum difficultate facit, & ſolvit ſuper abundan-

ter;

ter, & ſolutione educit ſanguinem, & fortaſſe interficit, & cum ſigillatur cum toto germine plantæ, vt naſcatur colocynthis vna, eſt illa mala, pernicioſa, imò eſt venenum: & cum in tota regione non eſt niſi planta eius vna, perſe naſcens eſt mala: & quæ naſcitur in terris fortibus, & pulverulentis, aut iuxta loca reptilium, aut in locis termarum colocynthidem facit minorem, & eſt ſimiliter mala: quæ enim naſcitur in terris laxis, & arenoſis, & liberis eſt, quę eligitur.

## *VIRES.*

*Pituitam craſſam, ac glatinoſam ex profundioribus, & remotioribus partibus expurgat, vt ex cerebro, nervis, iuncturis, pulmonibus, vnde cum commodo exhibetur vertiginoſis, hemicranicis, epilepticis, apoplecticis ſcabie, lueque venerea afflictis. Præterea inſignem menſes movendi vim habet. Calida eſt, & ſicca in tertio gradu, verum ob vehementiam, ac amarorem, & quia ventriculo, ac inteſtinis noxia eſt, rariſsime in ſubſtantia, & non niſi in robuſtis, imò decenter correcta exhibetur. Antiqui corrigebant illam cum permixtione cumini, Tragacanthi, Maſtichis, Bdellij, & ſimilium, verum moderni hæc vera corrigentia non eſſe aiunt. Riberius lib. 1. praxeos, cap. XV. colocynthidem corrigit infuſione in vrina, ſic enim amaritudinem deponit; tum illius vehementia infringitur, vt ad ℥j. tutò exhiberi valeat; ſitque excellens ad omnes capitis morbos à cauſa frigida orjundos remedium. Alij corrigunt ſpiritu roris majalis, alij ſpiritu mellis; quidam potentius illius malignitatem corrigunt aceto cum arcano tartari impragnato, quod optimum habetur corrigens colocynthidis: Hoffmannus mediante fermentatione cum ſucco cydoniorum melius eam procedere poſſe ſtatuit. Corrigitur etiam colocynthis eleganter, parando ex ea extractum, vino albo acuato cum ſale ammoniaco.*

TVR-



## *TVRPETHVM.*

Qvod naſcitur in locis ſiccioribus fit gummoſius; propter ſpiſſitudinem lactis eius, contrarium eſt è contra, & declinat à proprietatibus bonis, quæ ſunt ſeptem, ſecundum quod ſapientes ſcripſerunt: ſcilicèt propriè, vt ſit cortex eius cineritius, & planus, & ſit recens, & facilè frangibilis. Citrinum verò malum eſt, & nigrum peius: groſſum non eſt bonum, & ſubtile tenue ſimiliter: eſt enim debile, & antiquum malum, & quod eſt criſpi corticis, & habet interius dum frangitur ſicut nervos eſt ſylveſtre, & malum, & quod non eſt gummoſum eſt debile, & ventris conturbativum.

## *VIRES.*

*Radix, ſeu cortex à medulla lignoſa ſequeſtrata calefacit in tertio gradu, craſſos, viſcoſoſque humores, ſive pituitam, fortiter, & à remotioribus partibus, & iuncturis elicit, vnde, & diuturnis morbis maximè conducit. In primis proficuus eius vſus eſt in arthritide, ventriculo pituita abundante, aſthmate, lue venerea, hydrope, elephantiaſi, ſcabie, &c.* Doſis à ʒß. ad ℈jv.

Magna eſt inter Authores de hac planta controverſia: Serapio radicem tripoli exiſtimat: Meſues radicem herbæ ferulaceæ lacte turgentis; Actuarius modò Pityuſæ radicem eſſe putat, modò Alypum Dioſcoridis, præſertim cum albicat: Nonnuli credunt eſſe radicem Tapſiæ, alij Scammoniæ Antiochenæ; ſed Garcias ab Horto plantam ab his diverſam tenet. Pro eo ſuplere poteſt Radix Mechoacannæ. *Turpethum pro eo quid*

Ob vim agendi fortiorem fortaſis *Turbith*, quaſi turbatorium dictum eſt, & ab Arabibus *Terbeth*, qua voce *Phlegmagoga* valentiora nominant. *Turbith. Terbeth.*

ME-

## MECHOACANNA.

RAdix eſt, ex Provincia Novæ Hiſpaniæ allata. Duplex habetur ratione loci, prima ex Mechoaca Inſula affertur, altera vero excontinente circa Nicaragua nata, quæ priore longè præſtantior eſt. Eligatur recens, intus albicans, extus cortice cinereo veſtita, minus carioſa. Appellatur etiam Mechoacan, Rhabarbarum album, & Rhabarbarum Indicum.

### VIRES.

P*Ituitoſos, aquoſos, ſeroſoſque humores ex toto corpore, ac in primis ex capite, ac nervoſo genere, pectoreque blandè, ac ſine moleſtia educit. Vtiliſſimum itaque remedium eſt in catharris, ac inde ortis affectibus, in hydrope, in omnibus arthritidis ſpeciebus, lue venerea, & ſimilibus. Quia tamen calida eſt, & ſicca, in calidis conſtitutionibus eius vſus ne ſit continuus.* Doſis à ʒß, ad ℈iv.

## IALAPPA.

RAdix eſt exterius nigricans, interius ruffeſcens, radici Mechoacæ ſimilis: eligatur gummoſa, & non carioſa. Appellatur etiam Gialappa, Chelopa, Celopa, Jalapium, vel Galapo, Bryonia Indica, Mechoacanna nigra, Rhabarbarum nigrum, & Zagalli Tympani.

VI



### VIRES.

E*Xpurgat validè humores noxios omnes, in primis autem ſeroſos, idque citra moleſtiam.* Doſis à ℈ß. ad ʒß.

## RHABARBARUM.

EX ſpeciebus Rhaved aliud eſt, quod naſcitur in India, & eſt Rhaved ſceni; aliud eſt Rhaved Barbarum, & aliud Rhaved Turcinum: & melius eorum eſt Rhaved ſceni; poſt illud in bonitate eſt Barbarum, & minus in bonitate eſt Turcinum; & laudatur magis ex eis, quod eſt ſubnigrum, declinans ad rubedinem, quod eſt grave propter raritatem ſuam, (*ideſt ſubſtantia ſua ſubtilis qua purgat ab eo non extracta, vt ſolet per infuſionem*) & in quo etiam in contractis ſuis invenitur diſgregatio ex ruſo, & glauco, & quod eſt croceæ tincturæ, & quod eſt recens, & ſine adulterio.

### VIRES.

P*Vrgat benignè bilem flavam, pituitamque viſcoſam, ac tartaream in ventriculo, primaque regione ſtabulantem. Hepati ſpecificè confert, adeo vt anima hepatis dicatur, curat ictericum, & quia vim quoque aſtrictoria, obtinet in omnibus morbis diſſolutis, dyſenteria, diarrhæa, præalijs commendatur.* Doſis à ʒj. ad ʒij.

## AGARICUM.

FVngus eſt albicans, trunco laricis adnatus: ſapore primum dulcis, mox amarus, & ſtypticus. Duo

à

UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

à Dioſcoride eius proponuntur differentiæ, Mas ſcilicet, & fœmina. Mas reprobatur, quia eſt nigrum, durum, denſum, in fragmentum ceu villos nervorum oſtendens. Fœmina præfertur, rotundum, album, quod quantò levius, poroſius, fragilius, tanto habetur præſtantius.

## *VIRES.*

P*ituitam educit tenuem, aqueſam, ſeroſam, & viſcoſam totius corporis. Vrinam, ac menſes ciet, calidum eſt in primo gradu, ſiccum in ſecundo.* Doſis à ʒj. ad ʒij.

## *HERMODACTYLVS.*

R Eperitur Hermodactyli radix alba, ruffa, & nigra; ſed eligenda eſt quæ foris, & intus verè alba, gravis, compacta, quæ leni contuſione in pulverem farinæ triticeæ ſimilem facilè redigitur, ſapore ſuavi, ac dulci.

## *VIRES.*

P*ituitam craſſam, lentam; alioſque humores viſcidos peculiariter à iuncturis efficaciter trahit; ob id articulorum affectibus, chiragræ, podagræ, &c.* conducit. Doſis à ʒß. ad ʒiß.

## *ASARVM.*

M Elior pars plantæ eſt radix, & melior radix, quę eſt groſſa, & ſpiſa, & cuius odor eſt ſubtilis, & ſapor acutus cum ſtypticitate modica.

VI-



## *VIRES.*

R*Adix, groſſam pituitam, bilemque vtranque per vomitum, ac nonnunquam per ſeceſſum violenter expurgat; calefacit, & ſiccat in tertio gradu, diureticum eſt, ac emenagogum inſigne. Hepar, lienem, veſicamque fellis aperit. Hinc vtile eſt in arthritide, hydrope, febribus, præcipuè tertiana, quartana, in ictero, &c.* Doſis à ʒj. ad ʒij.

Aſarum autem crudum, vel cum vino coctum, aut cum ſpiritu vini extractum vomitum ciet, & alvum turbat: in aquæ autem ebullitione hoc virus recedit, & mutatur in deopilativum, diureticum, tardarum febrium remedium: Mathiolus, Helmontius, & Offmanus hoc confirmant.

## *SENNA.*

M Elior pars plantæ eius eſt foliculus, deinde folia; ſed tamen in eis eſt virtus debilis valdè; & melior foliculus eſt, cuius color accedit ad viriditatem, & ſub nigredinem quandam; & in quo eſt de amaritudine res modica cum ſtypticitate; & qui eſt magis completus, & in quo ſunt ſemina compreſſa, & ampla. Subalbidus autem non eſt bonus, & incompletus ſimiliter; & meliora folia ſunt viridia; ſubalbida verò, & tenuia, non ſunt bona, & antiquum ex eo eſt ſine ſpiritu, & ſtipites eius ſunt inutiles.

## *VIRES.*

A*Duſtos, ac ſeroſos humores, & hinc flavam bilem, pituitamque ex capite, hepate, liene, continuatoque vſu iuncturis ſine noxa ſat benignè educit. Excitat tamen*

UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

*men nonnunquam tormina, quia ex abundantia pituitæ vitreæ, ſeu mucilaginis acris evenire nonnulli volunt. Verum alij id crudiori, ac magis terreſtri ſennæ particulæ, forti expreſſione prolectæ, adſcribunt. Corrigunt eum permiſtione aromatum, quia calida, ac ſicca in primo gradu, ſed correctio eius elegantior eſt, cum permiſtione ſalium alkalium, ut ſunt ſal tartari, abſynthij, & ſimilium, etiam ſal vegetale. Sennæ enim partes quæ tantummodo expetuntur, ſola infuſione eliciuntur, decoctio autem evaneſcunt.* Doſis in ſubſtantia à ʒß. ad ʒiß. in infuſione autem à ℥iß. ad ℥ß.

## ESVLA, SEV ALSEBRAM.

Esula herba eſt Linariæ conformis, niſi quod hæc lacteo ſucco careat, quo illa gravida eſt iuxta verſum.

*Eſula lacteſcit, ſine lacte Linaria creſcit.*

Alſebram aliud eſt magnum, & aliud parvum. Magnum eſt malum, abſcindens viſcera; Parvum verò eſt illud quod eligitur: & melior pars plantæ eſt cortex radicis eius, & lac eius eſt acutius, & fortius: & melior radix ipſius eſt, habens proprietates quinque bonas, ſcilicet cuius cortex eſt ſubtilior, & levior, & facile frangitur, & eſt habens de rubedine aliquid, ſicut caſſia propriè, & ſuper quam iam præterijt medium anni: recens verò menſis ſui tamen eſt mala, nigra verò eſt perniciosa, & orta in locis termarum ſimiliter: & melius tempus collectionis radicis ipſius eſt principium veris, & lactis eius, finis ipſius.

### VIRES.

*Pituitam validiſsimè præcipuè per inferiora purgat, vnde, ruſticorum Rhabarbarum Eſula audit. Eſt autem acris, ignea, & erodens, adeò ut impudentium mendicorum*



*rum fraudi inſerviat, qui eius ſucco cutem ſibimet exulcerant ſcabriciei ſpecie. Corrigitur eius feritas Bdellio, Tragacantho, mucilagine Pſyllij: ſed ſecurius infundendo eam per triduum in aceto albo acerrimo, mox ſiccando, ac pulverando.* Doſis ſic præparata à gr. vj. ad ℈ß.

## MEZEREVM.

Planta eſt venenoſa, ſic Arabibus, quaſi vidifica, ſeu viduas faciens, aut vitam rapiens, aut Leo terræ dicta. Melius eſt habens magna folia, & ſubtilia, tenuia, & viridia, & quod oritur in locis liberis, & in vicinitate plantarum ſpeciei eius: & quando oritur ex eo planta vna in toto ambitu loci, eſt mortalis: & quod oritur in locis thermarum, eſt ſicut venenum, & parva habens folia, & ſpiſſa, eſt malum, & ſimiliter habens ea criſpa, & aſpera, & quod eſt ſubnigrum ſimiliter.

### VIRES.

*Mezerei vis eſt ignea, acerrima, exulcerans, mordens, febres accendens, cordis, principumque partium vires exolvens, validiſsimè bilem, billoſaſque ſeroſitates purgans. Corrigitur macerando in aceto ut eſula, reijciendo fibras dum teritur.* Doſis poſt correctionem à gr. v. ad ℈ß.

## ELLEBORVS.

Ellebori duæ ſunt ſpecies, ſcilicet albus, & niger. Niger verò incolumior eſt Albo; imò minatur albus accidentia terroris: Niger verò acquirit iuveneſcentiam, & incolumitatem, & quod ex eo magis eligitur, propriè eſt, cuius ſapor eſt acutus, mordicans guſtum, & habens colorem ſicut aſarum propriè, & quod eſt frangibile, & medium inter ſubtile, & groſſum, & me-



UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

dium inter ponderoſum, & lævem, imò plus lævis; quam ponderoſus; & qui eſt lævis carens aſperitate, & melior pars totius plantæ eſt radix ipſius, & melior pars radicis ſunt fuſtes, & melior pars eorum cutis ipſorum. *Fuſtes, ideſt radiculæ quæ à magna, & craſſa procedunt.*

## *ELLEBORI NIGRI VIRES.*

*PVrgat potenter humores melancholicos, utile perſequens medicamentum eſt omnibus affectibus inde originem trahentibus, quales, mania, inſania, hypochondriaca paſsio, elephantiaſis, herpes, cancer, quartana, vertigo, epilepſia, apoplexia, ſcabies; ſed cautè, & non niſi robuſtis ob violentiam, quam exercere aptus natus eſt, exhibere conducit. In decocto tamen minus periculi. Corrigitur, ut eſula.* Doſis à ℈j. in Infuſione autem à ʒj. ad ʒiij.

## *ELLEBORI ALBI VIRES.*

*OB violentiam purgationis, quam per ſuperiora, & inferiora, exercet, uſum purgandi internum ſoli ferè elleboro nigro linquit. Extrinſecus ſternutationes movet: ſcabies, & impetigines mundificat, & ſanat lethargicos excitat (naribus radix indita) menſes provocat ſubdita.*

## *CVCVMIS ASININVS.*

CVcumis agreſtis, & ſylveſtris etiam appellatur. Ex eius fructu ſuccus expreſſus inſpiſſatus, elaterium dicitur, quod in genere omne expellens medicamentum iuxta Hippocratem denotat. Eligatur vetuſtum, ſummè amarum, candidum, & leve. Vires vide lib. II. cap. VII. in Elaterio.

CAR-



## *CARTHAMVS.*

MElior pars plantæ eius eſt ſemen eius, poſt illud flos eius: & melius ſemen eſt, quod eſt album, & planum, groſſum, & plenum, cuius medulla eſt vnctuoſa, pinguis, & Cortex eius tenuis.

## *VIRES.*

*SEmen pituitam viſcoſam, ac aquas vomitu, ac deiectione purgat: Confert maximè pectori: calefacit, & ſiccat in primo gradu, ſtomacho adverſatur, ideoque corrigitur, ſtomachicis, aniſo, galanga, Zingibere, &c. Doſis in ſubſtantia à* ʒj. ad ʒiiß. *(ſed raro ita exhibetur ob viſcoſitatem, in infuſione autem à* ʒiij. ad ʒvj.

## *DRACVNCVLVS.*

LVph, ideſt Serpentaria, eſt planta, quæ dicitur collum Draconis, & ea alia eſt planta habens folia, alia criſpa, alia plana, & radix planæ eſt ad nigredinem attinens exterius, interius verò alba eſt. Criſpæ verò exterius cineritia, intus verò alba, & ad citrinitatem declinat: & ſuper vtriuſque radicem elevantur thyrſi, habentes maculas admodum ſerpentis. Melior pars totius plantæ eſt radix, & melior radix eſt groſſa, completa, & orta in locis liberis: & melius tempus collectionis eius eſt ver, & principium æſtatis. *Luph. Serpentaria.*

## *VIRES.*

*VIS ei calefaciendi cum diluta vini potione, cruda, cocta vè cum melle delingi poteſt contra orthopnœas, rupta, tuſsim,*



UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

*tuſsim, & diſtillationes, pota cum vino venerem ſtimulat: viſcera quæ cacoethe vocantur, atque phagadenica expurgat, præſertim cum vite alba ex ea, & melle collyria ad fiſtulas, & partus evocandos componuntur, ad vitiligines cum melle efficacitèr illinitur: pollypos, & carcinomata abſumit.*

Duo eius genera, vnum Dracunculus, alterum Arum à Dioſcoride cap. 196. & 197. lib. 2. nominata. ***Arum.*** Ari verò radix, ſemen, & folia. Dracunculi vires habentur Plinius cap. 16. lib. 24. vbi Dragontij triplicem ſpeciem ſcripſit.

Ari radices colligendæ ſunt cum germinare arum incipit, Menſe ſcilicet Martio, aut Aprili. Appellatur ***Luph planum.*** etiam Luph planum.

## *ARI VIRES EX SCHRODERO.*

*Calefacit, & ſiccat in tertio gradu, tartarum præcipuè primæ regionis, tum quoque pectoris, & pulmonum peculiariter incidit, reſolvit, & diſcutit. Proin vſus eius eſt creber in cachexia, aſthmate, &c. hernias curat, vrinam ciet, obſtructiones viſcerum reſolvit. Præparatur infuſione, in aceto, aut vino albo macerando, mox exiccando.*

## *BRYONIA.*

***Alſeſcera. Vitis alba.*** Bryonia, ſeu Alſeſcera, eſt planta quam etiam vocant vitem albam, cuius radix eſt terrei coloris exterius, interius verò alba: & elevantur ſuper radicem eius ſtipites multarum involutionum ſuper alias arbores. Electio eius radix eſt cineritia exterius, & interius alba, non albedine prioris, & vo- ***Cucurbita reptilium.*** catur Cucurbita reptilium.

***





## VIRES.

*Purgat validè ſeroſos, & pituitoſos humores. Splenetica, vterina, & iecoraria eſt, vt potè quorum obſtructiones aperit; calefacit, & ſiccat in ſecundo gradu. Hydropicorum aquas per vomitum, ac ſeceſſum educit, menſes cit, fœtum eijcit, ſuffocationes vteri aperit, aſthmata ſanat; podagricis convenit, (intus, & extus.) Mulieres paſsionibus hyſtericis obnoxias mirum id modum iuvat. Eius decoctum per clyſteres iniectum dolori Iſchiadico medetur ex Donzellio. Extrinſecus præſentaneum remedium ex raſura radicis Bryoniæ habetur ad omnes tumores ex contuſione ortos: nam omnes livores, & ſigillationes ex coagulato ſanguine ortas curat, reſolvendo ſanguinem in aqueum humorem: ſuccus eius varices curat.* Doſis in ſubſtantia ad ʒj. in infuſione ad ℥ß.

## *IRIS.*

Habens florem album debilior eſt in omni re: & ex eis melior cuius radix eſt alba participans rubedinem ſecundum aliquid, & groſſa, & dura, & ſpiſſa, & in qua eſt aromaticitas ſicut odor violarum propriè: & cuius ſapor eſt acutus, mordicativus, propter acrimoniam ipſius: & habens nodos breves, & collectos. Melior pars plantæ eſt radix, poſt illam flos: & melius tempus collectionis ipſius eſt principium veris.

## *VIRES.*

*Calefacit, & ſiccat in tertio gradu: Valdè hydragoga eſt, ac errhina. Vſus præcipuè in hydropicorum aqua educenda. Extrinſecus in impetiginibus, alijſque corporis maculis detergendis.*



UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

## CYCLAMEN, SIVE PANIS PORCINVS.

*Arthanita.* CYclamen, ( *Arthanita* ab Arabibus appellata) inuenitur ex eo magnum, & parvum. Magni autem radix eſt in modum Rapæ rotundæ, cuius pars exterior eſt terra nigra, interior verò alba. Parvum habet radices ſubterraneas, plurimas in modum Avellanæ, & cicerum. Vtrumque bonum eſt, & competit vſui Medicinæ.

### VIRES.

*CAleſacit, & ſiccat in 3. potenter incidit, aperit, abſtergit, errhinum eſt. Vſus præcipuè eius radicis eſt in obſtructis menſibus, in pellendo fœtu mortuo, in ictero, in calculo expellendo, ſtrumis, ac tuberculis diſcutiendis;* vſus eius præcipuus eſt externus.

## SCYLLA.

MElior eſt habens parem, ſola enim ſicut dicitur eſt venenoſa; & adhuc eſt melior, quæ ſaporem habet compoſitum ex dulcedine, acuitate, & amaritudine, & quæ ſplendorem habet in laminis ſuis, & quę naſcitur in locis liberis: orta enim in locis thermarum, aut orta ſingularis eſt mala.

### VIRES.

*CAlfacit, & ſiccat in ſecundo gradu, ſaporis acris, & amari, attenuat, incidit, abſtergit, diſcutit, putredini reſiſtit, diuretica eſt, vſus præcipuè eſt in obſtructione hepatis, lienis, meatus biliarij, menſium, vrinæ; in muci-*



*mucilagine pulmonum, tuſſi, &c. Extrinſecus in acoribus capitis, (infuſa in oleo) in pernionibus.*

## POLYPODIVM.

QVod naſcitur in lapidibus humiditatem habet ſuperfluam indigeſtam, cauſantem ventoſitatem, & ſuberſionem, & nauſeam. Verum melius ex eo eſt quod naſcitur ſuper Arborem Quercuum, & quod eſt cum proprietatibus octo bonis, ſcilicet groſſum, ſolidum, nodoſſum, declinans ad nigredinem, & ad rubedinem extus, intus verò ad colorem fiſtici, quod eſt parvum cum aromaticitate aliqua; & cuius ſapor eſt dulcis cum ſtypticitate, derelinquens in guſtu ex amaritudine aliquid vltimo, & quod eſt recens.

### VIRES.

*RAdix educit bilem aduſtam, & pituitam lentam, hinc vtiliſſimus eius vſus eſt in obſtructionibus meſenterij, hepatis, ac lienis, & inde natis paſſionibus hypochondriorum ſcorbuticis. Rarò autem ſolum datur, ſed alijs purgantibus ferè admiſcetur, & quia ſegniter purgat plerumque in decoctis, vel infuſionibus, rarò in alijs formulis adhibetur.*

## EPITHYMVM.

MElius eſt, quod eſt ſubrufum naſcens ſuper thymum, cretéſe, acuti odoris. Quod naſcitur in Syria, eſt poſt id, ſed eſt minus rufum; & adhuc melius eſt, quod eſt completum, ponderoſum: & meliores partes eius ſunt extremitates eius groſſæ, quæ ſunt ſicut flores: ſub citrinum autem, & pallidum eſt minus bonum.



UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

### *VIRES.*

*PVrgat blandè melancholicos, & ſeroſos humores, calefacit, & ſiccat in 3. gradu: vſus præcipuè eſt in ſcabie, vlceribus, affectibus melancholicis, in hypochondriorum, & lienis paſsionibus, & obſtructionibus.*

### *MYROBALANI CITRINI.*

CItrinos in quinque proprietatibus laudaverunt ſapientes, in colore, vt ſint citrini multæ citrinitatis declinantes ad viriditatem: & ſint in pondere graves, & denſi, & vt in confractis ſuis inveniatur ſicut gummoſitas, & vt ſint groſsi, & vt cortex eorum ſit ſpiſſus, denſus, complectens oſſa parva.

### *CHEBVLI.*

LAudaverunt Chebulos in quatuor proprietatibus, vt ſint groſsi, & quanto groſsiores, tanto meliores: & ſint ſub nigri declinantes ad rubedinem, & ſint graves in pondere, circ ſubmerſionis in aqua; & ſint habentes ſpiſsitudinem corticum ſuorum.

### *NIGRI.*

*Myrobalani Indi.* NIgros, quoque *Indos* in quinque laudaverunt proprietatibus, vt ſint nigri, & confracti, denſitatem habentes ſubſtantiæ, & ſint groſsi, & graves, & carentes oſſibus.

***





### *EMBLICI.*

EMblici meliores ſunt ex eis habentes fruſta groſſa, & denſa, & gravia, & qui minus creſcunt in oſsibus, & plus in carne.

### *BELLERICI.*

BEllerici meliores ſunt groſsi, & ſpiſsi, ponderoſi, & denſi cortice.

### *VIRES.*

*Citrini, ſeu flavi bili flava educenda apti nati ſunt, Indi, ſeu Nigri bili atræ. Chebuli pituitæ, ac poſtea bili. Emblici, ac Bellerici item pituitæ. Doſis ab* ℥ß. ad ℥j.

### *CASSIA FISTVLA* SEV *CATHARTICA.*

CAſsia arbor procera eſt inſtar juglandis, ferens ſiliquas, ſeu cannas longas, rotundas, exterius lignoſas, intus ſeminibus, ac medulla prægnantes. Siliquæ eligantur ponderoſæ, recentes, plenæ, quæque minime commotis intus ſeminibus reſonent, ſplendentes, foris etiam, ac in pulpa pingues.

### VIRES.

*MEdulla, ſeu pulpa aluum lenit, clementerque ſine torminibus fæces educit, caliditate, ac frigiditate temperata; potio eius grata eſt pleuriticis; in renum, ac veſicæ affectibus, mirificè prodeſt; in gonorrhæa etiam ex impu-*

ALERE FLAMMAM
UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

*impura venere contracta, ſi ei miſceatur pulvis terebinthinæ cocta.* Doſis pulpæ ad ℥iß. infantibus ad ʒiß.

## *TAMARINDI.*

TAmar Indi, quaſi Indi Dactyli, ſic dicti, ab Arabico Tamar, quod Dactylus eſt, non quod fructus palmæ arboris ſint, ſed quia analogiam cum Dactylis habent. Arbor enim tamarindifera inſtar fraxini procera eſt. Eligendi ſunt recentes, nigro rufeſcentes, teneri, multis villis intertexti, pingues, acidi, ſeu vinoſi.

### *VIRES.*

*REfrigerant, & ſiccant, in ſecundo gradu, humorum acrimoniam, & fervorem reprimunt, bilem, ac adustos humores blandè educunt, ſiti ſuccurrunt.* Doſis pulpæ ab ℥j. ad ℥ij.

## *FVMARIA.*

MElior eſt, cuius herba eſt viridis, tenera, & eius folia ſunt plana, & tenera, & cuius flos eſt ſubviolaceus. Criſpus verò non eſt bonus.

### *VIRES.*

*CAlefacit in ſecundo, ſiccat in tertio, abſtergit, ſubaſtringit, aperit, hepatica eſt, vterina, alexipharmaca, ſudorifera, diuretica, & vulneraria. Vſus præcipuè in ciendis menſibus, & lochijs: fœtum mortuum expellit; Ictero medetur, ſanguinem mundificat, adeòque, & Scabiei ſuccurrit. Illiuſque ſuccus ad ℥iij. icterum ex calida hepatis*



*patis intemperie cum obſtructione pori colidochi coniuncta per aliquot dies continuatus tollit ex Riverio Cent. 3. obſerv. 73.*

## *ABSYNTHIVM.*

MElior eſt quod eſt remotum ab odore maris, & quod oritur in terris liberis, & habet folia alba, lenia, & plana. Aſperum verò eſt malum.

### *VIRES.*

*STomachicum eſt in primis: hinc hepaticum, ſpleneticum, aperit, attenuat, aſtringit, amarum eſt: hinc vermes necat, bilem educit, crapulam diſcutit, ſudorem cit, febribus præcipuè tertianis convenit.*

## *ADIANTHVM.*

ADianthi ſpecies meliores ſunt, quę viridia habent folia, quæ vberiores ſunt ſecundum omnes partes plantarum ipſarum. Subtiles verò & graciles, & declinantes ad citrinitatem, non habent ſpiritum.

### *VIRES.*

*CAliditate, & frigiditate temperatum eſt, exiccat, attenuat, aperit, extergit, pulmonum, renumque vitijs medetur, hepatis, & lienis obſtructiones reſerat, vrinam, & menſes ciet.*

*** *** ***



UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

## *VIOLA.*

MElior eſt quæ quam primum venit, quam non invenit calor reſolvens virtutem, aut pluvia eam diſsipans.

### VIRES.

F*Los refrigerat in primo gradu, humectat in ſecundo, emollit, laxat, cordialis eſt, ac pectoralis, expectorationem promovet. Vſus præcipui, ac creberrimi in bile (præcipuè atra) mitiganda, in fervore febrium compeſcendo, doloreque capitis inde nato, in tuſsi, aſperitate gutturis, catarrhis acribus, pleuritide.* Doſis ab ℥ß. ad ℥iß. *flores exiccati refrigerant imbecillius, ſiccantque: extrinſecus adhibetur herba in lotionibus, cataplaſmatis, Clyſteribus, & ſimilibus.*

## *ROSA.*

MElior eſt Rubra veræ rubedinis, paucorum foliorum, & planorum, & ex albis, melior eſt ſe habens ſimiliter.

### VIRES.

R*Oſa ut variat generibus: ità & qualitatibus; in genere omnes refrigerant in primo gradu, aſtringunt, ſpiritus vitales, animaleſque recreant, ac roborant. Pallidæ, ſeu incarnatæ, vel Alexandriæ dictæ laxant. Rubræ, ac albæ aſtringunt, (alba levius, rubra fortius) uſus præcipuè in fluxionibus, febribus, ſiti, appetitu proſtrato, &c. Extrinſecus in vomitu, Cephalalgia, vigilijs,* dolo-



*dolore aurium, gingivarum, ſedis, recti inteſtini (cum vino coctæ, & impoſitæ) in ulceribus, & inflammationibus oris, faucium, & oculorum.*

*Anthera exiccata immiſcentur dentifricijs ad gingibarum adſtrictionem, fluxionumque exiccationem.*

Quoties in ſchedulis *Roſa* ſimpliciter inveniatur Roſa Rubra intelligitur, quæ apellatur etiam *Roſa Noſtra*, vulgo *Roſa Caſtellana*.

*Roſa ſimpliciter. Roſa Noſtra. Roſa Caſtellana.*

## *STOECHAS.*

MElius eſt Arabicum, & melior pars plantę eſt flos, poſt hunc folia. Non contemnendum eſt quod naſcitur apud nos

### *VIRES.*

C*Alefacit, & ſiccat in ſecundo gradu; attenuat, aperit, abſtergit. Vſus præcipuè eſt in affectibus capitis, & nervorum; ſcilicet in vertigine, apoplexia, paralyſi, lethargo; in morbis pectoris idem præſtat, quod Hyſſopus: inſuper urinam, & menſes ciet, venenis reſiſtit, affectibus hypochondriacis ſuccurrit. Extrinſecus in lotionibus capitis, ſuffitu, &c.*

## *HYSSOPUS.*

CVius odor, & ſapor ſunt acutiores; melior eſt: ex duabus ſpeciebus melior eſt magna, & melius tempus collectionis eius eſt, quando prægnatus eſt ſeminibus: hoc eſt, cum flores intus ſemina ferè plena habere, nam tunc integras vires tenet, & ſic de omnibus fruticoſis.

***

VI.

UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN

### *VIRES.*

*CAleſacit, & ſiccat in tertio gradu, partium eſt tenuium; attenuat, aperit, abſtergit; uſus præcipuus eſt in affectibus pulmonum tartareis, tuſſi, aſthmate, &c. Extrinſecus adhibetur cerebro ad ſuggillationes oculorum, ad uterum mundificandum, auriumque tinnitus tollendos, (per tritorium ſuffitus ſuſceptus) ad oris abſterſionem (in gargariſmis)*

### *THYMUS.*

OBſervanda ſunt quæ de Hyſſopo in eius collectione, ac electione.

### *VIRES.*

*CAleſacit, & ſiccat in tertio gradu, ſaporis ſubacris eſt; attenuat, incidit, diſcutit, uſus præcipuus eſt in affectibus tartareis pulmonum, ut ſunt aſthma, tuſſis, &c. & artuum ut ſunt podagra, &c. Omnia viſcera reſerat, appetitum excitat. Extrinſecus valet in tumoribus frigidis, ſugillationibus, inflationibus ventris, & doloribus arthriticis.*

### *HYPERICUM.*

COlligatur quando gravidum eſt ſeminibus, quæ inter digitos reſricata eos rubicundos tingunt.

*VI-*



### *VIRES.*

*CAleſacit, & ſiccat in tertio gradu, partium eſt tenuium, diureticum, ac vulnerarium; uſus præcipuè eſt in vulneribus mundificandis, conſolidandis, (intus, & extus) in ſanguine coagulato reſolvendo, in calculo renum atterendo, in lumbricis fugandis, in tremore, in partu facillitando, fit ſuffitus ex eo.*

### *SEMEN CORIANDRI.*

ELigatur ſemen granoſum, quod primum halitum gravem halat, reſiccatum autem ſuavem acquirit odorem.

### *VIRES.*

*STomachicum in primis eſt, caleſacit, ac ſiccat ad gradum tertium, aſtringit: hinc celeberrimum in laxitate ſtomachi, ſi poſt cibum aſſumatur, claudit enim ventriculum, exhalationeſque ſupprimit, quominùs caput gravent, ructuſque producant: undè illis maximè commendatur, qui ob conſenſum ventriculi cephalalgia laborant.*

Præparatur macerando ſemen per noctem in aceto, dein exiccando

Præparatio hæc fit ob caſtigationem qualitatis noxiæ (crudioris, & excrementitiæ) quam tamen areſcentia amittit. Si ergò ſola exiccatione corrigitur, non opus eſt aceti maceratione, quia ſic vis ſeminis coriandri carminativa deſtruitur, acetum enim partes oleoſas, volatiles, ac ſpirituoſas figit, & in aliud eius traducit.

*CEN-*

UANL
UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN ®
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

## CENTAVRIVM, SEV CENTAVRA.

CEntaura alia eſt minor, alia maior, inter quas diſtinguuntur proprietates notæ. Minor melior eſt in omni re, cuius flores, & crura colorem habent citrinum paileaceum, & melior pars plantæ ſunt flores, & ſemina ipſius, & melius tempus collectionis ipſius, eſt principium æſtatis.

### VIRES.

*SPlenetica eſt, ac hepatica. Calefacit, ac ſiccat, amara eſt citra mordacitatem, unde, & leniter eſt aſtringens, extergens, aperiens, vulneraria, biliosos, & pituitoſos humores quam leniſſimè per aluum educit, ſeroſos per poros diſcutit. Hinc vtilis eſt in febribus, ictero, menſtruis ſuppreſſis, ſcorbuto, arthritide, lumbricis, & morſu canis rabidi ſpecificè.*

## ARISTOLOCHIA.

ARiſtolochiæ tres ſunt ſpecies, longa, & rotunda; & alia longiſsimæ tenuitatis, inſtar vitis novellæ, quæ Clematitis vocatur.

### VIRES.

*ROtunda preſtantior eſt; cephalica, hepatica, & pulmonica eſt in primis: calefacit, & ſiccat in ſecundo completè; attenuat, aperit; hinc prodeſt ad tartaream mucilaginem reſolvendam, expectorandamque; ad menſes ciendos, tumores internos rumpendos, venena diſcutienda. Inſuper infuſio eius valet ad ſcabiem exiccandam, adhibetur*



*tur etiam extrinſecus ad exiccanda, & mundificanda vulnera.*

## PÆONIA DVPLEX.

DIſcernuntur invicem Mas, & Fæmina folijs, & radicibus. Mas eſt folijs nigricantibus, ſplendidis, juglandis folia æmulantibus, radice digitali craſſa, & alba, ſed mas non vna radice coaleſcit, ſed plures habet, femina variat colore foliorum, eſt folio vtrinque virente, & glabro, calice hirſuto, flore vel ſimplici, vel pleno, folijs helleborum æmulatur, radicibus, ceu balani longiores circiter octo, aut ſex adhærent. Mas plures habet. Radix effodienda eſt vere, Luna decreſcente (tertia die antè novilunium) alij effodiunt ſole exiſtente in Cancro, dieque, ac hora ſolaribus, luna decreſcente, flores colligendi ſunt Maio, ſemina Auguſto.

### VIRES.

*CAlefacit, & ſiccat in ſecundo gradu, ſaporis eſt ſubdulcis, ac ſubacris, ſeu amari; ſubaſtringit. Vſus præcipuè eſt in affectibus cephalicis, epilepſia, incubo, &c. Vterinis, menſibus obſtructis, lochijs purgandis, doloreque poſt partum mitigando, hepatis obſtructionibus. Extrinſecus ſuſpenduntur grana, ac radices de collo pro arcenda epilepſia.*

## COCCVM BAPHICVM.

G*Ranum Infectorium*, aut *Chermes* ab Arabibus. Eſt *Granum*
fructus arboris habentis ramos, ac folia parva ſpi- *Infecto-*
noſa, & dentata. Eligenda ſunt grana rubicundo ni- *rium.*
gra, integra, vermiculum in ſe continentia. *Chermes.*



UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

## *VIRES.*

C*Ardiacæ ſunt grana, Calefaciunt, & ſiccant, aſtringunt, vapores tetros diſcutiunt, ſpiritus vitales reficiunt, parturientibus ſubveniunt, vulneratis nervis medentur, morvillos erumpere faciunt.*

## *CHINA CHINÆ.*

EST cortex non abſimilis cortici iunioris quercus, ſaporis amari, & paululum ingrati.

## *VIRES.*

C*Alida eſt, & ſicca, vim habet aperiendi, diſcutiendi, attenuandi, reſolvendi, putredinem arcendi, & totum roborandi. Vſus eſt in debellandis febribus intermittentibus.* Doſis à ʒß. ad ʒij.

Appellatur etiam Gentiana Indica, Loxa, Cortex Peruvianus, Pulvis Indicus, Americanus, Peruvianus, Ieſuiticus, & de Lugo: Kinkinna, Chinacanna, Anciquarticum Peruvianum, & Palo de calenturas.

## *CHINA RADIX.*

ELigatur quę exterius eſt colore rubente; aut ſubnigro, interius candicante, aut ſubrubente: & hæc, quò nigrior eò melior. Occidentalis colore eſt interius magis ruffo, nec vna, nec altera ſit carioſa.





## *VIRES.*

C*Alefacit leniter, ſiccat in ſecundo gradu, ſubaſtringit, eſt Diaphoretica, diſcutiens, aperiens, hepatica: hinc convenit, in cachexia, hydrope, paralyſi, arthritide, cephalea, ictero, lue venerea, tumoribus ſcirrhoſis, & ædematoſis.* Doſis à ʒj. ad ʒij. ſufficit ℥j. vel ℥ij. pro ℔ix. aquæ

## *SARSA PARRILLA.*

NOmen accepit à ſimilitudine quam cum ſmilace aſpera apud nos *Zarçaparrilla* audit. Triplex eſt, prima quæ ex Nova Hiſpania adfertur, quæ eſt candidior ad pallorem tendens, & gracilior: Secunda ex Provincia Honduras, quæ cinerea nigrior, & craſſior, priorique melior eſt: Tertia ex Provincia Quitto, locis vrbi Guaiaquil vizinis (vnde Zarçaparrilla Guajacillana dicitur) quæ ex cinereo nigricans, maior, & craſſior adhuc eſt cæteris. Elligenda eſt radix lignoſa, prelonga, fibroſa, vniformis, coloris aliquantulum nigri, recens, non carioſa, gravis, flexilis, nec frangibilis.

## *VIRES.*

C*Alefacit, moderatè ſiccat, partium eſt tenuium, ſudoriferaque. Vſus præcipuè eſt in lue venerea, quam ſpecificè curat, in catarrhis, atque inde natis affectibus, v. g. Arthritide, &c.*

## *SASSA FRAS.*

ARbor eſt prægrandis, naſcens in *Florida*, folio aculneo, cortice ex fulvo nigricante, aliquantulum



UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN
ALERE FLAMMAM VERITATIS
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS ®

acri ſapore, ſed aromatico, odore fœniculum redolente. Melior pars eius eſt radix, & melior pars radicis eſt cortex.

## *VIRES.*

*Cortex calefacit, & ſiccat ad gradum tertium; lignum calefacit, & ſiccat ad ſecundum; attenuat, aperit, diſcutit ſudores movet; vſus præcipuè eſt in omni morborum genere, præſertim in obſtructionibus tollendis, partibus internis roborandis, in ſterilitate emendanda, & venerea lue curanda, Inſtar Panaceæ in catarrhis habetur.*

## *CONTRATERVA, SEV RADIX Bezoardica.*

Eſt radix, Iridis, vel Cyperi radicibus non abſimilis. Bauhinus vocat Cyperum longum odorum Peruvianum. Eligatur denſa, non carioſa, quæ aromaticum quiddam ſapit cum acrimonia coniunctum.

## *VIRES.*

*Calida eſt in ſecundo gradu, alexipharmaca, & ſudorifera, præſtantiſſimumque remedium adverſus omne venenum, cuiuſcumque ſit generis, (excepto Mercurio ſublimato) vomitione id reijciens, aut per ſudores evacuans. Sed, & amatoria pocula expulvere hauſto, educi ferunt. E ventre etiam animalia pellit. Quin, & in peſte felix eius vſus compertus eſt, vt & morbillis nigris, & variolis.* Doſis ʒj.

AG A



## *AGALLOCHVM, SEV LIGNVM ALOES.*

Optimum eſt nigro purpureum, & venis cinerei coloris interſectum, amarum, ponderoſum, liquorem ſi prunis, candenti ve ferro imponatur, exudans, ſuavem, ac acidulum fumum, ſi incendatur prebens, bullulaſque ſimul poſt ſe relinquens, haud ità facile diſparans: his adde, haud poſtremum bonitatis ſignum, ſi aqua coniectum ſubſideat. Appellatur etiam *Xyloaloes.* *Xyloaloes*

## *VIRES.*

*Calefacit, & ſiccat in ſecundo gradu, confortativum eſt omnium viſcerum, ac præcipuè cerebri, cordis, ac vteri; ſpiritus vitales, ac animales recreat: hinc medetur Lypothymiæ, amaritudine ſua lumbricos necat. Externè creber eius vſus eſt in cucuphis, & epithematibus cordialibus.*

## *SANTALVM LIGNVM.*

Svb nomine ſantali varia Ligna exotica ex India ad nos tranſportantur. Præſtantiſsimum eſt Citrinum, ſuccedit Album, infimas tenet Rubrum, planè inodorum. Eligendum eſt citrinum ſuabiter fragrans, magnam habens medullam, grave, nodoſſum; huius in defectu recipi poteſt Album.

## *VIRES.*

*Refrigerant in tertio (alij in ſecundo) ſiccant in ſecundo, aperiunt, hepatica ſunt, ac cardiaca. Vſus præ-*

I 3 cipua

UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

*cipuè eſt in lypotymia, palpitatione cordis, obſtructione hepatis, &c. Extrinſecus in catarrhis, cephalalgia, vomitu, hepatis intemperie calida. Santalum rubrum magis refrigerat, ac aſtringit, quam reliqua.*

## *GALANGA.*

DVÆ ſunt ſpecies: maior ſcilicet, & minor. Maior, radice craſſiore, rubra minus odorata, &c. Minor, radice tenuiore, nodoſa intus, & extra rubeſcente, ſapore acri inſtar piperis, odore ſuavi. Radix, quæ eligenda eſt ſaturatè rubra, ponderoſa, benè odorata, ſaporis acris.

### *VIRES.*

*STomachica eſt, cephalica, ac uterina; calefacit, & ſiccat in tertio gradu, ſaporis eſt acris, incidit, & aperit. Vſus eſt in cruditate, ac inflatione ventriculi, vertigine, uteri obſtructione, aliiſque totius corporis affectibus à frigiditate, ac flatulentia oriundis. Extrinſecus commendatur ad roborandum caput (in errhinis)*

## *ZEDOARIA.*

RAdix eſt. Eligatur odorata, albida, amara, ponderoſa, non carioſa.

### *VIRES.*

*CAlefacit, & ſiccat in ſecundo gradu, incidit, flatus diſcutit, amariſsimi eſt ſaporis, ac alexipharmaca. Vſus præcipuè eſt in doloribus colicis, atque ventriculi: animalium venenatorum morſibus opitulatur, lienteriam ſiſtit, vomitiones reprimit, menſes ciet, ſuffocationi uteri efficaciter ſuccurrit, alvi tamen quaſcumque encat, Doſis ʒj.*



## ZINGIBER.

PLanta eſt in Troglodytica Arabia magna ex parte naſcens. Radix eſt herbæ, gramminis modo ſerpens, candida, odorata, piperis ſapore, & viribus.

### *VIRES.*

*CAlefacit potenter, ſed non primo ſtatim occurſu, adeò que partium eſt craſſiorum, earumque non terreſtrium, ſed aquearum, & conſequenter humectantium: aperit, incidit, attenuat, confert ventriculo, thoraci, aliiſque viſceribus, appetitum, proſtratum excitat, putredini, ac malignitati humorum reſiſtit.*

## PIPER.

ARbuſculæ in India naſcentis fructus eſt, quæ inter initia (vt ait Dioſcorides) prælongum fructum, veluti ſiliquam, quod piper longum vocamus, profert: habet intus aliquid tenui Milio ſimile, quod dehiſcentibus ſiliquis racemorum in modum prodit. Eorum grana acerba candidum piper vocantur: matura verò, piper nigrum. Nigrum eligi debet recens, graviſsimum, plenum. Candidum præfertur, non rugoſum, candidum, & grave. Longum optimum eſt, quod dum frangitur, ſolidum intus conſpicitur, & compactum, guſtu acerrimo, linguamque mordens. *Piper ſimpliciter quid.*

Piper ſimpliciter dictum, piper nigrum intelligitur, quod etiam appellatur *Melanopiper.* *Melanopiper quid*

I 4 Pi-

Piper album appellatur etiam *Leucopiper*.
Piper Longum appellatur etiam *Macropiper*.

*Leuco piper.*
*Macro piper.*

## *VIRES.*

O*Mnia piperis genera adverſus venenum valent. Longum præcipuè dolore colico medetur, eo quòd calefaciat, & craſſos humores incidat. Album magis aſtringit, & ſtomachum confirmat. Nigrum ad condimenta vtilius: inſuper grana quinque, aut ſex piperis integra, quinque horis ante prandium deglutita, ructum acidum tollunt, & appetentiam collapſam exitant: obſerv. 37. Anonymi Riverio Comm.*

## *CARYOPHYLLVS AROMATICVS.*

FRuctus, ſeu ſi mavis, flos eſt aromaticus exoticus, ſolis radiis induratus, & nigrefactus. Eligendi ſunt Caryophylli fragrantes, oleoſam quandam humiditatem premendo exibentes.

## *VIRES.*

C*Ardiacum, cephalicum, ac ſtomachicum inſigne exibent, calefaciunt, & ſiccant in tertio gradu, diſcutiunt. Hinc proſunt in lypothymia, odontalgia, cruditate ventriculi, vertigine; arcent quoque morbos malignos, vterinos, &c.*

## *CINNAMOMVM.*

COrtex eſt arboris cuiuſdam exoticæ eiuſdem nominis. Roſeum, ſivè exeinereo vinoſum colorem contrahit Cinnamomum ex ſolis calore, cui cortex detractus exponitur: non probè idem paratus, can-



candicans, ſivè cinerei coloris fit, nimis verò ardoribus ſolis combuſtus, niger.
Probatur ſubrubrum, odoris fragrantiſsimi: ſaporis ſub aſtringentis, & acris.
Appellatur etiam Caſsia, Caſsia lignea, & Xylocaſia, & Canella.

*Caſsia.*
*Caſsia lignea.*
*Xylocaſsia*
*Canella.*

## *VIRES.*

C*Alefacit, & ſiccat, aperit, diſcutit, menſes, & partum acelerat, omnia viſcera, ſpirituſque ſingulos recreat, coctiones iuvat. Vſus eius frequentiſsimus eſt in virium imbecillitate, lypothymia, capitis, ventriculi, & vteri affectibus frigidioribus.*

## *CARDAMOMVM.*

CArdamomi duæ ſunt ſpecies; Minus ſcilicet, & Maius. Eligitur vtrunque, quod eſt frangenti contumax, plenum, occluſum, & caput odore tentans, guſtu acre, & ſubamarum. Cardamomum ſimpliciter dictum inteligitur cardamomum minus ex Mathiolo.

*Cardamomum ſimpliciter quid.*

## *VIRES.*

V*Trunque calefacit, & ſiccat (maius in ſecundo gradu, minus in tertio) partes principes recreat, attenuat, flatus diſcutit, coctionem iuvat, pro in conducibilis eorum vſus eſt in affectibus capitis, ventriculi, & in primis vteri.*

CRO-

UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

## CROCVS.

PLanta eſt bulboſa, florem primo autumno ferens purpureum, cuius flamea ſtamina (inſtar antheræ) officinarum crocus ſunt.

Eligitur Coryceus, recens, & boni coloris, paulum candidi gerens in capræolo, oblongus, omnibus ſuis partibus conſtans, non fragilis, plenus, à quo detractum eſt nihil, qui madefactus manus inficit, nec ſitum redolet, aut cariem ſentit, ſub acris: ſin huius generis non eſt, aut veter, aut humore perſluſus creditur.

Noſtro ævo multis in Hiſpaniæ locis colligitur, qui non Orientali deterius, ſed viribus potentior, ideòque eius vice vſurpandus eſt.

### VIRES.

*COrdialis eſt, ac pulmonicus, vterinus, & hinc cæteris viſceribus familiaris. Calefacit in ſecundo, ſiccat in tertio, aperit, digerit, emollit. Vſus eius frequens eſt in ſyncope, apoplexia, hyſtericis affectibus, ictero, peſte, & alijs, venenoſis morbis, tranſthmiate.* Doſis ad ℈j. *Extrinſecus collyrijs, & ſimilibus adhibetur.*

*Vſus eius immodicus (ſcilicet ad ʒij. vel ʒiij.) lethalis cenſetur.*

## NVX MOSCHATA.

DVplici cortice veſtita eſt: altero exteriori, & craſsiſsimo, per maturitatem dehiſcente, vt in iuglandibus; altero tenuiore, nucleum proximè inſtar reticuli ambiente; eoque primum coloris rubeſcentis; poſtmodum flaveſcentis, & hæc oſt-



officinarum Macis eſt.

Eligenda Nux recens, gravis, pinguis, & quę acu puncta ſuccum oleoſum emittit. *Macis.*

Macis probatur odore ſuavi, ſapore ſubacri, colore flavo.

### VIRES.

*NVx calefacit, & ſiccat, ſubaſtringit, eſt ſtomachica, cephalica, vterina, flatus diſcutit, coctionem iuvat, halitum fœtidum oris emendat, fœtum recreat, lypothymiæ, ac palpitationi cordis ſuccurrit, vomitum ſiſtit.*

Appellatur etiam *Nux Myriſtica, ſeu Vnguentaria, & Nuciſta.*

*Maci eadem vires adſcribuntur quia tamen partium tenuiorem exiſtit, ideò, & operando efficatior, & magis penetrans habetur.* Doſis ʒj. *Nux Myriſtica. Nux Vnguentaria; Nuciſta.*

## SPICA NARDI, SEV SPICA INDICA.

RAdix eſt ex India tranſportata, dicitur ſpica, eò quod ſpicæ ſimilitudinem habeat. *Nardus Indica* etiam dicta. *Nardus Indica.*

Eligenda eſt recens, levis, longam comam habens, colore flava, aliquantulum redolens Cyperum, ſapore amaro, ac linguam ſiccante, quæ diu in ſua odoris gratia permanet.

Spica abſolutè dicta ſpica Nardi inteligitur. *Spica ſimpliciter quid.*

### VIRES.

*CAlefacit in primo gradu, ſiccat in ſecundo, attenuat, aſtringit, nephritica, & ſtomachica eſt. Vſus præcipuè in vrina, ac menſibus ciendis, in ventriculi roſione; in flatione, in ictero, &c. Extrinſecus in lixivijs cephali-*

UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN

*licis, balneis, uterinis, &c. Præterea Riverius ſpicæ ʒj. in aqua plantaginis tanquam remedium frequenti uſu expertum in hæmorrhagijs cohibendis adhibet, non ſolum enim ſpecifica vi, ſed etiam hepar roborando ſanguinis fluxum ſiſtit.*

## SPICA CELTICA, SEU NARDUS *Celtica.*

RAdicula cum adnatis, colligenda Iulio, & Auguſto.
Eligenda eſt recens, iucundi odoris, radiculis numeroſis, coherens, non fragilis, & plena.

### VIRES.

*CAl-facit, & ſiccat, viriumque earundem eſt cum ſpica Indica, ſed imbecilliorum, maiore tamen cum utilitate adhibetur in urina cienda, ventriculo corroborando, flatibus diſcutiendis. Extrinſecus adhibetur malagmatis, unguentis calefacientibus.*

## SCHOENANTHUM, SEU JUNCUS *odoratus.*

ELigendus eſt Juncus odoratus ruſus, recens, floribus refertus, tenuis rubentibus fragmentis, qui, manibus confricando, roſæ odorem emittunt, ignitæ mordacitatis ad linguam. Floribus, culmis radicibuſque eſt Medicis utendum.

***

Vi-



### VIRES.

*CAlefacit, ſubaſtringit, tenuium eſt partium, diſcutit, uſus præcipuè in obſtructis mulierum menſibus, hepate, liene, in ventriculi inflatione, vomitu, ac ſingultu, in urinæ difficultate, renum, veſicæ, ac uteri dolore, Extrinſecus corrigit fætorem oris, roborat caput, (lotione) diſcutit vulvæ tumorem, roborat ventriculum.*

## OPIUM.

LAchryma eſt, quæ ſtilat ex capitibus papaveris, dum matureſcunt, levitèr inciſis. Differt à *Meconio* quod eſt ſuccus ex iiſdem expreſſus. Opium triplex eſt: Album, quod affertur ex *Cairo*, forte eſt *Thebaicum*: Nigrum, & durum, ex *Adem*. Flaveſcens magis, & mollius, ex *Cambaia*, *&* *Decam*. Præſtantiſſimum habetur Cabaiſanum, quod ponderoſum, denſum, inflammabile, & ardens (non atra tamen flamma) odore ſoporiferum, ac grave olens, ſapore, amarum, & acre, colore ad aloem accedens, cùm frangitur ſplendore quodam nitens, facile ſolutu. Dignoſcitur ab adulterato, quòd hoc ſi diluatur, liquorem croceo colore tingat ob Glaucium admiſtum, quamvis ex Hoffmano hic color certum non pariat indicium. *Meconium*

### VIRES.

*VIm poſſidet ſpiritus commotos, inquietos, ſeditioſoſque compeſcendi, facultatique animali peculiari quadam proprietate torporem inducendo. Unde ſomnus, ſenſibilitatis imminutio, &c. media ſanè maximi ſolaminis in vigilijs, doloribuſque interſit. Verum enim verò, nec, & ſuis incommodis opium caret, nimirum, præterquam-*

quod

UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN
ALERE FLAMMAM VERITATIS
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

*quod excreciones urinæ, & fæcum ſupprimat; malignitatem quoque exercere aptum eſt. Hæc videlicet livorem artuum, frigidoſque ſudores, reſpirationem parvam, ac difficilem, mentis alienationem, &c. inducit.*

*Narcoſi ab opio inductæ per acida occurritur; hæc enim figendo ſal volatile acre oleoſum opij, eius virulentiam corrigunt. Id fit ſi acetum cum ſpongia naribus applicetur; vel præcipuè ſi aſumatur acetum calidum, in quo oculi cancrorum cum unicornu ſoluti ſint. Vide Ettmulerum in Schrodero dilucidato.*

## *CAMPHORA.*

LAchryma eſt reſinoſa proceræ cuiuſdam, ac peregrinæ arboris, (non bituminis genus.)

Eligenda eſt alba pellucida inſtar cryſtalli, ſincera, (non maculata) odora, digitis friabilis, quæ accenſa vix extinguibilis. Diſtinguitur à ſuppoſititia, quòd hæc calido pani triticeo (vel ex clibano extrahitur) diſſectò impoſita torreatur; vera autem liqueſcat. In trituta, mortarium, ac piſtillum oleo amygdalarum dulcium eſt in vngendum.

### *VIRES.*

R*Eſiſtit putredini, ac venenis, vnde frequens eius vſus eſt in peſte, maligniſque morbis, febribus, &c. ſuffocationi uterinæ ſubvenit, ſcilicet aqua meliſſæ, in qua Camphora extincta aliquoties fuerit, propinata. Vſus externus crebior eſt, iſque potiſſimum in epithematis, ſeu frontalibus refrigerantibus, & paregoricis, quibus commiſcetur: ſolvi ſolet in ſpiritu vini, vel conteri cum nucleis oleaginoſis, v. g. amygdalis ut dictum. In oleo amygdalino dulci ſoluta inflammationes cum indecibili dolore coniunctas confeſtim tollit, ex Tachenio.*

*ANI-*



## *ANIMÆ GUMMI.*

ANimæ eſt reſina pellucida ex albo citrineſcens, in nova Hiſpania, ſeu America ex arboribus quibuſdam proceris inciſis extillans, Thuri ſimiliſima, quo tamen maiora grana refert. Eligenda eſt albida, ſeu flaveſcens, granulata, oleoſa, ſi frangatur citrina, fragrantiſsima, ac gratiſsimi ſaporis, carboni impoſita facilè liqueſcens.

### *VIRES.*

C*Alefacit in ſecundo gradu, humectat in primo, attenuat, reſolvit, adſtringit, diſcutit, Cephalica eſt. Vſus præcipuus eſt externus in capitis, ac nervorum affectibus frigidis dolorificis, catarrhoſis, flatulentis, in affectibus articulorum, paralyſi, contractura, luxationibus, contuſionibus, &c.*

## *RESINA COPAL.*

REſina eſt duriuſcula, etiam *Pancopal* dicta, admodum candida, vel ex albo flaveſcens, pellucida, benè odorata, in maſſam redacta. Aſportatur ex India Occidentali, ſivè Nova Hiſpania, vbi ex vulnerata arbore guttatim ſtillat. *Pancopal.*

### *VIRES.*

C*Alefacit in 2. humectat in 1. emollit, reſolvit, vſus præcipuè eſt in affectibus Cephalicis.*

*Sal*

*Balſamum. de Copayba. Oleum de Copalyra.*

LIquor quidam aſportatur ex eadem India Occidentali, nomine Balſami de Copayba, ſeu olei de Copalyra, & iudicatur eſſe ex eadem reſina: qui dotatur ſapore amaro, acri, terebinthinaceo, admodùm penetranti, & in ore durabili: & quamquam videatur eſſe quædam terebinthinæ pelucidæ ſpecies, vrinam tamen odore violaceo minimè inficit; illam verò saporè manifeſtè amaro imbuit, eiuſque, & ſeri ſanguinis, & ſalivæ, muriaticam ſalſedinem miricè delet.

## *VIRES.*

*SAnguini Balſamicum characterem imprimit, illiuſque cachexiæ ſcorbuticæ, rancidæ, & putredinali medetur. Valet (non tantùm externè applicatum, ſed, & internè etiam exhibitum) ad vlcera ſananda; ad paralyſim, arthritidem, dorſi debilitatem, doloremque, nec non ad fluorem album, & gonorrheam. Vrinam cit; renes, vreteres, & veſicam, arenulis, mucco, aut pure obſtructos, relaxatos, aut vlceroſos, mirificè detergit, firmat, & ſanat.* Doſis ad ʒj.

## BENZOIN.

REſina eſt citrineſcens, vel flava, ceu varijs ex fruſtulis diverſorum colorum in maſſam redacta, benè odorata, facilis liquatu, ac fractu. Stillat ex arboribus quibuſdam, magnitudinis proceræ, quo ad corticem ſauciatis. Optimum cenſetur pellucidum, globulis candidis refertum, thuris æmulum, ſuavisſimè ſpirans, nec hæterogeneis inquinatum. Appellatur etiam Aſſa dulcis, Benzoinum, Belzoinum, & Benjui.

*** *** ***





## *VIRES.*

*CAlefacit, & ſiccat in ſecundo gradu: incidit, attenuat, pulmonicum eſt. Vſus præcipuè intrinſecus eſt in affectibus pulmonum catarrhoſis, tuſsi, aſthmate. Extrinſecus in cerebro per ſternutationem expurgando, in odontalgia, (maſticando) in tuberculis, ac rubore faciei abſtergendo: ob ſuavem in ſuper halitum creberrimè ſuffumigis commiſcetur. Si ſuffitus ex ſolo Benzoino paratur, tuſsis exiccatur.*

## STYRAX CALAMITA.

LAchryma eſt arboris, Malo perſicæ ſimilis. Præfertur pinguis, lentus, fragmentis albicantibus ruffeſcens, vel flavus, odore perſeverante, qui dum molleſcitur melleum liquorem reddit. Improvatur furfuroſus, niger, & inodorus.

## *VIRES.*

*CAlefacit; exiccat; emollit, concoquit, Cephalicus in primis eſt, & nervinus: medetur tuſsi, catarrhis, raucedini, gravedini, vulvæ præcluſæ duritieve laboranti, extra, & intra datus convenit: immiſcetur cardiacis, & lætificantibus, alvum leniter mollit ſi cum terebinthina in forma catapotij aſſumatur. Extrinſecus ſuffitu capiti adhibetur*

## MASTICHE.

MAſtiche eſt Gummi Reſina ex albo citrina, pellucida, granulata benè odorata, ex Lentiſco arbore, exudans. Optima cenſetur quæ ex Indiæ Chio provenit



UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

nit, odorata, candida, inſtar ceræ albæ, ſplendens, adulta, retorrida, friabilis, ſincera, ſtridens; reprobatur nigra bitumini ſimilis, viridis, livida, impura: Adulteratur Thure, & Reſina pini, ſed odore fraus ſtatim depræhenditur.

## VIRES.

C*alefacit & ſiccat in ſecundo gradu, ſubaſtringit, emollit, ventriculum roborat. Vſus præcipuè in vomitu, nauſea, ac fluxu alvi compeſcendo, obtundit, ac corrigit purgantium acrimoniam, reprimit exhalationes ventriculi, quæ caput aliàs ferire ſolent, (grana aliquot poſt paſtum deglutita,) roborat caput, nervoſumque genus, exputitioni ſanguinis, ac tuſſi medetur, emendat oris halitum, pituitam è cerebro elicit (maſticando) Extrinſecus vſus eius creberrimus eſt in dentifritijs, emplaſtris, ac cataplaſmatis ſtomachicis.*

## THVS.

*Olibanum.* Genera thuris traduntur duo, maſculinum ſcilicet, quod propriè *Olibanum* dicitur, ſeu *Metax*, & fœmininum. Maſculinum ex albo flaveſcit, ſuapte natura rotundum eſt, guttarum formam referens, candidum intus, & pingue. Fœmininum, reſinoſum magis eſt, ac molle, citò ardens, flavum. Præfertur Maſculinum, & quod ex arboribus montanis colligitur.

## VIRES.

C*alefacit in ſecundo, ſiccat in tertio, ſubaſtringit, vſus præcipuè eſt intrinſecus ad varios capitis & pectoris affectus, et & ad alvi, vterique profluvia, ad tuſſim (deglutitur veſperi fruſtatim) vomitum, ſanguinis excreta-*



*creationem, diarrhæam, dyſenteriam mitigandam. Extrinſecus inſervit ſuffitibus pro capite roborando, catarrhos diſcutit, cava vlcera carne replet, & ad cicatricem perducit, cruenta vulnera cephalica in primis glutinat, perniones (cum ſuillo adipe, aut anſerino) ſanat, vlcera cacoethea tum ſedis, tum reliquarum partium demulcet (tritum cum lacte in linimentum:) oculorum rubedini, ac lippitudini medetur (ſcilicet aqua roſarum multiplici extinctione thuris impregnata, lactique muliebri poſtmodum commixta pro collyrio liquido.) Verrucas incipientes, & impetigines abigit (cum pice, & aceto impoſitum.*

## TACAMAHACA.

Reſina eſt, ex ijs, quæ ex Nova Hiſpania adferuntur. Colligitur ex vulnerata arbore inſtar Populi procera, admodum odorata, cuius fructus ruber eſt, pœoniæ ſemen æmulans. Reſina autem colore accedit ad Galbanum, vnguibus eſt albis vti ammoniacum, odorem, ac ſaporem gravem refert, cutique tenaciter adhæreſcit.

## VIRES.

C*alefacit in principio tertij gradus, ſiccat in ſecundo; validæ aſtrictionis particeps, digerit, reſolvit, maturat, tumores emollit, dolores, ac flatus diſcutit: vterina in primis eſt, nervina, ac cephalica. Vſus præcipuè extrinſecus eſt. Prunis iniecta, naribuſque admota, mulieres vteri ſuffocatione laborantes, illico liberat. Vmbilico emplaſtri modo impoſita vterum ſuo loco retinet (vſu familiariſſimo.) Ventriculum roborat, defluxiones quaſcumque è capite defluentes reprimit, (linteo excepta, & poſt aurem alteram ſaltem, vel vtramque applicata, ſuffitu vè attracta.) Temporibus adhibita (cerati modo) defluxiones in oculos, aut alias faciei partes revellit, dolorem den-*

*dentium ſedat (dentibus etiam corruptis indita:) abdomini emplaſtri inſtar impoſita vteri defluxiones cohibet: magnæ eſt efficatiæ in doloribus articulorum (coxendicis) iuncturarum, ac nervorum, vulneribus impoſita eadem curat, nimirum ſtatim ſuppurare facit, & ſpaſmum probibet. Monardes.*

## *CARANNA.*

REſina eſt duriuſcula, tenax, ſine multa agglutinatione, tacamahacæ ſimilis, niſi quod ſit paulo odoratior, ſplendidior, liquidior, & denſior. Affertur ex Carthagine Indiæ Occidentalis, ſeu Novæ Hiſpaniæ Provintia, vbi ex vulnerata arbore elicitur, atque illinc folijs latis, ac nervoſis inſtar arundinaceorum foliorum involuta provenit.

### *VIRES.*

*CAleſacit, & ſiccat in tertio gradu; viribuſque pollet iiſdem quibus tacamahaca, qua tamen operando citior, & efficatior eſt, præcipuè in tumoribus, omniſque generis doloribus, maximè iuncturarum, tumores inveteratos diſſolvit, defluxiones frigidas, aut mixtas ſiſtit, nervorum, ac cerebri dolores ſedat, vulnera recentia, præſertim nervorum, & iuncturarum ſola ſanat, defluxiones in oculos, & alias partes reprimit (pone auribus, vel temporibus impoſita)*

## *GUMMI ELEMI.*

REſina eſt ſivè lachryma pellucida albicans, cum flavis particulis intermixta, in maſſam redacta, ſuavem accenſa halans ſuffitum. Damnatur Ammoniaco, vel Gummi Arabico ſimile, colore nigricans.

*VIa*



### *VIRES.*

*CAleſacit temperatè, emollit, digerit, reſolvit, maturat, dolorem ſedat, capitis, ac nervorum affectibus, eorumdemque vulneribus, ac in primis calvariæ vulneratæ ſpecificè confert, contuſionibus articulorum prodeſt; menſes, ac vrinam ciet.*

## *MYRRHA.*

EST reſina gummea (concretus gummi reſinoſus ſuccus) cuiuſdam arboris exoticę, quæ cortice vulnerato Myrrham profundit, partim in ſubſtratas ſegetes diſtillantem, partim circa caudicem concreſcentem. Plurima affertur ex Arabia, tum etiam ex Regione Alexim, quæ in Æthiopia eſt.

Laudatur friabilis, levis, vndequaque concolor minutis glebis, amara, acris, odorata, & quæ confracta, venas vnguium modo candidas, & leves oſtendit. Omnibus autem anteſertur, quæ à loco vnde convehitur, *Troglodytica* nuncupatur, colore palleſcens, ſeu ſub viridis, ſplendens, ac mordax; inutilis eſt ponderoſa, & coloris picci ſcilicet nigra; hæc Myrrha Animinea. Amati.

### *VIRES.*

*CAleſacit, & ſiccat in ſecundo gradu, (alij, quòd, in tertio, aiunt) aperit, ſubaſtringit, attenuat, maturat, diſcutit, putredini reſiſtit. Vſus præcipuè eſt in vteri obſtructione, fœtu expellendo, in pulmonum, & inteſtinorum mucillagine, ac indè nata raucedine, tuſſi, & angina, pleuritide, colica, lumbricis: compeſcit diarrhæam, dyſenteriam, febrium rigorem, præcipuè quar-*



ALERE FLAMMAM VERITATIS
UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

*tana arcet. Extrinſecus prodeſt in igne ſacro, gangrena, tumoribus, vulneribus inveteratis, ac recentibus, in primis capitis, vndè in emplaſtris ſtypticis, vt vocant vſus creberrimus eſſe ſolet. Maſticata, ac ſubinde deglutita halitus fœtorem emendat, coryzamque curat, &c.* Doſis à ℈j. ad ʒj.

## *ASSAFOETIDA.*

SVccus eſt ſivè Lachryma Laſeris, ſivè Sylphij in Media, Lybia, ac Syria creſcentis, (non Laſerpitij Dioſcoridis, cuius ſuccus modernis incognitus eſt) & ex illius radice, ac caulibus inciſis colligitur. Eligenda eſt ſincera alij odorem ferè æmulans, viſcida: reprobatur adulterata. Adulteratur enim cum permixtione farinæ, furfuris, ſagapeni.

### *VIRES.*

*CAlefacit in tertio, incidit, &c. Vſus internus præcipuus eſt in ſuffocatione vteri, peripneumonia, ac vlceribus, aliàs rarò adhibetur. Extrinſecus in tumido liene, vteri ſuffocatione, panaritio, (cum albumine ovi, ac Allio ſuſcepto.) Si quis epilepſiæ obnoxius ſenſerit ſuffitum ex aſſa fœtida, ac cornu caprino, paroxyſmo actutum corripitur. Solvitur ſuper prunis coquendo in aqua, aceto, aut vino.* Doſis à ℈ß. ad ʒj.

## *OPOPANAX, SEV OPOPANACVM.*

SVccus eſt Gummoſus ex radice *Panacis Heraclei* vulnerata emanans potiſsimum æſtate, ad vſus plurimos commendabilis, vt vocabulum plantæ ex qua diſtillat, innuit. *Panax* enim, vnde & *Panacea*, omnem curat morbum, vel omnibus medellam ſubminiſtrat.

Sig-



Signa bonitatis ſunt: color extus flavus, intus albus aut ſubflavus, ſapor valdè amarus, odor gravis, conſiſtencia pinguis, facilè in aqua ſolubilis, & dum ſolvitur ad lacteum liquorem propriùs accedens. Improbatur, niger, ac mollis.

### *VIRES.*

*CAlefacit in tertio gradu, ſiccat in ſecundo; emollit, digerit flatus diſcutit, purgat pituitam craſſam, & lentam à partibus remotis, cerebro, nervis, ſenſorijs, iunctur ijs, thorace, vuulæ delapſæ, opitulatur ſuffitu (os immiſſo;) confert tuſsi antiquæ: potum cum aceto hora vna ante acceſsionem febrilem, arcet rigorem, maximè ſi idem opopanax cum ſucco apij, ac oleo anethino ſpinæ illinatur. Corrigitur cum admiſtione ſpicæ, & maſtiches.* Doſis à ℈j. ad ʒj.

## *SAGAPENVM.*

S*Acoponium*, communiter *Serapinum*, eſt lachryma, ſeu gummi arboris cuiuſdam ferulaceæ eiuſdem cum ſucco nominis, ex qua ſauciata educitur. Optimum cenſetur ſyncerum, tranſlucidum, foris colore fulvo, vel ruffo, intus albo, guſtu acre, odore grave, porrumque æmulans.

### *VIRES.*

*CAlefacit in tertio gradu, ſiccat in ſecundo; attenuat; aperit, ſubſtantiæ eſt tenuis: tanta extrahendi vi pollere dicitur, vt quoque ſpicula ex carne eliciat: purgat lentos, & craſſos, imo ſeroſos humores, ex ventriculo, inteſtinis, vtero, renibus, cerebro, nervis, iuncturis, & pectore. Hinc prodeſt in hydrope, tuſsi inveterata, aſthma-*



UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN

*mate, cephalalgia, ſpaſmo, epilepſia, paralyſi, tremore artuum, in obſtructione, & tumore ſplenis, febribus intermittentibus, dolore colico, menſes ciet, (ſed fœtum enecat) vrinam movet. Extrinſecus convenit in pleuriſi, aliiſque tumoribus, ac doloribus, mitigatione, ac reſolutione opus habentibus. Fumus excitat epilepticos, hordeola ciliorum ſanat. Præterea notat Hoffmanus vim obtinere peculiarem quaſi magneticam, quia inteſtina dislocata in iliaca paſsione ex hernia in priſtinum reducit locum, vnde primarium eſt ingrediens Emplaſtri eius magnetici, quo in dictis ipſe vtitur affectibus.* Doſis à ℈j. ad ʒj. Corrigitur vt Opopanax.

## *SARCOCOLLA.*

LAchryma eſt gummea in granulis, mannæ, ſivè pollini thuris ſimilis (colore ſubruſa, vel flava) ſapore amara, dulcedinemque (glycyrrhizę æmulam) poſt ſe relinquens. Profluit ex arbore quadam exotica, ſpinoſa, ac nodoſa, eiuſdem cum lachryma nominis, quæ tùm ſponte, tùm fauciata, lachrymam illam profundit: eligenda eſt recens, coloris ad pallorem vergentis (vetuſta enim rubeſcit,) ſaporis amari, ſubſtantiæ poroſæ, viſcoſæ, glutinoſæ, & quaſi ſpumoſæ, faciliſque in aqua ſolutionis, &c.

### *VIRES.*

*CAlefacit, & ſiccat in primo gradu; aſtringit, conſolidat, glutinat, coquit, & maturat. Vſus præcipui in vulneribus extergendis, conſolidandis, cicatrice obducendis, vnde, & nomen adepta eſt, &c. Mirificè prodeſt in oculorum fluxionibus, albugine, nubeculis (nutrita) poſtea cum aqua roſarum mixta, ciliis imponitur, (addito ſi libet, tantillo ſacchari) in hæmorrhagia narium (anacollematis immiſcetur) ſunt qui propinant illam purgan-*





*di gratia, craſſos, & viſcoſos humores, ex partibus diſſitis, egregiè ab articulis, pulmonibus illa retrahi ſcriptitant.* Doſis ad ʒj.

## *GVMMI AMMONIACVM.*

GVmmi eſt ſtillans ex ferula quadam, quam ad differentiam aliarum Ammoniaciferam vocant, alij Metopion. Dicitur autem *Hammoniacum* ab Ammonis Oraculo, iuxta cuius delubrum colligitur. Eligendum eſt ſyncerum, inſtar Thuris in grumos condenſatum, odore Caſtorium vtcumque æmulans, ſapore amarum, digitis tractatum molleſcens, exterius flavum, interius candidum.

### *VIRES.*

*CAlefacit in ſecundo gradu, ſiccat in primo, emollit, reſolvit, digerit, maturat, attrahit validè, vtquoque ſpinas carni infixas eliciat, alvum movet, ſpleneticum eſt. Vſus præcipuus eſt in doloribus arthritidis, in reſolvenda mucilagine tartarea viſcoſa, craſſa, ac contumaci pulmonum, meſenterij, & hinc in obſtructionibus lienis, hepatis, vteri, in calculo. Extrinſecus in ſcirrhis, pannis, tophiſque iuncturarum, in ſcrophulis, aliiſque tumoribus durioribus reſolvendis, &c.* Doſis à ℈ß. ad ʒß.

## *GALBANVM.*

GVmmi eſt reſinoſum ex Ferula Syriaca defluens, quam Metopium vocant: Optimum eſt cartilaginoſum, ſyncerum, ad ſimilitudinem Gummi Ammoniaci, in quo non nihil ex ipſis ferulis adhuc ad miſtum eſt, gravis odoris,



UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN

## *VIRES.*

C*Aleſacit in ſecundo gradu, & ſiccat completè, emollit, reſolvit, extrahit: vſus præcipuus intrinſecus in menſibus, ac partu pellendis, in tuſſi inveterata, ac aſthmate, adverſatur toxicis. Extrinſecus prodeſt in partu, ac menſibus, ſuffocatione uteri, vertigine, in furunculis, ac lentiginibus: quin, & glandi impoſitum emplaſtri vice vrinam provocare dicitur.*

## *GUMMI ARABICUM.*

*Gummi ſimpliciter.* G*Vmmi ſimpliciter*, dictum Arabicum Gummi intelligendum eſt.

Ex arbuſcula quadam manat, quam Dioſcorides Acaciam vocat, eſtque gummi naturæ prorſus aquæ.

Eligendum eſt vitri modo pellucidum, ſincerum, in vermiculorum ſpeciem contractum, candidum, vel ad flavedinem inclinans. Reprobandum eſt ſordidum, reſinoſum adulteratum. Adulteratur cum admixtione gummi ceraſi, pruni, & ſimilium, vel ex reſinarum quarundam, quod cognoſcitur ſolutione in aqua, quia ſincerum liquidiſsimè, ac limpidiſsimè ſolvitur, adulteratum non.

## *VIRES.*

C*Aleſacit, & humectat in primo gradu, inſpiſſat, poros cutis obſtruit, acrimoniam medicamentorum obtundit, aſperitati aſperæ arteriæ, ac tuſsi confert, ocularibus medicamentis, ac arteriacis commodiſsimè adhibetur. Inſuper illius pulveris* ʒj. *quovis die ſumpta vrinæ ardorem, non venereum tamen, neque à calculo veſicæ ortum egregiè demulcet*, ex Boyle.





## *TRAGACANTHUM.*

TRagacantha, coruptè Tragacanthum, eſt gummi fruticis eiuſdem nominis, dicitur etiam *Spina hirci*. Exudat hoc gummi radice inciſa, vel vt alij volunt ſponte ſua. Eligatur pellucidum, album, ſubdulce, leve, ac ſyncerum, in granis plerunque, fragmentiſvè contortis.

## *VIRES.*

V*Alet ad tuſim inveteratam, ad fauces inaſperatas, retuſas voces, cæteraſque diſtilationes, (cum melle inde fit linctus, ſubditurvè linguæ, vt liqueſcat,) contra renum dolorem, & veſicæ roſiones, in dyſenteria.* Doſis ad ʒj. *Extrinſecus addyſenteriam (in clyſteribus) ad rubedinem, & acres diſtillationes oculorum, (ſoluta in aqua roſarum, vel lacte) ad palpebrarum ſcabritiem.*

## *BDELLIUM.*

LAchryma eſt arboris cuiuſdam ſpinoſę, naſcentis in Arabia, India, Media. Probatur guſtu amarum, translucidum cum frangitur, pingue cum fricatur, odoratum, ſubamarum, facile molleſcens, ſyncerum (Parthicum nominant.) Reprobatur ſordidum, in offas convolutum, quod Adrobalon nuncupatur.

## *VIRES.*

C*Aleſacit, & ſiccat, digerit, diſcutit, ſudorem movet, vſus præcipuus eſt in tuſsi, ac pulmonum apoſtemate, calculo atterendo, vrina cienda, menſibus immodicè fluen-*

UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

*fluentibus, et in furore vterino ſiſtendo, fœtu expellendo: Extrinſecus diſcutit hernias, mollit duritiei, ac nervorum nodos, adeòque creberrimi vſus eius eſt in emplatris ſtypticis.*

## LACCA.

RESina eſt ſicca, Myrrhæ rubræ ſimilis, maſticata ſalibam rubro colore tingens, accenſa, vel tuſa ſuavè olens.

### VIRES.

C*Alefacit, (alijs temperatè, alijs in ſecundo,) attenuat; aperit, ſanguinem purificat, ſudorem ciet, diuretica eſt. Vſus præcipuè eſt in obſtructionibus lienis, veſicè fellis, hepatis, ac pulmonum, & hinc in hydrope, ictero; aſthmate, apoſtemate pulmonum: in expellendis variolis; atque peſtilenti contagio, in ciendis menſibus, &c.*

## SANGVIS DRACONIS.

LAchryma eſt arboris cuiuſdam, quæ vocatur *Ezquahuitl*, inſtar ſanguis exiccati concreta. Advehitur ex novi orbis Inſula, cui nomen eſt Portus Sanctus, vbi partim Sponte, partim vulnere caudici illato profluit. Arboris illius fructus ceraſi ſimile ſunt, detractaque pelle dracunculum exactiſsimè referunt, vnde, & nomen lachrymæ ſucco huic impoſitum eſt.

*** *** ***

VI-



### VIRES.

R*Efrigerat, (alijs caliditate, & frigiditate temperatus eſt) exiccat ſtrenuè, aſtringit, repellit. Vſus eius eſt præcipuus intrinſecus in exiccandis catarrhis, (impoſitus capiti) in hæmorrhagiis ſiſtenda, vulneribus glutinandis, dentibus laxis ſtabiliendis.*

## EVPHORBIVM.

AB Euphorbo Lubæ Regis Mauritaniæ Medico nomen obtinens. Succus eſt concretus acerrimus, ex ſauciata Lybica ferula eiuſdem nominis extractus. Eligendum eſt purum, translucens, candidum, aut flavum, & acre; recens improbatur, ceu virium violentia ſuſceptum.

### VIRES.

I*Nſignem quidem vim obtinet ſerum, ac aquas ex toto corpore purgandi, verum enim verò non ſine violentia, quam præter ſubſtantiæ proprietatem malignam, & vi inflammandi exerit. Calidum eſt in quarto gradu, & oſsium cariei mirabile.*

## GVMMI GOTTA.

ESt ſuccus concretus, aut inſpiſſatus, (potiùs quàm Gummi) cuius autem plantæ ſuccus ſit non certò conſtat. Affertur ex Sinarum regione, primumque afferri cœpit ante annos XCIX. videtur eſſe Gummi contra podagram Monardi, Bontius in ſua methodo med. indicat. ix eam ad thytimali, ſivè eſulæ quamdam ſpeciem refert.

VI-

## *VIRES.*

E*Xpurgat per ſuperiora, ac inferiora, præcipuè humores ſeroſos, & aquoſos, tum quoque omnem ſaburram vitioſorum humorum, ex toto corpore educit: hinc vſus eius creber eſt in hydrope, febri, ſcabie, pruritu, & ſimilibus. Corrigitur cum ſpiritu ſulphuris, vel vitrioli, aceto diſtillato, &c.* Doſis à gr. jv. ad ℈ß.

## *LAPIS BEZOAR ORIENTALIS.*

LApis eſt repertus in animali *Capricerva* dicto in India Orientali nato, (potiſsimum in ventriculo) figura variante, ſcilicet ovali, rotunda, ſeſsili, & intus cava, (meditullio paleam, pilos, vel ſimile continente) ſuperficie levi, & ſplendente: ſubſtantia è laminis inſtar cœparum ſeſe invicem incumbentibus compacta: variante item colore (plerumque atro virente, hinc dilutius virente, palleſcente, cineritio, fulveſcente, melleo, &c. odore nullo: variante magnitudine, & pondere) pleriſque ſcilicet infra iuglandis magnitudinem conſtitutis, nonnumquam, & paulo maioribus. Præſtantiſsimus tamen inter cæteros habetur Perſicus, quoniam in Perſia contrayerva copioſè creſcit, quam depaſcit capra montana, ex qua lapis eligendus eſt.

## *VIRES.*

C*Orroborat, ſudoreſciet, alexipharmacus eſt, idcoque vtilis in vertigine, epilepſia, lipothymia, palpitatione cordis, ictero, colica, dyſenteria, vermicatione, calculo, menſibus obſtructis, partu difficili, melancholia. Præcipuè autem in peſte, febribuſque malignis, venenis aſſumptis. Quin, & extrinſecus adhiberi poterit in ſcrophulis apertis, cancro vlcerato, & ſimilibus.* Doſis à gr. iij. ad ℈ß.



## *LAPIS BEZOAR OCCIDENTALIS.*

LApis eſt ſimiliter genitus vt de priori dictum; Orientalibus maior, ſuperficie ſcabra, colore cinericeo, albo, nigro, obſcure vè virente, qui optimus eſt. Præſtantiores habentur, (vt & Orientales) ex animalibus montanis exempti.

## *VIRES.*

I*Iſdem viribus celebris eſt cum Orientalibus, cuius tamen bonitati non parum cedit. Hinc vtilis compertus eſt in affectibus cordis, venenis, febribus peſtilentibus, quartana, cuius ſymptomata mitigat, melancholia, morbis diuturnis, lumbricis, epilepſia, & ſimilibus. Nec minus, & extrinſecus convenit in vulneribus venenatis inſperſus.* Doſis à gr. vj. ad gr. xx.

## *OCULI CANCRI.*

OCuli Cancri vulgo dicti, quia quodammodo aliorum animalium oculos figura repræſentant, revera tales non ſunt, cum multum diferant ab oculis nigris in capite repoſitis. Vvornius, & Alij communiter putant hos lapillos ſitos eſſe in capitis ſummitate, vtrinque vnum, nec quovis tempore in Cancris inveniuntur, ſed cum exuvias deponunt, & novam cruſtam acquirunt, creſcunt, & decreſcunt, plenilunio creſcunt, præſertim in fœminis. Helmontius tamen ait in ducentis ferè Cancris diſſectis ſe comperiſſe ſtomachum cancri eſſe in capite prope verticem, globo

UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

bo ſtomachi conuexo nova membranula obducto, dum ægrotare incipiunt, eſſe liquorem quendam lacteum, qui lapideſcit; cuius ſententiam proprio experimento confirmat Vvepſerus.

## *VIRES.*

V*Vlneratis, & puerperis nihil eſt aptius remedium quàm hi lapilli, dum illorum alkali in ſtomacho digeſtionum fonte, vitæque archivo aciditatem corrigit. Calculos renum, & veſicæ atterunt, dolores nephriticos ſedant. Splenis apoſtemata, contuſiones, ſanguinis concretiones, ſtranguriam, dyſuriamque ſolvunt, expertiſſimi ſunt in caſu ab alto, ſanguinem enim concretum reſolvunt, & reſolutum per urinæ vias eliminant. In pleuritide etiam commendantur, & in febribus ſanguinis fermentationem virtute ſua præcipitatoria potenter ſiſtunt: in animi paſſione ab illata iniuria mirificè valent.* Doſis ad ℨj.

## *MARGARITÆ.*

MArgaritæ, Perlæ, (Vniones ſi magnæ ſint:) ſunt lapides rotundi, conchis nonnullis ex perittomata eodem quo teſtæ generantur producti. Duplices cenſentur, Orientales, & Occidentales: illæ ſplendidiores ſunt, adeoque ceteris preferuntur; & præſertim Perſicæ. Hæ lacteſcunt, minuſque ſunt ſplendidæ. Inveniuntur etiam in Europæ locis multis, vt in Scotia, Sileſia, Bohemia, Friſia, lociſque maritimis alijs, ſed vilioris eæ ſunt notæ. Eligantur non perforatæ, & ſplendidiores.

* * * * * * * * * * * * * * * * * *

*VI-*



## *VIRES.*

*COrdiale præbent nobiliſſimum, quo balſamus vitæ oppreſſus, vireſque exolutæ inſigniter recreanturt, ac confortantur, proinde venenis, peſti, & putredini reſiſtunt, animum exhilarant, & huius rei gratia in tantum aſcenderunt honorem, vt vel agonizantium extrema recreatio communiter inde expetatur.*

## *TOPATIUS.*

CHryſolithos (veterum) Topatius (Gemmariorum Modernorum) eſt gemma aurei coloris. Duo ipſius ſunt genera, Orientalis, & Europeus: ille vt colore, ita duritie Europeum ſuperat: hic enim inſtar Cryſtalli mollis eſt, & cum aureo colore, vel multum, vel parum nigricans.

## *VIRES.*

*NAturæ ſolaris ex ſignatura iudicatur, proindè creditur timores nocturnos, ac melancholiam minuere, intellectum confortare, moleſtiiſque in ſomnijs adverſari, (ſiniſtro ſcilicet brachio alligatus, aut collo ſuſpenſus, aut aquæ incluſus) allij commendant eius aſſumptionem ad morbum comitialem.*

## *SAPPHIRUS.*

SApphirus eſt Gemma cæruleo colore, pellucida, & diaphana. Sunt aliquæ colore cæruleo albidæ, aliæ cæruleo ſaturo: hæ mares, illæ fœmellæ appellantur; aliæ omni colore carent, albæque vocantur. Orienta-

L les

UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

les inveniuntur in Calecut, Cananor, Biſnagar, Zeilam, & præſtantiſsimæ in Regno Pegù. Occidentales, varijs in locis reperiuntur confinia Bohemiæ, & Sileſiæ ſatis præſtantes ferunt, præſtantiores tamen ſunt Orientales. Color in igne facilè aufertur.

### *VIRES.*

*EST frigida, & ſicca, aſtringens, conſolidans, alexipharmaca, cordialis, ophthalmica: Proinde oculorum humiditates exiccat, inflammationem arcet, & extinguit (in collyrijs adhibita, aut butyro loto excepta, palpebriſque oblinita ſuperioribus,) valet ad omnia alvi profluvia, dyſenteriam, fluxum hepaticum, hæmorrhoidum, ſanguiniſque reiectiones (aſſumpta cum aqua plantaginis, tormentillæ, &c. Vlcera interna, & vulnera ſanat, corroborat, & lætificat, peſti; omnique veneno, febribuſque malignis, adverſatur: cardiacos, ac melancholicos affectus quoſvis lenit, tolitque; (intus exhibita,) Integra ſapphirus fronti adhibita hæmorrhagiam ſiſtit, ac inflammationibus applicata eas extinguit. In orbiculos redacta piſi magnitudine, ac perpolita oculis impoſita pulveres, culices, & quicquid in oculum deciderit, aufert: oculos à variolis, & morbillis tutatur, &c.*

### *RVBINVS.*

RVbinus eſt Gemma diaphana rutilans, rubenſque (exigua portiuncula eſt cærulei coloris) ac limam reſpuens. Rubedo ipſius eſt inſtar ſanguinis, laccæ Indicæ, aut coloris coccei kermeſin.

Noviliores Rubini in India Zeilan naſcuntur, alij, qui minores, in Coria, Calecut, Cambaia, & Biſnagar, optimi in flumine Pegù. Exploratur bonitas ore, & lingua: nam frigidiores, & duriores, meliores reputantur. Naſcuntur in lapidea matrice roſei coloris, pri-



primumque candicant, deinde paulatim matureſcentes ruborem contrahunt. Hinc albi immaturi. Naſcuntur plerumque in eadem fodina, vbi ſapphiri reperiuntur.

### *VIRES.*

*TRadunt Rubinum geſtatum, vel ebibitum venenis reſiſtere, ac à peſte præſervare, triſtitiam arcere, libidinem coercere, malas cogitationes, & terrentia ſomnia avertere, animum exhilarare, corpus in columi conſervare, ac ſi homini infortunia inſtent, ea mutatione coloris in obſcuriorem ſignificare, iiſque præteritis iterum priſtinum colorem recuperare.*

### *GRANATVS.*

EST Gemma pellucida, ex flavedine rubens, ignis inſtar, miniique nativi, vel factitij colorem ferè referens. Suntque Orientales, ac Occidentales: Orientales, vt meliores ita, & præſtantiores ſunt, proinde provinciam officinalem ſolis Occidentalibus linquunt. Hi ſunt tùm Hiſpanici, tum Bohemici tùm ſileſiaci: è quibus Bohemici reliquos antecelunt

### *VIRES.*

*EXiccant, corroborant, medentur cordis palpitationi melancholiæ reſiſtunt, & veneno, ſputionem ſanguinis ſiſtunt, tartarum in corpore reſolvunt, collo ſuſpenſi iiſdem virtutibus vulgo celebrantur.*

*** ***
***



UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

## *HYACINTHUS.*

HYacinthus eſt Gemma pellucida, ex flavedine ru- bens, igniſque flammas imitans. Sunt alij Orien- tales, alij Occidentales, alij Europei. Hi inveniun- tur ad Iſeram fluvium, in confinibus Sileſiæ, & Bohemiæ, ſuntque Orientalibus ignobiliores. Quoad colorem referunt alij colorem minij nativi, aut ſan- guinis admodum bilioſi: & hi ſunt præſtantiſsimi: alij rubedine croci flaveſcunt, alij exactè oſtendunt ſuccini colorem, & hi viliores ſunt: alij albi pelluci- di ſuccini colorem referunt, & hi omnium viliſsimi habentur.

### *VIRES.*

*VIM habet cor roborandi, & à peſte tuendi: ſingulare quoque eſt ſpecificum contra ſpaſmum, & contracturas. Amuletum quoque antipeſtiferum habetur collo appenſus aut anulo incluſus.*

## *SMARAGDUS.*

SMaragdus eſt Gemma pellucida, & diaphana, grato ſuo virore pulcherrima, omnium gemmarum fra- gilliſima. Sunt alij Orientales, alij Occidentales. Orien- tales, uti ſunt virore amœniſsimi, ita præſtantiſsimi. Occidentales ſunt, tùm Peruviani, tùm Europæi. Hi reperiuntur in Cypro, Britania, alijſque in locis, ſed reliquis ſunt ignobiliores.

### *VIRES.*

*OMnem alvi, ſanguiniſque fluxum, & præcipuè dyſen- teriam exhibitus ſiſtit, nec refert utrum à mordaci humore,*

vel



*vel à veneno ortum ea habuerit; venenatis item morſibus peſti, febribus peſtilentialibus medetur.* Doſis gr. 6. gr. 8. vel 10.

## *SARDIUS, SEU CARNEOLUS.*

LApis eſt Gemma ſemiperſpicua, loturæ carnis, ſeu carni ſanguinolentæ ſimilis. Non omnes unius mo- di ſunt coloris, alij enim ſunt rubri, alij exigua ſan- guinis rubedine cincti, alij ſubflaveſcentes ex rube- dine. Laudatiſsimus in Sardinia invenitur, hinc in Epiro, & Ægypto, ſed Babilonius cæteris præfertur. Indici, & Arabici etiam non contemnendi, ut nec Europei, nam Boemia, Sileſia, alijſque Regionibus præſtantes inveniuntur.

### *VIRES.*

*PUlvis ad omnem ſanguinis fluxum propinatur.* Doſis à gr. v. ad gr. x. *Appellatur* etiam *Sarda*: poteſt in ſervire pro *Sardonica*, *& Cornerina*, *ex Franco Alexan- dro.* *Sarda.*

## *LAPIS LAZULI.*

EST Lapis opacus Sapphiri colore, aut florum Cya- ni, aureis punctulis, aut flammulis exornatus Ar- meno durior. Melior eſt cuius color eſt viridior in colore Lazuli, & habet maculas aureas; & mixtus cum marchaſita non eſt bonus, & non ma- culatus eſt non bonus, & ſimi- liter lenis.



Vi.

UANL UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN ® DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

## *VIRES.*

*VIribus convenit cum lapide Armeno, ſed imbecillius eas exercet, purgandi facultate præditus eſt, præcipue contra melancholicos omnes affectus, quartanam, apoplexiam, morbum comitialem, lienis vitia, alioſque complures, à melancholico ſucco originem ducentes Doſis* ʒj. *in polline ſubtiliſſimo, multotieſque in aqua loto, vt acrimonia, viſque exurenai lotura auferatur.*

## *LAPIS ARMENUS, SEU ARMENIUS*

ITA dictus, quòd olim ex Armenia ſolùm ad nos tranſlatus ſit. Lapis eſt maculis viridibus, cæruleis, & ſubnigris relucens, ſicut Lapis Lazuli punctis aureis, adeoque non differunt inter ſe niſi ſola maturitate, vterque enim in vnis, iiſdemque ſcaptenſulis reperitur: Lazuli tamen lapis ceu maturior, crebrius invenitur in fodinis aureis: Armenus in argenteis: vnde hic de Luna, ille de Sole participat. Ob hanc ergo cum lapide Cyaneo cùm ratione originis, tùm virium affinitate cognationem pro lapide Armeno in Confectione Diaſenna Cyaneum Auguſtani ſubſtituunt.

## *VIRES.*

*DEſiccat mediocriter, extergit cum levicula acrimonia, & leviſſima aſtrictione. Internè propinatus purgat ſine noxa humorem melancholicum. Verum ſi multoties (ſcilicet 12. alij 50.) lotus fuerit, purgat ſolum per inferiora. Hinc conducit in Mania, Melancholia, epilepſia, & ſimilibus.*

Gainerius in affectibus capitis, & melancholicis lapidem armenum exhibet in forma pulveris, à cuius uſu ſe



ſe numquam deceptum affirmat. ℞. Lapidis armeni ℈ij croci gr. x. macis ℈j. ſumatur in aqua Saccharata. Ratio operationis eſt hæc, quia participat de Luna, quæ eſt dicata cerebro, & de venere, quæ per ſuperiora, & inferiora purgat, vti obſervatur in vitriolo veneris non ritè præparato.

## *CORALLIUM.*

COrallium eſt frutex ſub aqua marina generatus.

Corallij variæ ſunt ratione colorum differentiæ: aliud enim rubrum eſt, aliud nigrum, viride, ſubflavum, cinereum, fuſcum, alio vè mixto colore ornatum. Cæteris omnibus præfertur rubrum minij nativi colore, quod maſculi nomen obtinet: & hoc recipiendum eſt quoties ſimpliciter Corallium præſcribitur ſine coloris mentione. Palleſcens fœminæ nomen habet: huic ſuccedit corallium album: Ex omnibus autem differentijs coralliorum, principaliores ſunt duę Rubrum, ſcilicet, & Album. Rubrum quanto magis rubicundum ſit, præſtantius. Album ſolidum eſt, & cavitatibus caret, corticeque. *Corallium ſimpliciter quid.*

## *VIRES.*

*COrallium omne exiccat, refrigerat, aſtringit, cor præcipuè, deinde ventriculum, & iecur roborat, ſanguinem purificat, ac proinde peſti, venenis, febribuſque malignis adverſatur, hilarem hominem efficit, ſiſtit fluxus quoſcumque alvi, vteri, penis; gonorrhœam, epilepſiam infantum præcavet, (ſi recens nato ante omnem cibum in lacte materno gr. 10. exhibeatur.) Extrinſecus commendatur ad vlcera, quæ carne explet; ad cicatrices, quas extenuat; ad oculos quorum etiam lacrymas ſiſtit, viſumque recreat in collyrijs.* Doſis à ℈j ad ʒj.



UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

## *CRYSTALLVS.*

LApis tranſparens eſt, aquam in glaciem congelatam omnino referens. (Dicitur Cryſtallus à Gelu.) Eligenda eſt cryſtallus puriſsima, pellucidiſsima, ac eximiè incenſa.

### *VIRES.*

F*Acultatis eſt aſtrictoriç, adeoque confert dyſenteriæ, diarrhææ, cæliacæ, choleræ, fluxui vterino: præbet lactis abundantiam, atterit calculum totius corporis, hinc prodeſt, & podagricis.*

## *LAPIS LYNCIS.*

DActylus Idæus à figura dactyli apellatur: eſt enim lapis teres, pyramidalis, ſub varijs coloribus repertus. Inveniuntur albi, nigri, cinerei, pellucidi, & flavi inſtar ſuccini. fieri ex vrina Lyncis coagulata nonnulli fabulantur.

### *VIRES.*

A*Dhibetur ad calculos frangendos, non aliter, quam lapis Iudaicus. Curat vulnera. Putatur etiam ad pleuritidem) quia mucronem habet) valere.*

## *LAPIS IVDAICVS.*

OLivæ ſpecie ſubrotundus, tener, & friabilis eſt, ſtrijs ſecundum longitudinem diſcutientibus, & æquidi-



ſtantibus, ac ſi arte (torno) ſectæ eſſent, colore eſt albo, & ſubcinereo.

### *VIRES.*

M*Edetur difficultati vrinæ, calculos veſicæ, præcipuèque renum rumpit, tritus, & exhibitus.*

## *HÆMATITES.*

ITa dictus, vel quòd colore cruorem æmuletur; vel quòd, ſanguinem ſiſtendi vim obtineat; mediæ naturæ; eſſe videtur inter terram, lapidem, & metallum. Naturæ martialis eſt, optimus habetur friabilis, ſaturato colore niger, qui per ſe durus eſt, & æqualis, nulla ſorde admiſta, aut ſepto intermedio, habetque cinnabari ſimilem colorem, ſed ſaturatiorem: loci natalis ratione, noſter præſtat.

### *VIRES.*

V*Im habet aſtringentem, & refrigerantem aliquantulum, extenuantemque; oculorum cicatrices, & ſcabriciem cum melle purgat: cum lacte autem muliebri lippitudini fractis, & oculis cruore ſuffuſis convenit. Bibitur contra dificultatem vrinæ, & fluxiones mulierum in vino, & ab ijs, qui ſanguinem reiecerunt, cum ſucco punici mali.* Doſis à ℈j. ad ℈jv.

## *TERRA SIGILLATA, SEV ARGILLACEA, à Caleno Sphragis dicta.*

OMnibus terrarum generibus laudem meritò præcipit argilla, quæ à ſigillo, quo ferè dotata venditur, ſigillata dicitur,

Nota bonitatis in terris eſt ſi linguæ ad hæreant, ſi ſaliva, aut humore humectatæ in bullam ſeſe elevent; vel in aquam coniectæ bullas excitent.

### VIRES.

E *Xiccat, aſtringit, reſiſtit putredini, venenoque reſolvit, ſanguinem dilatat, adeòque ſudorem cit. Vſus præcipui ſunt in peſte, febribus malignis, diarrhæa, diſſenteria, in morſibus animalium venenatorum.* Doſis à ʒß. ad ʒij. *Extrinſecus in vulneribus malignis mundificandis, in ictu venenato.*

### BOLVS ARMENA. SEV ORIENTALIS.

B Olus terræ genus eſt, ex pallido rubrum, vaporibus martialibus in primis impregnatum. Præſtat pura (non arenoſa) quæ in lævorem calcis inſtar à fuſo humore, promtiſſimè ſolvitur, ac commanducata butyri modo liqueſcere videtur. Reliquis præſtantior cenſetur, quæ ex Armenia, vel locis finitimis apportatur.

*Non debent excludi alia loca in quibus Bolus foditur, quæ nec Hiſpania noſtra caret.*

### VIRES.

V *Aldè ſiccat, aſtringit, roborat. Hinc vſus eius ſaluberrimus eſt influxu ſiſtendo, in humore inſpiſſando, in putredine arcenda, veneno obtundendo, &c. Qua ratione convenit in diarrhæa, diſenteria, fluxu menſtruo, catarrho, ſputione ſanguinis, hæmorrhagia narium, & vulnerum, &c. Externus eius vſus creber eſt in cataplaſmatis, pulveribus adſtringentibus, &c.*





### CRETA ALBA.

A Creta inſula ſic dicta, vbi in copia invenitur, & aliæ etiam regiones quam plurimæ ea ſcatent, qua nec Hiſpania caret. Eligatur durior, & candida.

### VIRES.

V *Im habet aſtringentem, & refrigerantem, leviter emollientem, cava explet, & ſanguinolenta conglutinat.*

### TERRA JAPPONICA, SEV CATECHV, *vulgo Cato.*

E St, & terræ genus exoticæ, colore purpureum, punctulis albis intertextum, ac ſi ſitum contraxiſſet, ſapore auſteriuſculum, maſticatum liqueſcens ſub dulcemque poſt ſe relinquens ſaporem.

### VIRES.

V *Titur in exiccandis catarrhis, capiteque roborando, ſi in ore detineatur; in hernia varicoſa, ac mictione in voluntaria.*

### SVCCINVM, ELECTRVM, SEV *Charabe.*

N Ihil aliud eſt, quàm ſuccus bituminoſus, ſeu reſina terræ optimè digeſta, exinde in mare traducta,

atque ibidem præcipuè concreta. Succini genera; & ſi plura vulgò numerentur, album ſcilicèt, flavum, & nigrum: attamen non niſi duo officinis noſtris eo nomine veniunt: Album ſcilicèt, & flavum, ſeu citrinum: Nigrum enim non datur, niſi particulis ad nigredinem aliqualem inclinantibus id nominis imponere velliſ. Vtrumque quamvis laudibus ſuis, haud deſtitutum ſit; attamen præſtat album, vt pote magis digeſtum. Eligendum id ipſum candidum, ſincerum, ſuave fragrans. Huic ſuccedit flavum, quod præſtat pellucidum, quodque præalijs attritu ſuavem halat odorem, nigrius enim (quod nonnulli ſuccinum nigrum, alij ambram nigram (vulgo Azabache) faciunt) vilius eſt.

## *VIRES.*

C*Alefacit, exiccat, roborat, adſtringit leniter, capiti, ac vtero imprimis dicatum eſt, hinc adhibetur vtilitèr in catarrhis, epilepſia: apoplexia, letargo, vertigine, ſuffocatione, ac inflatione Matricis, profluvio ſanguinis, ac ſeminis, quod ad naturalem ſtatum reducit, in fluore albo mulierum.* Doſis vſque ad ʒj.

*Res lapidificæ quomodò in ſchedulis adhibendæ.*

Nota: Quoties in ſchedulis, lapides, terra, teſtacea, & ſimiles res lapidificæ petantur, non debent imponi, niſi primum, ſuprà porphyricum lapidem cum aqua aliqua appropriata, in pollinem impalpabilem redacta fuerint, cuius ſignum eſt quando inter dentes non ſtridunt.

## *AMBRA.*

OFficinarum bituminis quoddam genus eſt, ex fontibus, ac alveis maris ad litus eructatum.

Optima cenſetur Gryſea (ſeu coloris cinerei) à ſordibus purgata, odorata, levis, quæque acu perfoſſa ſuc-



cum pinguem reſudat. Improbatur nigra, candida valde, vt pote dubio procul adulterata.

Factitia facilis cognitu eſt, odore ſcilicèt (quo res ex quibus confecta eſt, prodit) tum quoque colore, (quo plerumque nigra eſt) adde, quod aqua impoſita citius molleſcat, quàm nativa.

## *VIRES.*

C*Alefacit, reſolvit, cor, cerebrumque roborat, ſpiritus vitales, ac animales ſulphurea ſua, ac ſuavi exhalatione ſuſcitat, reficitque: vnde aud rarus illius vſus eſt in globulis illis fragrantibus ad infectum aerem corrigendum, ſpirituſque ab infectione tutendos formatis: quos globulos inde Poma Ambræ vulgus appellant.* Doſis grana pauca.

## *ANTIMONIUM, STIMMI, SEU STIBIUM.*

ANtimonium ita dictum eſt, eò quod ipſi adverſetur ſolum, & ſine aliorum metallorum conſortio inveniri, ſed quod omnibus quaſi adiaceat metallis. Varia habet ſynonima: vocatur enim primò *Lupus*, quia inſtar lupi devorat reliqua metalla præter Aurum, cum eius ſulphur ſit de natura ſolari, vndè à nonnullis Antimonium ſol leproſus, ſeu imperfectus dicitur. *Proteus* appellatur, cum omnes colores vulcani beneficio induat, quod patet ex eius floribus, qui albi, rubri, flavi, &c. ſublimantur. *Radix Metallorum*, quod omnibus adiaceat metallis. *Saturnus Philoſophorum* vocatur à devorando, tum quod ſaturni naturam redoleat, tum quoque quod lapidem Philoſophorum inde parare ſomnient. Eadem ratione *Magneſia ſaturni*. Sui generis eſt minerale conſtans primùm ex ſulphure minerali pauco ſolari puriſsimo, & multo impuro combuſtibili: Secundùm ex copioſo Mer-

*Lupus.*

*Proteus.*

*Radix Metallorum.*

*Saturnus Philoſophorum.*

*Magneſia Saturni.*

UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

Mercurio indigeſto participante de natura ſaturnina. Et tertium ex ſubſtantia quadam terreſtri, & ſalina per pauca. Maximè laudatur Vngaricum, & Tranſylvanum, vt pote quod ſulphure puriori dotatum, aurique minera imbutum eſt. Strijs id ſplendidioribus, & longioribus, obſcuraque rubedine reperitur; & hoc maximè ad Medicamentorum elaborationes eligendum eſt.

ALERE FLAMMAM VERITATIS

## *VIRES.*

*ANtimonium eſt quaſi fons, & origo preſtantiſſimorum medicamentorum: Ex varijs enim præparationibus nunc purgat, nunc vomitum movet, nunc diaphoreſim, nunc confortat. In genere idem præſtat in corpore, quod in metallis, vt in ſole, eundem nempè purificando. Quercetanus in tetrad. cap, 3. ita loquitur: In Antimonio ſunt ſexcentæ proprietates, variæ, ac præſtantes, vt præparantes, expurgantes, vomitione concinnantes, & id genus alia, vt nunquam ſatis laudare queat hoc medicamentum. Crudo attribuerunt veteres vim aſtringendi, exiccandi, meatus corporis obſtruendi, excreſcentias carnis abſumendi, cicatrices obducendi, oculorum vlcera, & ſordes mundificandi, vnde, & ad collyria in primis commendatur. Sunt, & qui ad epilepſiam arcendam exhibent, etiam in ipſo, paroxyſmo. Mos eſt recentioribus in decoctis antivenereis Antimonium crudum addere; verùm an indè virtus aliqua communicetur, controvertitur. Borellus, Zuvelferus, & alij affirmant. Tachenius negat, inquiens, quod niſi Antimonium cum pumice commixto ſpongioſum fiat, ſulphurea eius anima, ſive Divinum, aquam, cum qua ebullit, irradiare non poſſit.*

*** *** ***
*** ***
***

*MER-*



## *MERCVRIVS.*

DIcitur *Mercurius* ob analogiam, quam habet cum Mercurio Planeta, tùm ratione varietatis in colore, tùm temperamenti, mutabilitatis, &c. Dicitur *Argentum vivum* quod Argentum fuſum, & liquefactum colore æmuletur; vivum verò, quod loco ſe- *Argentum*
ſe movens, totum vivire quaſi videatur. *Hydragyros* *vivum.*
dicitur, nomine derivato ex aqua, & argento, quod *Hydragy-*
aquæ inſtar liquidus, colore argentum repræſentet. *ros.*
Mirabilis ſanè ſubſtantia, mille ſe in formas fingit, ac refingit, quovis tractatur modo, inde, & *Protheus* *Proteus.*
dicitur. Item *Servus fugitivus*, quod præter omnem *Servus fu-*
ſpem ſæpè aufugiat, adeo vt nullo modo poſſit fixari, *gitivus.*
vt ignis fortius ſuſtineat examen. Hinc arduum eſt Mercurium reddere fixum, qui inſtar metalli in igne ſubſiſtat, & non avolet, quamvis coagulari facilè poſſit, & per alitum Saturni, & Jovis in corpus durum metallicum reduci.

Plinius eum vomicam liquoris æterni vocat. Arabicè *Zaibar*, vel *Zibach*. Barbarè, *Azok*, *Azoth*, appellatur. *Zaibar.*

Omnium optimus eſt Noſter, huic ſuccedit vngaricus. *Zibach.*

Bonus cenſetur, qui per retortam propulſus nihil recre- *Azock.*
menti reliquint. 2. qui in cochleari argenteo evapora- *Azoth.*
tioni ſuper prunas expoſitus maculam cochleari relinquit flavam, ſi participat de Sole, aut albicantem, ſi participat de Luna; non nigram, aut fuſcam, ſic enim participat de Saturno, & eſt adulteratus. Ex hoc tamen ſecundo probationis modo concludi nequit de tota quantitate, & qualitate, præſertim ſi vel plumbum, vel ſtannum, aut biſmuthum non exquiſitè mixta fuerint Mercurio; ideoque conſultius eſt per tartarum, & calcem vivam bis, vel ter diſtillaſſe.

Mercurius antequam in vſum veniat, eius purgatio eſt ſummè neceſſaria, alias variæ ſymptomatum trage-

dię

DIRECCIÓN GENERAL

diæ ſubſequuntur, non tam à ipſo Mercurio, quàm à corpore arſenicali, antimoniali, ſaturnino, &c. quo conſpurcatus eſt: Purgatur primo expreſsione per corium, qua fœcibus craſsis in corio remanentibus Mercurius tranſit: Secundo, lotione, quæ vel per acetum ſimpliciter, aut cum ſale mixtum, vel per lixivium calcis vivæ, & cinerum clavellatorum, vel etiam per lixivium ſaponariorum, ſæpius nimirum cum his agitando, & viciſsim à ſordibus eluendo, inſtituitur; vel forti agitatione cum ſpiritu vini in vitro obturato, ſic enim nigredo ad latera ſeparatur. Tertio, diſtillatione, nimirum diſtillatur in arena per retortam igne ſat forti, vel perſe, vel addito ſale tartari, calce viva, & ſimilibus. Optimè vero purgatur amalgamando cum metallis perfectis, ac poſt modum per retortam à corpore admixto ſeparando. Sequeſtrari quoque poteſt Mercurius puriſsimus ex Mercurio ſublimato: optima verò purgatio fit à metallis perfectis aliquoties cohobando.

## *VIRES.*

*MErcurius vim habet ſalium corroſivorum texturam immutandi, præcipitandi, atque etiam edulcorandi, ut conſtat ex præparatione Mercurij dulcis, qui ex Mercurio ſublimato, Mercurio vivo emergit; adeoque externè adhibitus ab omni ſale acri, & corroſivo mundificat ſanguinem, & præcipuè ab inquinamento venereo. Difficilem promovet partum, & cum citiſsimè penetret, in iliaca paſsione utiliter etiam aſſumitur. Fugat, & necat lumbricos. Schroderus ait, quod cum certo quodam ſucco pulveriſari, ac exhiberi poſsit, hunc verò ſuccum reticet: hic ſuccus ſaccharum eſt, cum quo ſi benè miſceatur Mercurius in mortario lapideo, vel ligneo, utiliter in vermibus adhibetur; in ligneo tamen cochleari offeratur, non in metallico, & in ſpecie, aureo, vel argenteo, quia ſuperficiei adhæret, & metallum corrodit. Sivè autem crudus, ſivè præparatus fuerit convenientius in pilulis exhibetur, ne dentes, quibus noxius eſt, tangat. Externè inunctus ſalivationem excitat, veramque cenſetur Luis venereæ rhizotomon: ſanat ſcabiem, fugat pediculos, reſolvit duros tumores, in plumbo coagulatus, & poſtmodum lamellatus adhibetur in ganglijs, & nodis: Cave tamen ne in unguentis nimium adhibeas, etenim cum ſalivatione oris putredinem inducit, id quod de præcipitato ſimilliter obſervandum eſt. Hinc mulieres, quæ in iuventute uſæ ſunt fucis Mercurialibus, in ſenectute ſiunt edentulæ, halitum fœtidum habentes propter putredinem inductam gingivis, earumque dentibus, & vetulæ ſiunt ante ſenectutem, cum fuci Mercurij faciant ſubitò apparere rugas. Inunctiones Mercuriales non conveniunt debilioribus, angina, paralyſi, tremore, macie, vel hecticà affectis, obnoxijs oris ulceribus, ſcorbuticis, melancholicis, & biliosis. Intrinſecus etiam adhibita purgantia Mercurialia meliùs naturis phlegmaticis, quam bilioſis conveniunt, imò his potius nocent; contra, antimoniata medicamenta conveniunt cholericis, nocent verò humidis. Vndè non inconſideratè quis dixit: Ex Mercurio in bilioſis, & Antimonio in pituitoſis non ſuccedere medicationes. Mercurius enim humiditates ad ſe allicit, unde bilis acrior reddita, veluti fræno privata magis ferocire, & efferveſcere incipiet. Inunctione Mercuriali inſtituenda, eligenda eſt methodus Celeberrimi Thomæ Sydenhamij, qui in epiſtola reſponſoria ad Henricum Pamam inquit: ſtatim atque acceſſor, unguentum præſcribo ex axungia porcinæ uncijs duabus, & Mercurij crudi uncia una. Neque oleum aliquod è calidioribus, neque aliud quid admiſceo, cum deterius fiat unguentum, ſi quod adiecta iſta frænum injiciant, & nihilo efficacius,*

*ſi nihil prorſus agant,*

*&c.*

*** *** ***

*** ***

***

## *TVTIA, SEV POMPHOLYX, ET SPODIVM.*

POmpholyx eſt favilla tenuiſsima, & volatilis, quę dum æs in fornacibus perficcitur, ſupernæ earum parti adhæreſcit. Arabicè *Tutia*, Latinè *Bulla*, Officinis *nil*, vel *nihili album*. Spodium eſt favilla eadem ob gravitatem in pavimentum decidens. Latinè *Spodium Græcorum*, Officinis *nihil*, vel *nihili griſeum*.

*Spodium Græcorum.*

### *VIRES.*

*POmpholyx medicamentorum propè omnium, quæ citra morſum deſiccant, (ſi lota fuerit,) præſtantiſsima eſt; quamobrem ad vlcera cancroſa idonea exiſtit, vt & ad alia omnia maligna. Inditur collyrijs, quæ ad oculorum imponuntur fluxiones, quæque bullas, ſeu puſtulas in eis natas curant. Spodium Græcorum vbi ſpecie à Pompholyge non differt, ſicuti Pompholyx à Cadmia, ita, & viribus inter ſe conveniunt*

## *PROEMIVM DIOSCORIDIS.*

1. VErum imprimis curam impendere oportet, vt ſuis temporibus ſingula, & demetantur, & recondantur: certè pro horum ratione medicamenta, aut valent viribus, aut evanido, nulloque munere funguntur.
2. Serena igitur Cœli conſtitutione demetenda ſunt magni ſiquidem refert inter colligendum, ſi vel ſqualores, vel imbres infeſti ſint.
3. Quemadmodum ſi loca, in quibus prodeunt, clivoſa; &



& ventis expoſita ſint, & perflata, frigidaque, & aquis carentia: in his enim locis vires eorum longe validiores intelliguntur. Contrà, quæ in campeſtribus, riguis, & opacis, cæteriſque locis à vento ſilentibus enaſcuntur, plerumque degenerant, & minus viribus valent: multoque magis, ſi non ſuo tempore, nec opportunè colligantur, aut ſi per imbecillitatem intabuerint.
4. Neque ignorandum, ſepè pro peculiari loci natura, aut anni clementia, maturius, aut ſerius adoleſcere: Nonnulla propria vi, hyeme florent, & folia pariunt, quædam bis anno florifera.
5. Quare cui in animo eſt horum peritiam aſſequi, neceſſe eſt eum prima germinatione ſolo emergentibus, adultis, & ſeneſcentibus adeſſe: nam qui pullulanti herbæ duntaxat adſtiterit, adultam cognoſcere non poteſt: neque qui adultam tantum inſpexerit, nuper erumpentem noſcet; quo fit, vt propter mutatam foliorum faciem, caulium proceritates, florum, ſeminiſque magnitudinem, & id genus alias peculiares notas, nonnulli, qui olim has rerum varietates non perſpexerunt, magno in errore verſentur; quæ cauſa etiam nonnullis ſcriptoribus impoſuit, qui herbas quaſdam, v. g. gramen, quinque folium, & tuſsilaginem emittere florem, fructum, & caulem, negant; ergo, qui ſæpius ad viſendas herbas, & earum natales ſe contulerit earum cognitionem maximè conſequetur.
6. Scire etiam nunc convenit, ſola ex herbaceis medicaminibus veratri genera, nigrum inquam, & candidum multis edurare annis, reliqua à trimatu inutilia.
7. Quæ verò fruticoſa ſunt, ſicut ſtœchas, triſſago, polium, abrotanum, ſeriphium, abſynthium, hyſſopum, & alia id genus ſemine prægnantia demetantur.
8. Flores quoque antea, quam ſponte ſua decidant.
9. Fructus autem, vt maturi decerpantur neceſſe eſt.
10. Et ſemina, vbi ſiccari cœperint, prius quam defluant.
11. Herbarum ſuccus, & foliorum elici debet, germi-



UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

nantibus tum primum cauliculis.

12. Lac, & lachryme excipiantur inciſo per ſummum adoleſcentiæ vigorem, caule.

13. Radices, & liquamenta, corticeſvè vt recondantur, eximere convenit, cum herbæ ſuis folijs exuuntur.

14. Siccantur etiam expurgatæ inibi, locis aſperginem non redolentibus: ſed quæ luto, aut pulvere ſunt obſitæ aqua elui debent.

15. Flores, & omnia quæ iucundum odorem efflant, arculis tiliaceis, nullo ſitu obductis, reponantur.

16. Nonnunquam charta, aut folijs ſemina, vt perenent, apte involuuntur.

17. Liquidis medicaminibus denſior materia, argentea, vitrea, aut cornua convenit; fictilis etiam, ſi modò rara non ſit, accommodatur, & lignea, præſertim è buxo

18. Sed ænea vaſa ocularijs medicamentis, liquidiſque & omnibus ijs, quæ aceto, pice liquida, aut cedria componuntur.

19. Adipem autem, & medullas ſtanneis vaſis recondi convenit.

## *CHARACTERES, IN TYROCYNIO PHARMAceutico occurrentes: Ponderumque, ac Menſurarum explicatio.*

℔j. —— Libra vna Medicinalis Ponderalis, ſeu Pondus; contiet vncias duodecim.
℔ß. —— Libra ſemis, continet vncias ſex.
℥j. —— Vncia vna, continet Drachmas octo.
℥ß. —— Vncia ſemis, continet Drachmas quatuor.
ʒj. —— Drach vna, vel Dinarius, ſeu Nux Pontica, ſingula continent ſcrupulos tres,
ʒß.– Drachma ſemis, cōtinet ſcrupulum vnum, & ſemiſē.
℈j. —— Scrupulum vnum, vel ſcriptulum, ſeu gramnarius, ſingula continent grana viginti, & quatuor.
℈ß. —— Scrupulum ſemis, ſeu obulus vnus, ſingula continent grana duodecim.
gr. j. —— Granum vnum.
gr. ß. —— Granum ſemis.

gt. j.



gt. j. —— gutta vna.
P. j. —— Pugillus vnus: ideſt quod manu digitis ſimul in extremicatibus compræſsis ſumitur.
P. ß. —— pugillus ſemis.
M. j. —— manipulus vnus: ideſt quod manualis herbarum faſciculus, quem manu quis appræhendit metendo; ſed præcipue ſumitur vncia vna, pro manipulo vno.
M. ß. —— Manipulus ſemis.
N. j —— Numerus vnus; vtitur quando numerantur aliquæ res, vt ſolent fructus, panes Auri, & Argenti, &c. numerari.
Ana. —— ideſt ſingulorum, ſeu partes æquales.
p. æq. —— ideſt partes æquales.
pp. —— ideſt preparatio, ſeu præparatum.
S. A. —— ideſt ſecundum artem.
q. v. —— ideſt quantum vis.
q. ſ. —— ideſt quod ſufficiat.
B. M. —— ideſt Balneum Mariæ.
B. V. —— ideſt Balneum Vaporis.
Aureus, ſolidus exagium, ſeu Dorximi, ſingula continent ſcrupulos quatuor.
Siliqua, Ceraneum, vel Kirat, ſingula continent grana quatuor.
Danic, ſeu Onoloſar, ſingula continent grana octo.
Lupinus, continet grana ſeptem.
Libra medicinalis Menſuralis, capit vncias decem pondedales olei.
Vncia Menſuralis capit Drachmas ſex, & ſcrupulos duos.
Chus, Choa, Chocus, ſeu congius, ſingula capiunt ſextarios ſex.
Sextarius, ſeu Kis, ſingula capiunt Heminas duas.
Hemina, Cotyla, ſeu Trybilion, ſingula capiunt vncias novem, ſeu Cyatus ſex.
Cyatus capit vnciam vnam, & ſemiſem, ſeu coclearia decem.
Coclearium, menſurarum minimum eſt, & capit Drach-

M 3 mam

UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

mam vnam, & ferè grana quatuordecim, & ſemiſem.

Seſquilibra, id eſt libra vna, & ſemis.

Seſqui vncia, id eſt vncia vna, & ſemis, & ſic de cæteris.

Nota: In compoſitionibus Mynſichtianis libra intelligitur celſis vnciarum ſexdecim, in reliquis verò medica, vt dictum eſt, vnciarum duodecim.

## FINIS LIBRI PRIMI.



TYRO-



# TYROCINIVM PHARMACEVTICVM. LIBER II.

ANTIDOTARIVM, SEV DISPENSATORIVM,

VEL

ANTIDOTORVM, SEV MEDICAMENTORVM Tractatus.

## CAPVT I.

DE ELECTVARIIS, ET CONFECTIONIBVS confectis, Lohoc, & Bolis.

### *ELECTVARIVM, SEV CONFECTIO ALCHERMES Meſues.*

R Aquæ puræ tepidæ ℔iv. ſacchari candidi ℥ij. granorum chermes ſimul cum pulvere ſuo pari portione ℥viij. ſerici crudi pellicula interna abſtracta, & in quo bombyx non occiſus fuerit, optimè carminati ℔j. coquantur ſimul ſemper ſericum agitando, per quadrantem



ALERE FLAMMAM VERITATIS
UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

mam vnam, & ferè grana quatuordecim, & ſemiſem.

Seſquilibra, ideſt libra vna, & ſemis.

Seſqui vncia, ideſt vncia vna, & ſemis, & ſic de cæteris.

Nota: In compoſitionibus Mynſichtianis libra intelligitur cellis vnciarum ſexdecim, in reliquis verò medica, vt dictum eſt, vnciarum duodecim.

# FINIS LIBRI PRIMI.



TYRO-



# TYROCINIVM PHARMACEVTICVM.

## LIBER II.

ANTIDOTARIVM, SEV DISPENSATORIVM, VEL ANTIDOTORVM, SEV MEDICAMENTORVM Tractatus.

## CAPVT I.

### DE ELECTVARIIS, ET CONFECTIONIBVS confectis, Lohoc, & Bolis.

*ELECTVARIVM, SEV CONFECTIO ALCHERMES Meſues.*

R Aquæ puræ tepidæ ℔jv. ſacchari candidi ℥ij. granorum chermes ſimul cum pulvere ſuo pari portione ℥viij. ſerici crudi pellicula interna abſtracta, & in quo bombyx non occiſus fuerit, optimè carminati ℔j. coquantur ſimul ſemper ſericum agitando, per quadrantem

tem horæ, vel vſque quo optimè tinctus ſericus appa-reat, tunc ſubmerge eum, in ſucci pomorum dulcium recenter extracti, & aquæ roſarum ana ℔iß. deti-neantur in loco tepido per 24. horarum ſpatium, deinde coquantur pauliſper, ſeu donec liquores opti-mè tingantur, mox fortiter exprimatur, & cum cola-tura, & ſacchari ℥xvj. fiat ſyrupus craſſus: hinc. ℞. Ambræ griſſeæ optimæ ʒß. pulveretur, & diſſolva-tur cum tantillo ſyrupi prædicti, cum cæteroque miſ-ceatur: Moſchi electi ℈j. diſſolvatur cum aqua roſa-rum, & miſceatur, vt ambra; poſtea adde in ſubtiliſ-ſimum pulverem redacta ſequentia: Ligni aloes, & cinnamomi ana ʒvj. Lapidis Lazuli loti, & pp. Mar-garitarum albarum pp. ana ʒij. miſceantur omnia exactiſsimè, & adde panorum auri N. CC. vſuique confectio reponatur.

### *VIRES.*

*COR, ac vitales vires validè roborat, obid ſyncopem, & cordis palpitationes pellit, cerebro quoque, ac animali facultati languidæ eximiè ſuccurrit, nec non ab apoplexia præſervat. Datur melancholicis, mæſtis, tædio, & ſqua-lore confectis, ſpontè illacrymantibus, meticuloſis, ac triſtibus, lætitiamque cum hilaritate parit, atque ani-mum gaudio reficit.* Doſis à ʒß. ad ʒij. Habemus etiam in officinis hanc confectionem ſine Ambra, & ſine Moſcho, quam accipimus, quando à Medicis præſcribitur confectio Alchermes ſine odore, ſeu in completa.

*Confectio Alchermes ſine odore, ſeu in completa.*

### CONFECTIO HYACINTHORVM MAG.

℞. Hyacinthorum pp. Corallij rubri pp. Terræ ſigilla-tæ pp. & Boli armenæ pp. ana ʒß. Saphiror pp. Mar-garitarum pp. Rubinor. pp. Topatiorum pp. Corallij albi pp. & ſerici crudi ana ʒj. granor. chermes, tor-mentillæ, trium ſantalor. ſeminis citri mundati, & per ſetaceum extracti, foliorum Dictamni Cretici, Roſar. Rub. Myrrhæ, croci, raſuræ cornu cervi, oſ-ſis de corde cervi, ſemin. acetoſæ, & portulacæ, raſu-ræ eboris, Ligni Aloes, & radicis bugloſſi ana ℈jv. panor. Auri, & argenti ana N. L. Ambræ griſſeæ, & Moſchi ana gr. XV. Syrupi limonum, q. ſ. hoc eſt, pro vnaquaque libra ſyrupi, ℥ij. pulverum. Crocus exiccatus inter chartas ſubtiliter pulveretur, & cum ſyrupo diſſolvatur, ſemenque citri: Ambra, & Moſ-chus ponantur vt in confectione Alchermes eſt nota-tum, cæteraque, in ſubtiliſsimum pulverem redacta, optimè miſceantur, & in fine addantur panes auri, & argenti, vſuique confectio reponatur.



### *VIRES.*

*VAlet in febribus acutis, & malignis, vires deperditas reparat, roborat, ac lætificat cor, fermentum immo-deratum placat, quia putredinem præſentem corrigit, & futuram præcavet.* Doſis à ʒß. ad ʒij. Habemus etiam hanc confectionem, ſine Ambra, & Moſcho, ob notatum in confectione Alchermes, quia Aromata, vt ſunt Ambra, Moſchus, nec Zibethum, dum Me-dicamenta qualiacumque ſint, Mulieribus ſubmini-ſtrantur, non debent eis adhiberi.

*Aromata quando non debent im poni, in Me-dicinis.*

### CONFECTIO CORDIALIS GENTILIS *contra Melancholiam ex Fulgino.*

℞. Pineorum aqua tepida per noctem infuſorum; & exiccatorum ℥j. amygdalarum dulcium, & quatuor ſeminum frigidorum maiorum mundator ana ʒj. ſacc-

UANL
UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

ſacchari canti roſari, & ſacchari canti violati ana ℥ß. florum borraginis, & bugloſſi, ſeminis endiviæ, & portulacæ, & liquiritię raſæ ana ʒij. ſpodij. pp. ſantali citrini, ligni aloes, tragacanthi, cinnamomi, gummi arabici, croci, ſeminis ocymi, corticum citri, & Margaritarum pp. ana ʒj ſantalor. albor. & rubror. roſarum, macis, cardamomi, ſapphiror. pp. & Rubinor. pp. ana ʒß, caryophyllor. ſpicæ, & maſtiches, ana ℈j. penidiorum ℥ij. ſacchari in aquis roſar. & bugloſſi ſoluti, & ad conſiſtentiam craſsiorem cocti ℔ij. panor. Auri, & Argenti ana N. C. Semina quatuor maiora, amygdala, & pinei ante quam ponderentur, per ſetaceum equinum tranſmittantur, & cum tantillo ſyrupi prędicti frigefacti miſceantur; cæteraque in ſubtiliſsimum pulverem redacta, cum ſyrupo reliquo tepefacto miſceantur, & cum refrixerit addantur ſemina, vt dictum eſt parata, vltimoque panes auri, & argenti, vſuique confectio reponatur.

## *VIRES.*

F*Latus diſcutit melancholicos, obid exhilarat, coctionem iuvat ſpiritusque auget.* Doſis à ʒß. ad ʒij.

## *THERIACA SMARAGDORUM EX Ferdinando de Sepulveda.*

℞. Smaragdorum pp. & viſci quercini ana ʒiß. Hyacinthor. pp. croci, & raſurę eboris ana ʒj. ſeminis pœoniæ, & radicis eiuſdem ana ℥ß. cinnamomi ℥j. ſeminis citri, & dictamni cretici ana ʒvj. ſeminis acetoſæ, corallij rub. pp. & granor. chermes ana ʒiij. galangę ʒij ſyrupi Limonum, cum melle loco ſacchari, parati ℔j. Semina pœonię, & citri extrahantur per ſetaceum antequam ponderentur, & cum pauco ſyru-



rupi frigidi miſceantur, crocus exiccatus, ac pulveratus in ſyrupo diſſolvatur, cæteraque addantur in ſubtiliſsimum pulverem redacta, & Theriaca refrigerata ei miſceatur ſemina cum ſyrupo mixta ſervata, & reponatur ad vſum.

## *VIRES.*

V*Alet contra epilepſiam, & ſpaſmum, prodeſt etiam in omnibus, in quibus confectio Hyacinthorum.* Doſis à ʒß. ad ʒij. in adultis à ʒj. ab ℥ß.

## *THERIACA DE CITRO EX VALENTINA.*

℞. Seminis citri ℔j. ſem. acetoſæ ℥ix. radicis dictamni, ſem. cydonior. ſem. bombacis, & raſuræ cornu cervi ana ℥jv. croci ʒix. medullæ nucum ad pondus omnium prædictorum, ſyrupi acetoſitatis citri ℔jv.

Semen citri excorticetur, piſtetur, & extrahatur per ſetaceum equinum, & ſic accipi debet ℔j. nuclei nucum etiam per ſetaceum extrahantur, & accipiantur ℥xxxviij. & ʒj. ſemen bombacis etiam per ſetaceum extrahatur, & permiſceatur cum radice dictamni, ſemine cydoneorum, & raſura cornu cervi, & ſimul triturentur, & ſubtiliter pulverentur, crocus exiccatus per ſe pulveretur, & cum ſyrupo miſceatur, hinc reliqua optime miſceantur, vſuique Theriaca reponatur.

## *VIRES.*

P*Rodeſt in morbillis, & variolis, etiam in affectibus cordis, & febribus punticularibus.* Doſis à ʒj. ad ʒiij & vltra.

THE-

UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

## THERIACA MAGNA ANDROMACHI *Senioris ex Galeno.*

℞. Trochiſcorum ſcylliticorum ℥vj.
Trochiſcorum viperarum.
Trochiſcorum Magmatis Hedychroi.
Piperis Longi, &
Opij ana ℥iij.
Roſarum Rubrarum.
*Iris Illyrica pro ea Hiſpana.* Iridis Illiricæ, pro ea noſtratis.
Succi Glycyrrhizæ.
Seminis buniadis dulcis, ideſt napi hortenſis.
*Opobalſami vice quid.* Opobalſami, pro eo ex Nova Hiſpania alati, vel olei Nucis Moſchatæ expreſsi, ſeu olei Caryophyllorum aromaticorum.
Scordij.
Cinnamomi.
Agarici, ideſt Trochiſci Agarici cum vino infuſionis Zingiberis formati ana ℥iß.
Myrrhæ.
*Coſti vice quid.* Coſti, pro eo radicis Angelicæ.
Croci.
Caſsiæ ligneæ.
Spicæ Nardi.
Floris Junci odorati.
Thuris.
Piperis nigri.
*...i vice quid.* Dictamni Cretici.
Summitatum Marrubij.
Rhei, pro eo Rhabarbari.
Stœchadis.
Seminis Petroſelini.
Calaminthæ.
*Terebinthina, pro...* Terebinthinæ, pro ea Maſtiches.
Zingiberis, &

Ra-



Radici: Pentaphylli, ana ʒvj.
Polij Montani.
Chamepityos, ideſt Ivæ artheticæ.
Styracis calamitæ.
Amomi, pro eo calami aromatici.
Nardi celticæ.
Sigilli Lemnij, pro eo Boli Armenæ, ſeu Orientalis.
Phu Pontici, pro eo Valerianæ Maioris.
Seminis chamædryos.
Malobatri, pro eo ſpcicæ Nardi.
Chalcitidis toſtæ, ideſt ad albedinem calcinatæ.
Gentianæ.
Aniſi.
Succi Hypociſtidis.
Carpo balſami, pro eo cubebarum.
Gummi Arabici.
Seminis fœniculi.
Seſeli.
Acatię, pro ea ſumach.
Seminis Thlaſpi, eſt ſpecies naſtutij agreſtis.
Hyperici.
Sagapeni.
Ameos, pro eo Aniſi.
Cardamomi minoris ana ʒß.
Caſtorii.
Radicis Ariſtolochiæ clematitis, in eius defectu Longę.
Seminis Dauci.
Aſphaltos, pro eo Bituminis Judaici.
Opopanacis.
Centaurij minoris, &
Galbani ana ʒij.
Mellis q. ſ.
Vini albi antiqui, quod ſatis ſit ad ſuccos, & gummata diſſolvenda.

*Modus parandi*: Accipe ℔x. Mellis optimi, (quale eſt quod ex Budia nobis aſportatur (cum vino optimo deſpumari, & ad iuſtam conſiſtentiam cocti: crocus exiccatus, & ſubtiliter pulveratus cum paucu lo mellis ſu-

*ea quid in electuarijs, & Antidotis.*
*Chamapityos quid.*
*Amomum pro eo quid*
*Sigillum Lemnium pro eo quid.*
*Phu, ideſt valeriana.*
*Malobatri vice quid.*
*Carpo balſamum, pro eo quid.*
*Acatia vice quid.*
*Ameos pro eo quid.*
*Aſphaltos pro eo quid*

UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN ®
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

ſupradicti miſceatur: ſtyrax etiam cum tantillo mellis adhuc calentis optimè miſceatur: calcithis cum vino ſufficiente diſſolvatur: caſtoriumque cum vino diſſolvatur: opium, ſuccus glycyrrhizæ, ſuccus hypociſtidis, gummi arabicum, ſagapenum, opopanax, mirrha, & galbanum cautè cum vino diſſolvantur, tranſcolenturque per ſetaceum ſericum: hinc, hæc omnia ſoluta, & Balſamum, cum reliquo melle miſceantur: Cæteraque cum ſuavitate, magnaque curia in ſubtiliſsimum pulverem redacta, miſceantur exactiſsimè ſigilatim mel, & pulveres, donec vniverſa vnita, & in vnam ſubſtantiam redacta ſint, in vaſe vitreato capaciſsimo, in quo per quadraginta dierum ſpatium, ſingulis diebus diu agitentur cum ſpatula lignea, ſoli, vel loco calido: mox Theriaca reponatur, & poſt annum ea vtetur, vſque ad annos quadraginta.

## *VIRES.*

*Valet ad grauiſsimas paſsiones totius corporis humani. Contra omnia venena ſerpentium, & reptilium: Epilepticis, Hæmicranicis, Apoplecticis, Cephalalgicis, & Stomachicis prodeſt, & etiam Nephriticis, Calculoſis, Illioſis, Arteriacis Aſthmaticis, & Ictericis. Menſtrua educit, & fœtum mortuum expellit. Lepra, variolas, frigus, & cæteras paſsiones inveteratas emendat. Omnem defectionem ſenſuum relevat. Cor, cerebrum, hepar, ſtomachumque confortat, Totum corpus incorruptum ducit, & cuſtodit.* Doſis à ʒß. ad ʒij. & vltra.

## *MITHRIDATIUM DAMOCRATIS ex Galeno.*

℞. Myrrhæ electæ, agarici, croci, Zingiberis, cinnamomi, ſpicæ, thuris, & ſem. thlaſpi ana ʒx. ſeſeli, opo-



opobalſami, ſchœnanthi, ſtœchadis, coſti, galbani, terebinthinæ, piperis longi, caſtorij, ſucci hypociſtidis, ſtyracis, opopanacis, malobatri, caſsiæ ligneæ, polij, piperis albi, ſcordij, ſeminis dauci cretici, carpobalſami, Trochiſci Cyphi, bdellij, Nardi celticæ, gummi arabici, ſem. petroſelini, opij, cardamomi, ſem. fœniculi, gentianæ, roſarum, & dictamni cretici, ana ʒv. aniſi, aſari, radicis ari, acori, ſeu calami aromatici, phu, & ſagapeni ana ʒiij. mei atamantici, acaciæ, ventris ſcinci, & ſummitatum hyperici ana ʒiiß. vini albi optimi quantum ſatis ſit, pro ſuccis, & gummatis, diſſolvendis, mellis optimi deſpumati, & ad conſiſtentiam cocti ℔jx. Paretur eodem modo quo Theriaca.

*Acori vice quid.*

## *VIRES.*

*Valet ad capitis, aurium, oculorum, dentium, pulmonum, ventriculi, & inteſtinorum affectus frigidos, ſeu pituitoſos, & melancholicos, ad ſtuporem, paralyſim, apoplexiam, epilepſiam, ſpaſmum, tetanum, Cephalæam, hæmicraniam, maniam, melancholiam, grauem auditum, oculos lachrymantes, odontalgiam, cynanchem, aſthma, ſputum ſanguinis, peripneumoniam, lienteriam, dyſenteriam, ſivè ſumatur, ſivè admoveatur. Præterea ad frangendos calculos, menſes ciendos, omnia vteri vitia, ſcirrhos, podagras, morſus, & ictus venenatos, morſum canis rabidi, febres quotidianas, & quartanas initio acceſsionum, cocta iam materia, in modum avellanæ, cum vino, vel aqua, cui ſaluia, vel mentha ſit cocta. In alijs autem veſpere ſumptum, vel admotum efficax exiſtit; diuturnis ſtomachi, & thoracis deſluxionibus prodeſt, tabidis, ventris inflationibus, cœliacisque medetur. Bonum corporis colorem conciliat, appetentiam immutatam reſtituit, ac morbo languidos reficit, ac difficultatem vrinæ emendat, melancholiam non ſinit exiſtere, mortuum fœtum eijcit, viſum acuit, præſumpta non permi-*

*mittit ledi à lethalibus pharmacis, omnibus in fundo corporis factis exulcerationibus, & abſceſſibus benefacit.* Doſis à ʒß. ad ʒij.

## ANTIDOTUM MAGNUM MATHIOLI.

*Rhapontici vires quid.*

℞. Rhabarbari, Phapontici, pro eo Rhabarbari, radicis Phu, Acori, Cyperi, quinque folij, tormentillæ, Ariſtolochiæ rotundæ, Pœoniæ, Helenij, Coſti, Iridis, chameleontis albi, Agarici, Dictamni cretici, croci, & terræ Lemniæ ana ʒiij. Galangæ, Imperatoriæ, Dictamni albi, Angelicæ, Millefolij, filip[illegible], Doronici, Zedoariæ, Zingiberis, ſeminis citri, [illegible]ticis, ideſt Agnicaſti, cocci infectorij, ideſt chermes, fraxini, oxalidis, Paſtinacæ Sylveſtris, Napi, Nigellæ, Pœoniæ, ocymi, thlaſpi, fœniculi, Ammi, Irionis, ideſt eryſimi, ſummitatum ſampſuchi, Hyperici, & Marrubij, Iunci odorati, Galangæ, Sabinæ, Pinpinellæ, Hypociſtidis, & Camphoræ ana ʒij. Libanotidis maris, ideſt ſem. Angelicæ, Gentianæ, Morſus Diaboli, Caryophyllorum, Nucis Myriſticæ, Maſtiches, Thuris, Styracis, Mirrhe Gummi Arabici, reſinæ Terebinthinæ, pro ea Maſtiches, Sagapeni, Opopanacis, Laſerpicij, pulveris Diamargaritonis, Diamoſchi, Diambrę, & Geminis, Paſtillorum Camphoræ, & ſcyllæ ana ʒiß. Baccarum Hederæ, Juniperi, Lauri, Smilacis aſperæ, ideſt, acini ſmilacis aſperæ, cubebarum, foliorum ſcordij, chamędryos, chamæpityos, Centaurij minoris, ſtœchadis, Nardi celticæ, calaminthæ, Rutæ, Menthæ, Betonicæ, verbenæ, ſcabioſſe, cardui Benedicti, Melliſſophilli, Piperis nigri, ac Longi, Santalorum omnium, Agallochi, opij, Margaritarum Orientalium, Smaragdor. Hyacinthor. & Corallij Rubri pp. ana ʒiß. Caricarum, Nucum Juglandium, & Piſtacinorum ana ℥ij. Myrobalanor. Emblicor. Cornu cervi, & olei vitrioli ana ℥ß. florum utriuſque Bugloſſi,

*Viticis quid.*
*Coccum infectorium.*
*Irion quid.*

*Libanotis quid.*

*Smilax aſpera, ex qua [illegible] debent aci-ni, naſcitur, in Afaciji, Valatis, & Vanl[illegible]dali, & [illegible] ape-*



ſi, Roſarum, Lavendulæ, Salviæ, Caſtorij, Roris marini, oſsis de corde cervi, eboris, & virgæ cervinę ana ℈iv. caſsiæ ligneæ ʒſ. vnicornu, Moſchi, & Ambrę griſſeæ ana ʒi. Trochiſcor. viperarum ℥ij. Succorum Oxalidis, ſonchi, ſcordij, Bugloſsi, & Melliſſophylli ana ℔ß. Theriacæ Magnæ, & Mithridatij ana ℥vj. vini albi veteris optimi ℔iij. Mellis optimi ℔viiß. fiat electuarium, eo modo quo Theriaca.

*pellacur Zarçaparilla Sylveſtre.*

### VIRES.

Convenit cum Theriaca, & Mithridatio. Doſis à ʒi. ad ʒiij.

## THERIACA DIATESSARON EX MESUE.

℞. Gentianæ, Baccarum Lauri, Myrrhæ, & Ariſtolochiæ rotundę ana ℥ij. Mellis deſpumati, & cocti ℔ij. fiat S. A.

*Diateſſaron*, hoc eſt: exquatuor ſimplicibus compoſita.

*Diateſſaron*

### VIRES.

M*Orſus ſcorpionis, & potioni veneni confert: in affectibus frigidis, epilepſia, paralyſi, ſpaſmo, tum in inflatione ventriculi, & eius dolore, coctionem iuvat, etiam in hydrope: cachexia, & obſtructione prodeſt.* Doſis à ℈ij. ad ℈iv.

## DIASCORDIUM HIERONYMI FRACASTORII.

℞. Scordij ℥i. Opij, & ſem. Acetoſæ ana ʒiß. Cinnamomi, caſsiæ ligneæ, Terræ Lemniæ, Dictamni Cretici, Tormentillæ, Biſtortæ, Galbani, Gummi Arabici



UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS ®

ci, & Gentianæ ana ʒß. Styracis calamitæ ℥ß. & ʒß. Boli Armenæ ℥iß. Piperis Longi, & Zingiberis ana ʒij. Mellis clarificati, & cocti ℔iß. Conſervæ roſarum ℔j. Diſſolvantur Galbanum, Gummi Arabicum, & opium in vino, colentur, & ad mellis conſiſtentiam coquantur, ſtirax diſſolvatur cum melle adhuc calente, conſervaque, & optimè omnia ſoluta cum reliquo melle miſceantur, cæteraque in ſubtiliſsimum pulverem redacta, vt fiat electuarium, S. A. vſuique reponatur.

## *VIRES.*

V*Alet in febribus epidemicis, & contagioſis, in* [illegible]*, & ſimilibus, putredinem reſiſtit, lumbricos necat: vtitur in iis, in quibus Theriaca, locum non habet, vt pueris, & gravidis.* Doſis à ℈j. ad ʒj. & vltra.

## *OPIATA SALOMONIS JUBERTI RENODEI.*

℞. Conſervæ roſarum recentis, & conſervæ acetoſæ ana ℥ß. conſervę Anthos ℥ß. Mithridatij, Helenij, & Bugloſsi ana ʒvj. ſeminis contra vermes, ideſt ſantonici, & ſem. citri mundati ana ʒiij. cinnamomi ʒj.
*Semen contra vermes quid.* Caryophyllor. & Ligni Aloes optimi ana ʒj. radicis Dictamni albi, Cardui Benedicti, & corticum citri ſiccor. ana ʒj. & gr. xv. Cardamomi, & Macis ana ℈ij. & gr. xv. rad. Gentianę ʒß. oſsium de corde cervi N. jv. granorum Juniperi in aceto ſcyllitico per noctem infuſor. N. xxv. corticum citri conditor. & ſacchari ſolidi ana ℔ß. ſyrupi acetoſitatis citri q. ſ.

Cortices citri conditi, Mithridatium, ſaccharum, & conſervæ roſarum, Acetoſæ, & Anthos diſſolvantur in ſyrupo acetoſitatis citri: Cæteraque addantur in ſubtiliſsimum pulverem redacta, & iterum ſi neceſſe ſit addatur de eodem ſyrupo, ad iuſtam conſiſtentiam opiatæ, vſuique reponatur.

VI-



## *VIRES.*

M*Orbis peſtilentialibus, & contagioſis medetur, partes, quæ principatum tenent roborat, putredinem arcet, vermes necat, vomitionibus confert, & quavis ex cauſa languidis, & imbecillibus auxiliatur.* Doſis à ℈ij. ad ʒiiß.

## *ORVIETANUM.*

℞. Radicis vincetoxi, Zedoariæ, Carlinæ, Angelicæ, Petaſitidis, valerianæ, Dictamni albi, enulæ, & chelidonij ana ℥iij. fol. Dictamni cretici, ſcordij, & rutæ ana M. iij. Mirrhæ electæ ℥j. Galbani ℥iß. croci ℥j. & ʒvj. cinnamomi, & Caryophyllor. ana ℥ß. opij correcti ʒiij. oleor. diſtillator. ſuccini, & citri ana ʒiß. ſulphuris electi, & terrę ſigillatę ana ℥j. ſalis volatilis viperarum ʒvj. pulveris viperarum ℥ij. Mellis Juniperini q. ſ. fiat electuarium S. A. & ponte ad fermentandum vaſe clauſo per aliquot menſes

## *VIRES.*

H*Anc Orvietani deſcriptionem pro vera; ac genuina à quodam Italo communicatam accepiſſe dicit Hoffmanus, eamque non exiguæ virtutis, tùm in febribus malignis, tùm in ſumptis venenis in convulſiones vſque ferocientibus compeſcendis expertum fuiſſe.* Doſis à ʒß. ad ʒiß.

*** *** ***
*** ***
***



UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

## *CONFECTIO ANACARDINA EX MESVE.*

℞. Piperis nigri, & Longi, Myrobalanor. Chebulor. Emblicor. Bellericor. & Indorum, Caſtorij, ana ʒij. Coſti, Anacardij pp. ſacchari albi, ſeminis nigellæ, & Baccar. lauri ana ʒvj. cyperi ℥ß. Anacardia poſtquam infuſa fuerint per noctem in aceto, per ſe terantur, demum alijs tritis admiſceantur: deinde omnia incorporentur cum Butyri recentis non ſaliti, & Mellis deſpumati, & cocti ana ℥vß. fiat electuarium S.A.

### *VIRES.*

*Valet ad ventris totius inferioris, & cerebri affectus frigidos, ſanguinem purificat, ac inde ſpiritu animali purgatiore; tenuioreque efficio ſenſus omnes aprehenſionem, intellectum, & memoriam iuvat: unde eam Meſue confectionem ſapientum eſſe dixit, ad ijs qui ſcire ceſſaverant, ſuppetias laturam, promiſſit, quæ, & ipſa necesſam genitalium calefacit, nec non corpori vividum colorem preſtat. Caute tamen, & non niſi ante ſemeſtre tempus poſt perfectam fermentationem, hoc medicamento eſt utendum, & ab eius aſſumptione à labore, ira, coitu, ac ebrietate cavendum.* Doſis à ʒß. ad ʒiß.

UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN

## *ANTIDOTUM HÆMAGOGUM NICOLAI.*

℞. Aſari, acori, amomi, ſeminis atriplicis, & fœniculi ana ʒj. & gr. vj. ariſtolochiæ longæ, arthemiſiæ, caſsiæ ligneæ, mirrhæ, pyrethri, pulegij, ſpicæ nardi, ſeminis rutæ, & petroſelini ana ℈ij. & gr. xjv. centaurij minoris, & maioris, dauci cretici, aniſi, nigellæ, aluminis, & caryophyllorum ana ℈ij. eleboti nigri, orobi, & cyperi ana



ana ℈j. folior. lauri ℈j. & gr. xiv. liquiritię ʒj. & ℈j. lupinorum ʒij. piperis nigri ℈v. & gr. vij. pœoniæ ℈j. & gr. vij. florum Junci odorati ʒß. ſabinæ, & ſem. apij, ana ℈iiß. radicis capparis, & cymini, ana ʒj xylobalſami, pro eo ligni aloes ℈j & gr. xiv. Subtiliter pulverentur, & fiat electuarium addendo, pro vnaquaque vncia pulverum, vncias quatuor mellis deſpumati, & cocti ad iuſtam conſiſtentiam. *Xylobalſami vice quid.*

### *VIRES.*

*Menſes potenter provocat: diureticum eſt inſigne, ob id ad multas mulierum paſsiones valet, purgat mirabiliter, fœtum in vtero occidit, & poſtea extrahit, & poſt partum, quæ non ſunt purgata, & ad ſalutem perducit, lapidem in veſica rumpit, & purgat, vrinam movet, ſtranguriam ſanat, & ad omnia interiora magnum bonum facit, & ad ſtomachi indigeſtionem, & eos ſanat, qui colicam patiuntur: nephriticis prodeſt, vias totius corporis aperit, & fœtum mortuum, & ſecundinam educit, & veſicam purgat, ſtomachum callidum facit, ventoſitatem conſumit, vomitum compeſcit: tamen in mulieribus nihil operatur fortius ad omnia, quæ illis utilia, propter quod cavendum eſt à patientibus hemorrhoidas, aut fluxum ventris, aut dyſenteriam.* Doſis à ʒß. ad ʒij.

## *DIACYDONITES EX PLAZA.*

℞. Succi Cydoniorum, & Mellis optimi ana ℔ß. aceti albi ℥iß. ſyrupi de agreſta ℥iv. Coquantur ad melis deſpumationem, & adde in ſubtiliſsimum pulverem redacta: Ligni aloes, cinnamomi, & corallij rub. pp. ana ʒiß. Zingiberis, & caryophyllorum ana ℈j. Myrobalanor. Chebulor. ʒiiß. fiat confectio S. A.

***

## *VIRES.*

V*Entriculum roborat, tumque leviter purgat.* Doſis à ʒß. ad ʒiij.

## *DIACVRCVMA MAGNA EX MESVE.*

℞. Croci, aſari, ſem. petroſelini, dauci, aniſi, & apij, ana ℥ß. rhabarbari, phu, mei, & ſpicæ ana ʒvj. coſti, mirrhæ, caſsiæ ligneæ, ſchœnanthi, carpobalſami, rubiæ tinctorum, ſuccorum Abſynthij, eupatorij, Balſami nigri ana ʒij. calami aromatici, & cinnamomi ana ℥ß. ſcordij, ceterach, & ſucci glycyrrhizæ ana ʒiiß. tragacanthi ʒj. Mellis deſpumati, & ad conſiſtentiam juſtam cocti ℔iiß. Succi diſſolvantur cum vino ad mellis ſpiſsitudinem, quibus adde Balſamum, & miſceantur cum melle, tunc adde cætera in ſubtiliſsimum pulverem redacta, & optime miſce, vſuique repone.

## *VIRES.*

M*Edicamentum hoc viſcerum internorum, ventriculi nempè, hepatis, & lienis morbis frigidis, ac diuturnis ſubvenit. Vſurpatur ad cachexiam, & hydropem, obſtructiones enim internas reſerat, colorem corporis fœdum, & totum cutis habitum frigidiorem corrigit, frigidam item, & humidam ſtomachi intemperiem emendat, flatus craſſos diſsipat, humorumque corruptionem prohibet, renumque vitiis ab obſtructione craſſorum, & viſcidorum humorum natis opem fert, vrinam prolicit, ac frigidis veſicæ affectibus medetur.*

Doſis à ʒj. ad ʒiij.

DIÆ



## *DILACA MAGNA EIVSDEM.*

℞. Laccæ lotæ, & rhabarbari, ana ʒiij. ſpicæ, florum, & ſtipitum ſchœnanthi, maſtiches, mirrhæ, coſti, cinnamomi, croci, caſsiæ ligneæ, bdellij, hyſſopi, ſabinæ, amygdalarum amararum excortic. ſuccorum Abſynthij, & Eupatorij Meſues, ideſt agarati, ſeu Gratiolæ, radicis, rubiæ tinctorum, ariſtolochiæ rotundæ, gentianæ, aſari, ſem. apij, ameos, fœniculi, & aniſi ana ʒiß. piperis nigri, & Zingiberis ana ʒj. Mellis deſpumati, & cocti ℥xxxiv. *Eupatoriam Meſues.*

Bdellium, & Mirrha in vino diſſolvantur, colentur, & ad mellis ſpiſsitudinem coquantur, crocus cum paululo melis ſolvatur, & cum ſuccis miſceatur optime, tunc cum reliquo melle miſceantur; hinc reliqua in ſubtiliſsimum pulverem redacta eis addantur, vt fiat confectio S. A. vſuique reponatur.

## *VIRES.*

V*Alet ad obſtructiones, inflationes, & duritiés hepatis, ventriculi, & iecoris, frigidam intemperiem eorum corrigit; menſes ciet, ſcirrhum diſsipoit; cachexiam depellit, vrinam promouet, renum, ac veſicæ duritiés diſſipat, calculos atterit, & aqua inter cutem medetur.* Doſis à ʒj. ad ʒiiß.

## *MICLETA EX NICOLAO MYREPSIO.*

℞. Myrobalanor. Citrinorum, Chebulor. & Indorum ana ʒiiß. Bellericor. & Emblicor. ana ʒij. Omnes aſſentur antequam ponderentur: hinc accipe ſem. naſturtij, Cymini, aniſi, fœniculi, & carui ana ʒiß. Omnia dicta macerentur in aceto per diem, & no-

N 4 ctem;

UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

ctem, dein aſſen.ur (ſine abſtracto aceto) in vaſe terreo; poſtea pulverentur cum ſpodij, Balauſtriarum, Maſtiches, corticis ſem. ſumach, & gummi arabici ana ʒj. & gr. xv. fricentur omnia cum oleo roſato; deinde fiat confectio cum ſyrupo Myrtillorum, ſumendo pro vnaquaque vncia pulverum, vncias tres ſyrupi.

## *VIRES.*

VTilis eſt dyſenteria inteſtinorum levitate laborantibus, inflationibus inteſtinorum; ad omnes inſuper Cœliacos affectus, atque hæmorrhoidas fluentes efficax. à ʒj. ad ʒiij.

## *ELECTVARIVM PLIRIS ARCHOTICVM Nicolai.*

℞. Cinnamomi, caryophyllorum, ligni aloes, galangæ, ſpicæ, nucis moſchatæ, Zingiberis, ſpodij, ſchœnanthi, cyperi, roſarum, & violarum ana ʒj. & gr. xv. folij, pro eo ſpicæ nardi, glycyrrizæ, Maſtiches, ſtyracis, calamitæ, maioranæ, balſamitæ, ocymi, cardamomi, Macropiperis, Leucopiperis, baccarum myrti, & corticum citri ana ℈ij. Margaritarum, Behen albi, & rubri, pro eis radicis Bugloſsi, ſeu Paſtinacæ ſylveſtris, corallij rub. pp. & ſerici toſti, (melior crudi) ana ℈j. & gr. iiß. Moſchi gr. viiß. camphoræ gr. v. ſyrupi roſar. rub. q. ſ. ideſt pro vnaquaque vncia pulverum vncias quatuor ſyrupi, fiat confectio S. A.

*Folium pro eo quid.*

*Behen Album, & Rubrum pro eis quid.*

## *VIRES.*

CArdiacis, triſtibus, melancholicis, cibum moventibus, pulmonarijs, ac epilepticis ſuccurrit, cerebri ſenſationes in-



terceptas liberat, ſenſum deperditum, & memoriam, reducit, imbecillo ventriculo, & animi deliquio à corde nato confert: præterea eos, qui ex diuturno morbo penitus extenuati ſunt, plurimamque inde imbecillitatem contraxerunt, admodum corroborat, aſthmaticis prodeſt, omnemque cerebri debilitatem aufert. Doſis à ʒß. ad ʒij.

## CONFECTIO LITHONTRIPTICA EIVSDEM.

℞. Spicæ, Zingiberis, Xylobalſami, Acori, Cinnamomi, Peucedani, Meu, Melanopiperis, Macropiperis, Leucopiperis, & Saxifragiæ ana ʒiiß. opobalſami, Caryophyllor. Coſti, Rhapontici, liquiritiæ, cyperi, tragacanthi, ſeminis Alexandriæ, ideſt ſantonici, ſeu ſeminis contra vermes, Chamædryos, ſeminum apij, aſparragi, baſilici, ideſt ocymi, ſeu ocymi caryophyllati (vulgo Albaca) vrticæ, & citri ana ʒj. & gr. xv. folij, croci, ſchœnanthi, euphorbij, Lapidis Lyncis, olei nardini, & Moſchelini ana ℈j. & gr. iv. Pulveranda pulverentur ſubtiliter, & cum triplo mellis cum vino deſpumati, & cocti fiat Confectio S. A.

*Semen Alexandriæ quid. Baſilicum: Ocymum. Ocymum caryophyllatum.*

## *VIRES.*

URinam provocat, lapides frangit, tam ex renibus, quam ex veſica. Doſis a ʒj. ad ʒiij.

## *REQVIES MAGNA EIVSDEM.*

℞. Roſarum rub. & violar. ana ʒiij. opij, ſeminis hyoſcyami, papaveris albi, & nigri, ſcariolæ, lactucæ, portulacæ, & pſyllij, corticum radicis mandragoræ, nucis moſchatæ, cinnamomi, & ſacchari ana ʒiß. trium

UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN ALERE FLAMMAM VERITATIS DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS ®

trium ſantalorum, & tragacanthi ana ℈ij. & gr. v. Mellis deſpumati, & cocti ad conſiſtentiam iuſtam triplum. Opium, & tragacanthum in vino diſſolvantur, cæteraque in ſubtiliſsimum pulverem reducantur, & cum melle fiat electuarium S.A.

## VIRES.

R*Equies appellata ab effectu; quod dolorem obtundat, ac mitiget, caloremque febrium mitiorem reddat, & iis, qui hanc ſumunt, requiem afferat. Eſt etiam utilis temporibus, & pulſibus manibus inuncta, cordis dolorem lenit, ſomnumque conciliat.* Doſis à ℈j. ad ʒj.

## TRIPHERA MAGNA NICOLAI *Salernitani.*

℞. Opij ʒii. cinnamomi, caryophyllor. garlangæ, ſpicæ, Zedoariæ, Zingiberis, coſti, ſtyracis calamitæ, cyperi, calami aromatici, Iridis, peucedani, acori, corticum radicum mandragoræ, roſarum rub. Nardi celticæ, piperis, aniſi, apij, petroſelini, fœniculi, dauci, hyoſcyami, hyſſopi, ſeminis ocymi, ſinonis, ideſt petroſelini ſylveſtris ana ʒj. Mellis deſpumati, & cocti triplum. Opium in vino diſſolvatur; ſtyrax in mortario calido piſtetur, & cum pauco mellis diſſolvatur; reliqua in ſubtiliſsimum pulverem reducantur, omniaque miſceantur, ut fiat electuarium. *Sinon.*

## VIRES.

C*Octionem ventriculi, & hepatis ſuo calore iuvat, ubi flatus diſsipat, humores in ventriculo, & alijs viſceribus putres abſumit, oris, ac corporis reliqui odorem emendat, laſsitudinem tollit, ſanitatem præſentem tuetur, ac morborum generationem prohibet.* Doſis à ʒß. ad ʒij.



## TRYPHERA SARRACENICA EX MESVE.

℞. Quinque generum Myrobalanorum, amygdalarum dulcium, & amarar. ana ʒv. Cinnamomi, Trium piperum, ſecacul, ideſt ſileris, pro eo radycis eringij, ſeu paſtinacæ ſylveſtris, folij, ſpicæ, cardamomi maioris, & minoris, caſsiæ ligneæ, cyperi, ſem. Apij, linguæ avis, caryophyllorum, behem albi, & rubri, Lepidij, ideſt ſeitaragi, pro eo ſem. Naſturci, Zingiberis, ana ʒii. Nucis moſchatæ, ſpicæ celticæ, macis, ſeſami excorticati, ligni aloes, Rhabarbari, ſem. fœniculi, Maſtiches, ana ʒiii. ocymi, menthæ ſiccæ, & origani ana ʒiß. Myrobalani triti fricentur cum butyro vaccino recente non ſalito; aliæ verò ſpecies cum oleo amygdalarum dulcium, & fiat confectio cum triplo mellis deſpumati, & cocti *Sicacul, pro eo quid.* *Lepidium pro eo quid.*

## VIRES.

C*Oncoctionem ventriculi, & hepatis ſuo calore iuvat, ubi flatus diſsipat, humores in ventriculo, & alijs viſcerum partibus abſumit, oris, & corporis odorem, & colorem emendat, laſsitudinem tollit, ſanitatem præſentem tuetur, & morborum generationem prohibet, ventrem auget, hæmorrhoides ſanat.* Doſis à ʒj. ad ʒiij.

## DIACALAMENTHVM NICOLAI.

℞. Calamenthi, pulegij, hyſſopi, melanopiperis, & ſem. petroſelini ana ʒvij. & ℈j. leviſtici ʒii. & ℈ij. ſem. apij, ℈ij. ameos, thymi, anethi, cinnamomi, & Zingiberis ana ℈iv. Subtiliter pulverentur, & cum triplo, mellis deſpumati, & ad conſiſtentiam cocti fiat electuarium S.A.

VI.

UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

## *VIRES.*

*TEnaces, & viſcidos humores attenuat; flatus craſſos diſſipat, indeque natum ſingultum ſolvit: coctionem, & alimenti in corpus diſtributionem iuvat, affectus ventris frigidos ſanat, urinam, ac menſes promovet: datur poſt prandium, & cœnam.* à ʒi. ad ʒiij.

## ELECTVARIVM CHALYBEATVM *Auguſtana.*

℞. Limaturæ chalybis pp. ℥vij. cinnamomi, nucis moſchatæ, rhabarbari, & ſpecierum aromatici roſati ana ʒvj. mellis, & ſacchari ſyrupiſatorum ana ℥xiij fiat electuarium S. A.

## *VIRES.*

*PRodeſt in obſtructionibus quibuſcumque, & menſes cieti* Doſis à ʒj. ad ʒiij.

## ELECTVARIVM CHALYBEATVM *Lemortis.*

℞. Croci martis aperitivi ℥ij. Cremoris tartari ℥iv. cinnamomi, macis, rhabarbari, corticum arantiorum exterior. & cyperi rotundi ana ʒij. galangæ ʒiß. Mellis deſpumati, & cocti ℥viij. ſacchari clarificati, & cocti ℥xiv. fiat Electuarium
S. A.





## *VIRES.*

*LEniter purgat, obſtructiones quaſcumque ferè tollit, præcipuè cachexias mulierum, & virginum, menſes pellit, icteris medetur.* Doſis à ʒj. ad ʒiij.
Si pro cremore tartari imponantur ℥ij. tartari martialis ſolubilis, præſtantius erit in operationes ſuas.

## ELECTVARIVM DE ARTEMISIA *Nicolay Gervaſij.*

℞. Artemiſiæ ℔ß. Sabinæ, ariſtolochiæ utriuſque, orobi, & lupinorum ana ℥iiß. pulegij. ſem. aniſi; & fœniculi ana ʒx. pulverentur, & cum triplo mellis deſpumati, & ad iuſtam conſiſtentiam cocti fiat electuarium S. A.

## *VIRES.*

*MEnſtrua, & lochia ſuppreſſa provocat, partum accelerat, fœtum mortuum expellit, mollíſque omnibus, qui ab utero ſuos natales agnoſcunt conducit.* Doſis à ʒj. ad ʒij.

## PHILONIVM MAGNUM, SEV ROMANUM, *ex Nicolao Myrepſio.*

℞. Piperis albi, & ſem. hyoſcyami ana ʒv. opij ʒiiß. caſsiæ ligneæ ʒiij. ſem. apij, mirrhæ, & caſtorij ana ʒi. ſem. petroſelini, fœniculi, & Dauci cretici ana ℈ii, & gr. v. croci ℈i. Nardi Indicæ, pyrethri, & Zedoariæ ana gr. xv. Opium diſſolvatur cum vino, cætera

tera ſubtiliter pulverentur, & cum triplo mellis deſpumati, & cocti fiat electuarium S. A.

## *VIES.*

COlicos affectus; cæterarumque partium lethales dolores ventris, hypochondriorum ventriculi, uteri, hepatis, lienis, renum, ab intemperie frigida, flatibus craſsis, aut crudis humoribus excitatos ſedat, tuſſes intenſiſsimas, ſuffocationis periculum minantes, ex cordis, aut pulmonis incendio, ſingultum etiam vehementem, nec non vrinæ difficultatem liberat, ſanguinis eductionibus, tabidis, ſuſpirioſis, pleuriticis confert, hæmorrhagiam ſiſtit, inſomnia levat, & ſomni conciliatione vires reficit, ac recreat, doloreſque omnes abigit. Sed in colicis affectibus præcipuam habet dignitatem, eique affectui adhibet Galenus lib. 2. de locis affect. doloris enim magnitudo ſæpe totam in ſe curationem intendit, & in miſeram vitæ deſperationem pleroſque conijcit. Doſis ℨi.

## *PHILONIUM PERSICUM EX MESUE.*

℞. Piperis albi, & hyoſcyami albi ana ℨx. opij, & terræ lemniæ ana ℨv. lapidis hæmatitis, & croci ana ℨiiß. caſtorij, ſpicæ, euphorbij, pyrethri, margaritarum, charabe, zedoariæ, trochiſcorum Ramich, & Doronici, ſeu in eius defectu caryophyllor. aromat. ana ℨß. camphoræ ℈ß. Mellis deſpumati, & cocti triplum, fiat electuarium. S A.

*Doronicum in eius defectu quid.*

## *VIRES.*

VAlet ad uteri hæmorrhagiam, & procidentiam, hæmorrhoidas, & cruentas excretiones per inferna; ſanguis ſputum, ac menſtruorum nimium profluvium com-



*compeſcit, & fœtum in utero retinet.* Doſis à ℈j. ad ℨj

## *ELECTUARIUM BACCARUM LAURI EX Auguſtana.*

℞. Folior. rutæ domeſticæ ℨx. ſem. ameos, cumini, nigellę, liguſtici, dauci, carui, calami aromatici, origani, amygdalarum amar. per ſetaceum extract. piperis nigri, & longi, menthaſtri, Baccar. Lauri, & Caſtorij ana ℨii. ſagapeni ℥ß. opopanacis ℨiii. Mellis deſpumati, & cocti triplum ponderis omnium, hoc eſt ℔i. ℥iv. & ℨvi. fiat electuarium. S. A.

## *VIRES.*

PRodeſt in colicâ ventoſa, in ſupræſsione vrinæ, hyſtericis affectibus ad menſtrua excitanda, &c. Doſis à ℈j. ad ℨi. *etiam in Clyſteribus* à ℨii. ad ℨvi,

## *ELECTUARIUM E SASSAFRAS.*

℞. Ligni Saſſafras odoratiſsimi ℥ii. aquæ fontanæ ℔iij. coque ad tertiæ partis conſumptionem, addendo ſub finem cinnamomi fracti ℥ß. Colatura cum ſacchari albi ℔ii. coquatur in ſyrupum craſsioris conſiſtentiæ, ſuperinijciendo pulveris cinnamomi ℨi. nucis moſchatæ ℈ß. Moſchi gr. iij. Ambr æ griſſeæ gr. xxii. folior. auri N. X. ſpiritus vitrioli gu t. jv. fiat electuarium S. A

## *VIRES.*

STomachum roborat, ſpiritus auget, cor exhilarat, &c. Doſis à ℈ii. ad ℨii,

## *ELECTVARIVM BACCARVM JVNIPERI.*

℞. Baccarum Juniperi ſucculentium contuſſar. ℔i. infunde in aquæ ℔ii. per 24 horarum ſpatium, colaturæ adde ſacchari ℔i. coque ad ſyrupi craſsioris conſiſtentiam: tunc adde Electuarij, è Saſſafras ℥iv. diſſolve, & adde in ſubtiliſsimum pulverem calami aromatici ʒiß. Macis ʒi, croci ʒii. fiat electuar. S. A.

### *VIRES.*

D*Iureticum, & ſtomachicum eſt inſigne. flatus diſcutit, digeſtionem iuvat, &c.* Doſis à ℈i. ad ʒiß.

## *DIASATIRIVM VSITATVM MESVES.*

℞. Cicerum ℔ß. bulliant in aqua vna ebullitione, illa aqua reijciatur, & cicera inijciantur in aquæ tepidæ ℔xv. coquantur ad decem librarum conſumptionem, colaturæ accipe ℔iii. & coque in eis ſecacul, pro eo corticum radicis eringij. ℔i. ad mollitiem, & aquæ ferè ad conſumptionem, & ſerva: tunc accipe teſticulorum vulpis, ideſt radicum ſatyrij ℥viij. radicis raphani domeſtici ℥iii. Luph plani ℥ii. Terantur, & coquantur ad mollitiem, in ſufficienti quantitate lactis vaccini, ſeu ovini, cum olei ſeſami, & butyri vaccini recentis non ſaliti ana ℥iv. ad conſumptionem lactis, hinc conterantur in mortario lapideo, & extrahatur pulpa per ſetaceum equinum, cui adde ſupradicta ſervata, iterum terantur, & extrahantur, eiſque adde mellis deſpumati ℔vi. ſucci cæpæ recentis ℔ß. cerebrorum paſſerum (Vulgo Gorriones) ℥ii. coquantur omnia ſimul ad mellis craſsitiem, & extra ignem adde pineorum per ſetaceum traiector. ℔ß. piſtaciorum

*Secacul vice quid.*

*Teſticulus vulpis quid*

*Paſſer ſimpliciter quid.*





rum mundator. ℥x. & in pulverem redacta ſequentia caudarum, & lumbor. ſcinci ℥j. ſem. erucę, Zingiberis, behen albi, & rubri, linguæ avis, ſem. napi, & aſparragi ana ℥ß. Moſchi electi ʒj. fiat electuarium. S. A. vitiique repone.

### *VIRES.*

S*Emen auget, ac promovet, veneremque concitat.* Doſis ab ℥ß. ad ℥j. *cum vino.*

## *ELECTVARIVM ANTIVENEREVM.*

℞. Florum ſtœchadis, ſummitatum ſalviæ, & granorum ebuli maturor. ana ℔ß. radicis Iridis, helenij, & granor. maturor. ſambuci ana ℥iv. præparata ad infuſionem, infundantur in ℔vj. vini albi optimi, in vaſe vitreo optimè clauſo, ſupra cineres calidos per dies quatuor, poſtea coletur infuſio, colaturaque ſervetur: ſupra reſiduum injice ℔iv. vini & procede vt antea: mox cum colaturis, & mellis ℔iv. fiat ſyrupus lento igne, coletur, & in eo diſſolve extracti baccarum Juniperi, & Hamech compoſiti ana ℥jv. Theriacæ Magnę ℥ij. deinde adde in ſubtiliſsimum pulverem: Ligni guaiaci reſinoſi & ſmilacis aſperæ ana ℥jv. folior. ſennæ ℥ij. corticum radicum ellebori nigri, & Panaceæ Mercurialis ana ℥j. fiat electuarium.

### *VIRES.*

N*ON ſolum ad humores venereos, ſed etiam podagram, & chiragram, ſcrophulas, & ſimiles infirmitates, ex humoribus viſcidis, tartareis, & ſimilibus provenientes eradicandos mirificè prodeſt.* Doſis à ʒij. ad ℥ß. (*ægroto antea præparato*) *ſubmane per aliquos dies continuando.*

## *DIATURBITH CUM RHABARBARO Montagnanæ.*

℞. Rhabarbari ʒx. turbith, & hermodactylor. ana ℥i. Diagrydij ℥ß. Zingiberis, ſantali alſi, & rubri, & violar. ana ʒiß. maſtiches, aniſi, cinnamomi, & croci ana ʒß. ſacchari ſyrupiſati ℔i. ℥ij. & ʒij. fiat electuarium. S. A.

### *VIRES.*

F*Lavam bilem, & pituitam educit, atque aqua inter cutim laborantibus mirifice confert, ad vermes etiam efficaciſsimum eſt medicamentum, & valde idoneum.* Doſis à ʒj. ad ℥ß.

## *DIACASSIA CUM MANNA.*

℞. Prunorum Damaſcenorum ℥ij. flor. violar. M. iß. aquę fumariæ ℔iß. Bulliant ad medietatis conſumptionem, cola, & in colatura diſſolve: Pulpæ caſsiæ ℔ß. pulpæ tamarindorum ℥j. mannæ electæ ℥ij. ſyrupi violar. & ſacchari violati ana ℥iv. ſacchari candi, & penidiorum ana ℥j. fiat electuarium. S. A.

### *VIRES.*

L*Enit viſcera, ſubducit alvum, purgat choleram, & mitigat febres.* Doſis ab ℥ß. ad ℥iij.

## *ELECTUARIUM DE SEBESTE Bartholomei Montagnanæ.*

℞. Sebeſten ſine nucleis, prunorum ſiccor. enucleator.





& tamarindorum ana ℥v. aquæ violar. ℔j. aquę Ireos, & aq. anghuriæ ana ℔ß. ſucci Mercurialis depurati ℥iv. penidior. ℥viij. Diaprunis ſimplicis ℔iß. quatuor ſeminum frigidor. maior. mundator. ana ℥ij. Diagridij ʒij. Caro ſebeſten, tamarindor. & prunor. extrahatur cum ſupradictis aquis per ſetaceum; ſeminaque excorticata per ſetaceum extrahantur, omniaque miſceantur, vt fiat electuarium. S. A.

### *VIRES.*

C*Onfert febribus cholericis interpolatis, & continuis, ſedat acuitatem febrium, ſitim, & vigilias, & etiam amaritudinem removendo, & eluit materias, a vijs orinalibus, & veſica.* Doſis à ʒi ad ʒvj.

## *DIAPRUNIS SIMPLEX NICOLAI.*

℞. Prunorum Damaſcenor. recent. q. v. coque ad mollitiem, & extrahe pulpam per ſetaceum equinum: in aliqua, portione aquę, in qua pruna cocta fuere, coque ℥iß. florum violarum, poſtea expreſsis violis, in colatura diſſolve ſacchari ℔ij. pulpæ prædictæ ℔j. coque ad conſiſtentiam iuſtam, & hinc adde pulpę tamarindorum, & pulpæ caſsiæ cum prædicta colatura prunorum diſſolutarum ana ℥j. iterum coque ad ſyrupi craſsitiem, & frigefacto adde in pulverem redacta: ſantali albi, & rubri, ſpodij, rhabarbari, & cinnamomi ana ʒiij. roſarum, violarum, ſeminis portulacæ, ſcariolæ, & beber. ſucci liquiritiæ, & gummi tragacanthi ana ʒij. quatuor ſemin. frigidor. maior. ana ʒj. fiat electuarium.

*** *** ***



UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

### *VIRES.*

D*Atur in acutis, ac per acutis infirmitatibus, in quacumque hora.* Doſis à ʒiij. ad ℥j.

### *DIAPRUNIS COMPOSITUM.*

℞. Diaprunis ſimplicis ℔j. Diagrydij ʒvij. tartari ſolubilis ʒij. Diagrydium, (intelligitur hic ſcammonium abſque vlla præparatione) & tartarus ſolubilis optime miſceantur in mortario marmoreo, deinde cum Diaprunis miſceantur exactè, vſuique ſervetur.

### *VIRES.*

L*Eniter, ac ſecurius purgat; vtiliter datur morbis renum, & veſicæ, febribus, & alijs affectibus calidis* Doſis à ʒi ad ʒvj.

### *DIAPHOENICON MESUES.*

℞. Dactyllorum immaturorum in aceto albo per triduum maceratorum, & per ſetaceum equinum traiector. ℥ ß. mellis deſpumati, & cocti ℔iiß. & ʒij. penidij ℔ß. & ʒij. Penidium diſſolvatur in aqua, & coquatur ad mellis conſiſtentiam, ac miſceatur cum melle, & eis miſce Dactyllos extractos; deinde adde in pulverem redacta: turbith ℥jv. ʒiij. Zingiberis, piperis longi, folior. rutæ, cinnamomi, macis, ligni aloes, aniſi, fœniculi, dauci, & galangæ ana ʒiiß. & cum frigefacta ſint, amygdalar. dulc. per ſetaceum traiector. ℥iij. & ʒvj. ſcammonij pulverati ℥iß. vt fiat electuarium. S. A.

Vi-



### *VIRES.*

P*Urgat humorem crudum, & biliosum, colicis cruciatibus confert, dolori ventriculi, & alijs ex crudo humore ortis.* Doſis à ʒii. ad ʒ vi.

### *DIASENNA NICOLAI.*

℞. Sennæ mundatæ ℥iii avellanarum toſtarum N. L ſerici crudi, caryophyllor. galangæ, piperis, ſpicę ocymi, folior. caryophylloru n, pro eis caryophyllor cardamomi, croci, zingiberis, zedoariæ, flor. roris marini, & macropiperis ana ʒii. Lapidis Armeni loti, & pp. ʒi. Lapidis Lazuli loti, & pp. ʒiij. cinnamomi ℥i. Mellis deſpumati, & cocti ℔iii. Crocus exiccatus perſe teratur ſubtiliter, & cum melle miſceatur: avellanę per ſetaceum equinum extrahantur, cæteraque in ſubtiliſsimum pulverem reducantur, omniaque miſceantur, vt fiat electuarium. S. A.

### *VIRES.*

S*Uccurrit melancholicis, mania vexatis, & quartanis, triſtitia affectis, lienoſis, &c.* Doſis à ʒii. ad ʒ vi.

### CONFECTIO HAMECH EX MESUE.

℞. Myrobalanor. Citrinor. ℥iv. Chebulor. & Indorum; Rhabarbari, violarum, & epichymi ana ℥ii. Agarici, Colocynthidis, & polypodij ana ʒ x. ſeminis aniſi, & fœniculi ana ʒ vi. Abſynthij, thymi, & ſennæ ana ℥i. prunorum ſine oſsibus N. LX. paſſularum ſine acinis ℔ß. ſucci fumariæ ℔i. Infundantur per dies



quin-

UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN

quinque in ſufficienti quantitate ſeri lactis, in vaſe vitreo, ſeu vitreato anguſti oris optimè obturato, poſtea exprimantur, & colentur, cuius colaturæ adde mannæ ℥ii. pulpæ caſsiæ fiſtulæ ℥iv. tamarindor. ℥vi. fricentur manibus, & colentur, colaturæ adde ſacchari lbiß. ſcammonij ℥iß. coquantur ad conſiſtentiam mellis, & addantur in pulverem redacta: quinque generum myrobalanorum ana ℥ß. Rhabarbari, & ſem. fumariæ ana ʒiii. ſpicæ, & ſem. aniſi ana ʒii. fiat electuarium, ſeu confectio.

## VIRES.

*UTramque bilem, & pituitam ſalſam purgat; obid morbis inde natis, impetigini, ſcabiei, elephantiæ, cancro exedenti, & ſimilibus morbis mirificè confert; unde omni fœditati à bilioſis, & aduſtis humoribus procreatæ quàm maximè conducit; in quartanis feliciter datur cum ellebori decocto, ſeu infuſo.* Doſis à ʒi. ad ℥ß.

## CONFECTIO HAMECH MINOR, SEU *Simplex.*

HÆC confectio venit in oficinis ſub nomine confectionis hamech maioris, ſeu compoſitæ; qualis eſt præſcripta: & etiam confectionis hamech minoris, ſeu ſimplicis, & eſt hæc eadem ſine ſcammonio, & colocynthide.

## ELECTUARIUM CARIOCOSTINUM *ex Petro Bayro.*

℞. Hermodactyllor. albor, & Diagrydij ana ʒii. Coſti; cy-



mini, Zingiberis, & caryophyllor. ana ʒi. Pulveriſentur, & fiat electuarium cum quadruplo ſyrupi facti ex mellis, & vini albi partibus æqualibus.

## VIRES.

*PRodeſt in infirmitatibus iuncturarum, & muſculorum; bilem utramque evacuat, cachexiam, & ex illa provenientibus morbis varijs conducit. Obſtructionibus viſcerum reſerat, eorundem duritiem attenuat, & emollit inſuper contra podagram, & omnes ſimiles.* Doſis à ʒii. ad ʒvi.

## ELECTUARIUM LENITIVUM EX *Valerio Cordo.*

℞. Paſſularum enucleatarum ℥ii. Capillor. veneris violarum, & hordei mundi ana M. i. iuiubarum, & ſebeſten ana N. xx. glyzyrrhizæ ℥ß. carnis prunorum, & tamarindorum ana ʒvj. ſennæ, & polypodij ana ℥ii. mercurialis M. iß. coquantur S. A. in aqua fontana, hinc colentur, & in colatura diſſolve: pulpæ caſsiæ, pulpę tamarindorum, pulpæ prunorum, ſacchari optimi, & ſacchari violati anna lbß. coquantur ad ſyrupi craſsioris conſiſtentiam, cui adde pulveris folior. ſennæ ℥iiiß. viuique repone.

## VIRES.

*VSus eius eſt in febribus humoralibus, & pleuritide: lenit, & emollit inteſtina, & delet eorum ſtypticitatem, facilè ſolvit ſine moleſtia, & leſione choleram phlegmaticam, & melancholicam.* Doſis à ʒii. ad ʒvj.



UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN

## *ELECTVARIVM ROSATVM MESVES.*

℞. Succi Roſarum rubrar. ℔iv. ſacchari optimi ℔jß. Mannæ electæ ℔ß. ſcammonij electi ℥iß. coquantur lento igne cinerum ad mellis conſiſtentiam, & tunc adde ſequentia in pulverem redacta: Trochiſcor. de Berberis ℥ß. Trochiſcor. de ſpodio ℥j. Galliç Moſchatę ex Meſue, & croci ana ʒii. fiat electuarium. S. A.

### *VIRES.*

*Cholagogum hoc ſalubre eſt bilioſis affectibus, arthritidi calidæ, cephalalgiæ, vertigini, oculorum dolori, ictero, ſanguinis quoque fervorem bilioſum frenando expurgat.* Doſis à ʒj. ad ʒv.

## *ELECTVARIVM DE SVCCO ROSARVM Nicolai.*

℞. Succi Roſar. rub. & ſacchari albi ana ℥xvj. Diagrydij ℥iß. trium ſantalor. ana ʒvj. ſpodij ʒiij. Camphorę ℈j. fiat electuarium coquendo ſaccharum cum ſucco ad mellis ſpiſsitudinem, deinde addendo reliqua pulverata.

### *VIRES.*

*Commendatur ad affectus, in quibus bilis flava redundat, quam expellit citra moleſtiam; ad morbos articulorum, ex bilioſis, & calidis humoribus natos, ad febreſque tertianas confert.* Doſis à ℥j. ad ℥iß.





## *ELECTVARIVM DE CROCO MARTIS ſolutivum Petri Poterij.*

℞. Conſervarum Borraginis, Violarum, & Roſarum ana ℥j. folior. ſennæ ʒvj. croci martis aperitivi ʒv. ſyrupi de pomis Regis Saboris q. ſ. vt fiat electuarium, cui adde olei aniſi gt. viij.

### *VIRES.*

*Iſtius electuarij vires ſunt per inſcrutabiles. In cachexia mirificè prodeſt. Obſtructiones tam iecoris, quam lienis optimè reſerat.* Doſis à ʒj. ad ʒiij.

## *ELECTVARIVM DE CASSIA DONZELLII.*

℞. Liquiritiæ ℥ij. ſeminis malvarum, & quatuor ſem. frigidor. maior. ana ℥j. capillor. veneris M. j. fiat decoctio in aquæ malvæ diſtillatæ ℔vj. colaturam coque cum ſacchari albi ℔iij. illique circiter perfectè coctæ immiſce, pulpę caſsiæ ℔ij. pulpæ tamarindorum ℔ß. coque ad formam electuarij aromatizandi cinnamomi acuti pulverati ℥j.

### *VIRES.*

*Confert in purgandis renibus, in ardore vrinæ, & gonorrhæa.* Doſis ab ℥j. *mane per plures dies continuos, ſuperbibendo aqua Capillorum veneris, vel anguria pa- rum.*



UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

## ELECTUARIUM INDUM MAIUS *Meſues.*

℞. Caryophyllor. cinnamomi, ſpicæ, roſarum, caſsię ligneæ veræ, macis, & cyperi ana ʒß. ſantali citrini ʒiß. ligni aloes, & nucis moſchatæ ana ʒij. turbith boni ℥vj. & ʒij. ſacchari, & penidij ana ℥iiß. galangæ, cardamomi vtriuſque, aſari, & maſtiches ana ʒß. ſcammonij in cythonio cocti ℥iß. Pulverentur omnia, & cum oleo amygdalarum dulcium fricentur, & conficiantur cum ſyrupo ſequenti.

℞. ſuccorum Cythoniorum, granatorum, apij, & fœniculi ana ℔iß. Mellis ℔ijß. fiat ſyrupus craſſus, cum quo miſceantur pulveres, vt fiat electuarium.

### VIRES.

P*Vrgat ventrem totum inferiorem, atque adeò iuncturas, pituitam etiam putrem, flatuſque diſsipat, & affectibus inde natis; dolori colico, & nephritico, ventriculi, & aliorum viſcerum confert.* Doſis à ʒij. ad ʒvj.

## ELECTUARIUM INDUM MINUS *Eiuſdem.*

℞. Turbith ℥xiiß. macis, piperis, Zingiberis, caryophylor. cinnamomi, & nucis moſchatæ ana ʒvij. ſcammonij ℥iß. ſacchari ℥xiiß. mellis ℔v. & ℥iij. fiat electuarium S. A. *Convenit cum priori.*

***





## DIACATHOLICA COMPOSITIO EX NICOLAO.

℞. Polypodij quercini mundati, & contuſ. ℔j. aquæ puræ tepidę ℔xij. coquantur ſimul in vaſe vitreato, ad medietatis aquæ conſumptionem, hinc removeatur ab igne, & vaſe obturato, remaneat per ſex horarum ſpatium; mox iterum adhęreat igni, & quando tepeſiat coletur, & cum aliqua portione colaturæ extrahe pulpæ caſsiæ fiſtulæ, & pulpę tamarindorum ana ℥viij. lento igne coquantur, ſemper ſpatula lignea movendo, in vaſe vitreato, ad mellis craſsitiem: in reliqua portione decocti diſſolve penidiorum, & ſacchari canti ana ℥ß. ſacchari optimi ℔viij. coquantur ad ſyrupi craſsioris conſiſtentiam, cui, percolato adde pulpas, & optimè in eo diſſolve eas, deinde adde in pulverem reddacta ſequentia: Sennæ mundatæ ℥viij. Rhabarbari, florum violarum, aniſi, & polypodij ana ℥iv. liquiritiæ ℥ß. quatuor ſeminum frigidor. maior. mundator. & per ſetaccum equinum traiectorum ana ℥j. fiat electuarium.

### VIRES.

S*Va ve, ac vitę acutis, ac per acutis morbis confert, emollit, & alterat, robur addit iecineroſis, lienoſis, & arthriticis; tertianis, quartanis, & quotidianis febribus adverſatur: doloribus itidem capitis auxilio eſt, univerſos denique corporis humores blandè, ac innoxiè educit.* Doſis ab ℥ß. ad ℥j.

*** *** ***

*** ***

***

## DIACATHOLICA PRO CLYSTERIBUS *Lemeri.*

℞. Decocti foliorum mercurialium, malvæ, violarum, parietariæ, & fœniculi ℔viij. in quibus diſſolve mellis optimi ℔viij. coquantur ad opiatæ conſiſtentiam, & adde pulpæ prunorum ℔j. pulveris folior. ſennæ, radicis Bryoniç, & ſeminis violarum ana ℥viij. ſeminis aniſi, & ſalis gemmç ana ℥ij. fiat electuarium. S. A.

## BENEDICTA LAXATIVA EX *Arnaldo de Villanova.*

℞. Turbith electi, eſulæ, & ſacchari ana ʒx. Diagryadij, hermodactylor. & roſarum ana ʒv. caryophyllor. ſpicæ, Zingiberis, croci, ſaxifragiæ, macropiperis, amomi, cardamomi minoris, ſeminis apij, petroſelini, milij ſolis, fœniculi, aſparragi, carui, bruſci, ſalis gemmæ, galangæ, & macis ana ʒj. pulverentur, & fiat electuarium cum ℔iß. mellis deſpumati, & cocti.

### *VIRES.*

H*Vmores pituitoſos ad articulos potiſſimum decumbentes elicit, colicis prodeſt, ad quorum enemata plurimum expetitur. Arenibus quoque, & veſica purgat. Sed in calida cauſa ab eius vſu deſiſtendum.*
Doſis à ℥ij. ad ℥vj.

HYE.



## HYERA MAGNA GALENI.

℞. Cinnamomi, ſpicæ, aſari, croci, ſchœnanthi, caſsiæ ligneæ, xylobalſami, carpobalſami, violarum, abſynthij, epithymi, agarici, roſarum, turbith, colocynthidis, & maſtiches ana ℥j. Aloes ℥xvj. Mellis deſpumati, & cocti ℔iij. & ℥viij. Crocus exiccatus pulveretur, & miſceatur cum melle, agaricus extrahatur per ſetaceum equinum, pulpa colocynthidis per ſe ſubtiliter pulveretur, aloe etiam ſuccotrina per ſe pulveretur; cæteraque pulverata, omnia cum melle frigefacto miſceantur optime, vt fiat electuarium.

### *VIRES.*

P*Rodeſt ad diverſas capitis, oculorum, & aurium diſtemperantias, ſtomachum purgat, affectiones hepatis emendat, ſplenis duritiem, & denſitatem emollit, & extenuat, renibus, & veſicæ prodeſt, matricis diſtemperantiam emendat.* Doſis à ʒj. ad ʒiij. *etiam in clyſteribus* ad ℥j.

## HYERA LOGADII, SEU LOGODIONIS.

℞. Pulpæ colocynthidis, pulpæ ſcyllæ aſſatæ, agarici, gummi, ammoniaci, thymi, & ſcammonij ana ℥iiß. corticum radicis ellebori nigri, & hyperici ana ʒx. epithymi, Bdelli, polypodij, aloes, chamedryos, marrubij, & caſsiæ ligneæ ana ℥j. myrrhæ, trium piperum, cinnamomi, croci, opopanacis, ſagapeni, caſtorij, ſeminis petroſelini, & radicis ariſtolochiæ longæ ana ℥ß. Mellis deſpumati, & cocti quadruplum ponderis omnium (excepta ſcylla) Pulpa ſcyllæ diſſolvatur cum melle, cæteraque in pulverem redacta,

ſ vt

UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

(vt in Hyera Magna) miſceantur, vt fiat electuarium.

## *VIRES.*

S*Anat morbum comitialem, ad dolores pectoris, lateris, iunctūrarum, & ſimilium prodeſt; etiam in appoplexia, paralyſi, & melancholia.* Doſis à ʒj. ad ʒvj.

*Hyera Logadij in pulvere.* Solet etiam ſervari in pulvere, & tunc myrrha, opopanax, caſtorium, ſagapenum, polypodium, ariſtolochia, Bdellium, Colocynthis, & crocus ſubtiliter pulverantur: aloe, & agaricus ſeorſum per ſetaceum equinum cribantur: ſcammonium quia reſinoſum ſubtiliter pulveretur; cæteraque per ſetaceum equinum cribentur, ſumendo, pro pulpa ſcyllæ, ſcyllam Trochiſcatam.

## *HYERA DIACOLOCYNTHIDOS.*

℞. Medullæ, ſeu pulpæ colocynthidis ℥iv. marrubij, agarici, chamedryos, & ſtœchadis ana ʒx. opopanacis, ſagapeni, ſeminis petroſelini, ariſtolochiæ, & piperis albi ana ℥j cinnamomi, croci, mirrhæ, ſpicæ nardi, & ſchœnanthi ana ℥ß. mellis deſpumati, & cocti quadruplum ponderis omnium, conficiatur, vt Hyera Logadij.

## *VIRES.*

P*Rodeſt in dolore capitis inveterato, humores craſſos, & viſcoſos ex quacumque corporis parte evacuat: in iue venerea cum permiſtione aquilæ albæ, mirificè dolores iunctūrarum tollit.* Doſis à ʒß. ad ʒiij.

*Hyera Diacolocynthidos in pulvere.* Etiam ſervatur in pulvere, vt Hyera Logadij, & tunc etiam paratur ſimili ratione.





## *DIACARTHAMUM GUIDONIS.*

℞. Pulveris Diatragacanthi frigidi, & turbith ana ℥ j. carnis cydoniorum ſaccharo conditæ ℥ij. Zingiberis, & hermodactylor. ana ℥ß. medullæ ſeminis carthami per ſetaceum equinum traiectæ ʒ vj. Diagrydij ʒiij. mannæ electæ, & mellis roſati colati ana ʒij. ſacchari ſyrupiſati ℥xvj. Caro cydoniorum condita, & manna piſtentur, & optimè miſceantur cum paucule ſupradicti ſacchari ſyrupiſati: medulla carthami etiam cum tantillo ſyrupi exactè miſceatur: cum reliquo ſyrupo miſceantur reliqua in pulverem redacta, mox ſoluta, & vſui confectio reponatur.

## *VIRES.*

*Choleram, & phlegma evacuat.* Dos à ʒj. ad ℥ß.

## *DIATARTARUM PETRI CASTELLI.*

℞. Tartari albi ſubtiliter pulverati, & folior. ſennæ ana ℥jß. mannæ electæ, & ſacchari rubri ana ℥viij. Zingiberis, aniſi, cinnamomi, & galangæ ana ʒj. ſyrupi roſati ſolutivi ℥XL.

Saccharum, & manna clarificentur, & ad ſyrupi conſiſtentiam coquantur, & cum ſyrupo roſato miſceantur, quibus cætera pulverata permiſceantur, vt fiat electuarium.

## *VIRES.*

O*Mnes humores purgat, rarefacit materias craſſas, & viſcidas, obſtructiones tollit in cachexia, in hipocondriacis, &c.* Doſis à ʒij. ad ℥j



UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

## DIACYDONIUM LAXATIVUM *Auguſtana.*

℞. Gelatinæ cydoniorum ℔iij. ſacchari ℔iiß. coquantur ad debitam gelatinæ conſiſtentiam; cui admiſce paulatim ab igne remotæ, extracti folior. ſennæ ℥j. extracti Rhabarbari ℥ß. reſinæ ſcammonij ʒiij. vel ℥ß. in ſpiritu vini diſſolutorum, & filtratorum, & frigefactum miſce ol. cinnamomi gr. viij. ol. aniſi gr. vj. imple ſcatulas. Doſis à ʒj. ad ℥j. Alij, loco extracti Rhabarbari, ſumunt extractum Mechoacannæ ob colorem.

## DIACYDONIUM SOLUTIVUM PELUCIdum *Eiuſdem.*

℞. Reſinæ Jalappæ ℥iv. diſſolvatur in pauco ſpiritu vini rectificatiſſimo, & permiſceatur diligentiſſimè agitando cum ℔iiiß. gelatinæ cydoniorũ ad perfectam conſiſtentiam coctę. Imple ſcatulas. Doſis à ʒß. ad ℥ß.

## DIACYDONIUM LUCIDUM SCAMMONIAtum, *ſeu laxativum.*

℞. Scammonij ℥iv. extrahe tincturam cum ſpiritu vini poſtea fiat Cydoniatum ex ſucci cydoniorum ℔iij. ſacchari ℔j. tincturam paulatim affunde, ac miſce exactè, & imple ſcatulas. Doſis à ʒi. ad ʒiiß.

LO-



## LOHOCH, SEU DIACODION SIMPLEX *Galeni.*

℞. Capitum papaveris albi medriocris magnitudinis, nec nimie viridium, nec nimie maturorum N. xx. aquæ pluvialis ℔iij. macerentur hor. 24. hinc coquantur donec capita contabuerint, colaturæ adde ℔ij. mellis, coque ad iuſtam conſiſtentiam. Fit etiam cum ſaccharo eodem modo.

Item cum ſapa hac ratione. *Diacodion cum ſapa.*

℞. Decoctionis prædictæ, & ſapæ vini dulcis ana ℔ij. ſucci glycyrrhizæ ℥ij. coquantur ad iuſtam conſiſtentiam.

## VIRES.

V*Alet in diſtillationibus, tuſſi, & ſimilibus.* Doſis à ʒj. ad ℥ß.

## LOHOCH, SEU DIACODION CROCATUM *Mynſicht.*

℞. Capitum papaveris albi cum ſeminibus N. xx. Siliquarum dulcium abiectis granis, & radicis liquiritiæ raſæ ana ℥iij. ſem. bombacis, althęę, cydoniorum, & granor. myrthi ana ℥ß. ficuum pinguium, dactylorum, & ſebeſten ana N. xj. florum maluæ, arboris rubi, violarum, & iaceæ ana ʒij. Coquantur in ſufficienti quantitate aquę fontanę S. A. poſtea: ℞. Colaturæ ℔ij. ſacchari candi roſati, & penidij ana ℔ß. fiat ſyrupus craſſus, cui circa finem adde ſyrupi ex ſucco florum papaveris erratici, & de Iuiubis ana ℥ij. ex-

P [illegible] tra-

UANL
UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN ®
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

tracti croci ʒß. Coquantur ad mellis conſiſtentiam, & aromatizetur cum Gallię Moſchatæ veræ ℈ij.

### *VIRES.*

*In omnibus defluxionibus calidis, tenuibus, acribus, ac ſalſis, a capite in thoracem, & aſperam arteriam, ac continua tuſſi inſomnium facientibus, ſecretum eſt. Prodeſt etiam iis, qui acutiſſimis doloribus corripiuntur. Confert denique ſanguinis excretioni, menſtruorum nimiæ evacuationi, febribus ardentibus, alvi profluvio, & dyſenteriæ.* Doſis à ʒj. ad ℥ß.

### *LOHOCH PAPAVERIS MESVES.*

℞. Sem. papaveris albi ℥iij. & ʒj. amygdalar. dulcium mund. nucleorum pineor. gummi arabici, & ſucci liquiritiæ ana ℥j. & ʒij. amyli ʒiij. ſem. portulacæ, lactucæ, & cydoneor. ana ℥ß. croci ʒj. penidij ℥iv. Amygdalæ, & pinei extrahantur per ſetaceum equinum; ſuccus liquiritiæ, & penidium diſſolvantur, & ad ſyrupi craſsioris conſiſtentiam coquantur, cætera pulverentur, & omnia incorporentur cum ſufficienti quantitate ſyrupi ſequentis, vt fiat Lohoch.

℞. Capitum papaveris albi, & nigri recentium ana ℔ß. ſem. lactucæ, & flor. violarum ana ℥ß. coquantur, dum capita intabuerint, in aquæ cucurbitæ ℔viij. cum colatura, & ſacchari ℔jv. aut ſacchari, & mellis ana ℔ij. fiat ſyrupus pro Lohoch conficiendo.

*** *** ***
*** ***
***





### *VIRES.*

*Efficax eſt in diſtillationibus tenuibus, quæ acrem, ſalſam, tenuem, & liquatam materiam in thoracem demittunt: Confert febribus ardentibus, dolenti thorati, & pleuritidi.* Doſis à ʒj. ad ℥ß.

### *LOHOCH LENTIVM AVICENNÆ.*

℞. Lentium p. ij. Coquantur modicè, & abijciatur illa aqua: deinde addantur aquæ tepidæ alterius ℔ij. Coquantur ad conſumptionem ℔ß. & adde ſem. papaveris albi ʒij. deinde tranſactis quibuſdam fervoribus addatur p. j. paſſularum enucleatar. & coquantur ad remanentiam ℔j. & adde roſar. rub. ʒiij. coquantur vnico fervore, colentur, & exprimantur, colaturæ adde ſacchari canti ℔ß. Electuarij Diatragacanthi frigidi ℥ij. coquantur lento igne ſemper agitando, ad conſiſtentiam Lohoch.

### *VIRES.*

*Prodeſt in morbillis, ac variolis ad lambendum.* Doſis à ʒij. ad ℥j.

### *LOHOCH CAVLIVM MESVES*

℞. Succi caulium depurati, & cocti ad medias, iterumque per ſedimentum depurati, & colati ℔ij. mellis, & Rob ana ℔ß. coquantur in Lohoch.

***



UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN
DIRECCIÓN GENERAL DE

### *VIRES.*

C*Onfert phlegmati, & maturat materiam eius.* Doſis à ʒij. ad ℥j.

### *LOHOCH DE PINO EIVSDEM.*

℞. Nucleorum pineorum ℥iiiß. & ʒij. amygdalarum dulcium, avellanarum aſſatarum, tragacanthi, gummi arabici, liquiritiæ, & ſucci eiuſdem, amyli, adianthi, & radicis Iridis ana ℥ß. carnis dactyllor. ℥jv. & ʒiiß. amygdalarum amararum ʒiij. mellis paſſularum, butyri recentis, & ſacchari albi ana ℥ß. Nuclei pineorum, avellanæ, & amygdalæ extrahantur per ſetaceum equinum: ex Dactyllis etiam, & paſſulis extrahatur pulpa per ſetaceum: cætera in ſubtiliſſimum pulverem redueantur, & incorporentur cum mellis ſyrupiſati ℥xiiiß. & ſapæ ℥ß. vt fiat Lohoch.

### *VIRES.*

T*Vſſi diuturnæ convenit, aſthmati, ſputo viſcido, reſpirationis difficultati, vocis aſperitati, humorum coctioni, & expectorationi: atq. pulmonis, & thoracis affectibus, qui ab humorum copia, vel noxia qualitate proficiſcuntur, curat. ſumitur lambendo ad* ℥j.

### *LOHOCH SANVM ET EXPERTVM Eiuſdem.*

℞. Cinnamomi, hyſſopi ſicci, glycyrrhizę, ſem. aniſi, fœniculi, & lini, rad. Ireos, & folior. calaminthæ ana ℥ß.

Iu-



iubarum, & ſebeſten ana N. xxx. paſſular. enucleatarum, ficuum pinguium, & Dactyllorum pinguium ſine oſsibus ana ℥ij. fœnugræci ʒv. capillorum veneris M. j. Coquantur S. A. in ℔iv. aquæ ad conſumptionem ℔iij. in colatura diſſolve penidiorum ℔ij. coquantur ad mellis conſiſtentiam, & adde pineorum per ſetaceum equinum traiectorum ʒv. amygdalarum dulcium mundat. & eodem modo paratarum, & pulverum liquiritiæ, tragacanthi, gummi arabici, & amyli ana ʒiij. Ireos ʒij. fiat Lohoch.

### *VIRES.*

P*Rodeſt in affectu thoracis, cuius humores potenter incidit, tenuat, tergitque, & humores præſertim frigidos concoquit.* Doſis ab ℥ß. ad ℥j. *lambendo.*

### *LOHOCH PVLMONIS VVLPIS EIVSDEM.*

℞. Pulmonis vulpis ſicci, ſucci glycyrrhizę, ſeminis aniſi, & fœniculi, & capillor. veneris ana ℥j. Subtiliter pulverentur, & cum ſacchari ſyrupiſati ℥xx. fiat Lohoch, ſeu Eclegma.

### *VIRES.*

A*Bſtergit, & conſolidat vlcera pectoris mirificè.* Doſis ad ℥j.

### *LOHOCH SCYLLÆ EIVSDEM.*

℞. Succi ſcyllæ, & mellis deſpumati ana partes æquales: coquantur ad conſiſtentiam Lohoch.



UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN
ALERE FLAMMAM VERITATIS
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

## *VIRES.*

M*Ateriam craſſam, lentam, coctu difficilem in partibus reſpirationis, ad expellendam præparat.* Doſis ad ʒij.

## *LOHOCH AD ASTHMA EX VALERIO Cordo.*

℞. Pulpæ ſcyllæ aſſatæ per ſetaceum equinum extractę ℥iß. mellis deſpumati, & cocti ℥ij. miſceantur optimè, & incorporentur cum eis in pulverem redacta, radicis ireos, hyſſopi ſicci, & praſij ana ʒj. myrrhæ rubeæ, & croci ana ʒß. fiat Lohoch.

## *VIRES.*

V*Alet ad aſthma, & tuſsim antiquam, humoremque craſſum tenuat.* Doſis à ʒß. ad ʒij.

## *LOHOCH DE ALTHÆA QUERCETANI.*

℞. Radicis Althææ optimè mundatæ q. v. Bulliat in Hydromelite communi ad mollitiem, hinc tundatur, & per ſetaceum equinum traijciatur, de cuius muccagine accipe ℥ij. ſpecierum Diatragacanthi frigidi, & Diaireos ana ʒij. Sacchari candidi, & penidiorum ana ℥ß. florum ſulphuris ʒij. ſyrupi capillor. veneris q. ſ. ut fiat ex omnibus Lohoch, de quo ſæpius utendum cum baculo de glycyrrhyza.

***





## *VIRES.*

E*Xcellens eſt remedium contra omnem tuſsim inveteratam, ſive à frigida, ſive à calida orta ſit cauſa; contra aſthma, orthopnæam, & dyſpnæam, alioſque pulmonum affectus; uſus quoque eius eſt in maturanda pleuritide, & ſputo proliciendo, ſicut horum præcipua curatio per anacatharſim inſtituenda.* Doſis ad ℥ß.

## *LOHOCH ANTIHECTICUM.*

℞. Radicum ſymphyti maioris, tuſsilaginis, & enulæ mundæ ana ℥ij. Coque in aqua ad mollitiem, & extrahe pulpam, ac ſervæ; hinc ℞. Salviæ acuti, hyſſopi, veronicæ, hederæ terreſtris, & pulmonariæ ana M. ß. coque ad mollitiem in colatura à radicibus relicta: deinde cola, & in colatura coque paſſularum maior. & minorum ana ℥iij. extrahe pulpam, ac ſerva: in colatura à paſſulis relicta diſſolve ſacchari candi ℥iij. & coque ad ſyrupi craſsioris conſiſtentiam, cola, & colaturę adde pulpæ radicum, & paſſularum, amygdalarum dulcium, & pineorum optimè piſtator. & per ſetaceum equinum traiect. ana ℥iß. pulv. Cinnamomi ʒj. Croci ℈ß. fiat Lohoch, quod ſumitur lambendo ad ℥ß. ter, vel quater in die.

## *BOLUS FEBRIFUGUS.*

℞. Pulv. Gentianæ Indicæ ℥j. Aloes ſuccotrinæ ℥ß. Myrrhæ electę ʒiß. ſalis centaurij, & ammoniaci ana ℈ß. fiat Bolus cum ſyrupo Abſynthij. Doſis à ʒij. ad ʒiij. bis in die, quatuor hor. ante cęnam, & quatuor hor. ante cibum, ſuper bibendo ſingula vice ℥ij. aquę



UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN

cardui Benedicti, cum gr. viij. Salis Abſynthij, ad conſumptionem totius Boli.

## BOLUS ANODYNUS.

℞. Conſervæ roſarum antiquæ ʒij. Laudani opiati gr. iiß. fiat Bolus.

### VIRES.

*Confert in fluxu alvi, & ſimiliter dolorem ſedat, ſomnumque conciliat.*

## BOLUS NEPHRITICUS.

℞. Caſsiæ recenter extractę ℥j. ſeminis aniſi ℈j. tartari vitriolati ℈ß. fiat Bolus pro vna doſi.

## BOLUS AD CASUM.

℞. Spermatis ceti ℈j. ſalis volatilis cornu cervi gr. v. Balſami Peruviani gut. v. Terebinthinæ venetæ ʒß. ſyrupi de Meconio q. ſ. fiat Bolus.

### VIRES.

*Sanguinem coagulatum diſſolvit; vulneraque interna ſanat, Diaphoreſim, & Diureſim promovit. Contuſis detur (poſt vena ſectionem) ter in die. Apprime conducit Puerperis, ſtatim à Partu.*

***





## BOLUS DE CASSIA.

℞. Pulpæ caſsiæ recenter extractæ ʒvj. Terebinthinę venetæ (in aqua petroſelini lotæ) ʒiij. pulv. Rhabarbari ℈j. pulv. liquiritiæ q. ſ. fiat Bolus. *Præſcribitur ad arenulas, & contra gonorrhaam.*

# CAPUT II.

## *De Electuarijs in Pulverem Servatis.*

## DIAMARGARITON FRIGIDUM MAG.

℞. Margaritarum pp. ʒvj. roſar. rub. ℥ß. ſem. coriandri, tragacanthi, Doronici, gummi arabici, & trium ſantalor. ana ʒß. raſuræ cornu cervi, & eboris, & oſsium de corde cervi ana ʒj. corallij rubri pp. ʒiij. camphoræ ℈j. panor. auri, & argenti ana N. vj. Pulverentur ſubtiliter, & cribentur per ſetaceum ſericum; deinde ſupra pulveres hos ſcindantur panes auri, & argenti; vſuique reponantur.

### VIRES.

*Fortificat, ac roborat cor, principaliaque membra confortat, ac refrigerat.* Doſis à ℈j. ad ʒiß.

## ELECTUARIUM LETITIÆ GALENI.

℞. Raſurę eboris, & Margaritarum pp. ana ʒj. oſsis de corde cervi ʒß. præparentur ſupra porphyrum, inbibendo inter præparandum, ſuccorum pomorum dulcium, cydonicorum, borraginis, & vini albi optimi ana

cardui Benedicti, cum gr. viij. Salis Abſynthij, ad conſumptionem totius Boli.

### BOLUS ANODYNUS.

℞. Conſervæ roſarum antiquæ ʒij. Laudani opiati gr. iiß. fiat Bolus.

### VIRES.

*Confert in fluxu alvi, & ſimiliter dolorem ſedat, ſomnumque conciliat.*

### BOLUS NEPHRITICUS.

℞. Caſsiæ recenter extractę ℥j. ſeminis aniſi ℈j. tartari vitriolati ℈ß. fiat Bolus pro vna doſi.

### BOLUS AD CASUM.

℞. Spermatis ceti ℈j. ſalis volatilis cornu cervi gr. v. Balſami Peruviani gut. v. Terebinthinæ venetæ ʒß. ſyrupi de Meconio q. ſ. fiat Bolus.

### VIRES.

*Sanguinem coagulatum diſſolvit, vulneraque interna ſanat, Diaphoreſim, & Diureſim promovit. Contuſis detur (poſt vena ſectionem) ter in die. Apprime conducit Puerperis, ſtatim à Partu.*

*.*

BO-



### BOLUS DE CASSIA.

℞. Pulpæ caſsiæ recenter extractæ ʒvj. Terebinthinę venetæ (in aqua petroſelini lotæ) ʒiij. pulv. Rhabarbari ℈j. pulv. liquiritiæ q. ſ. fiat Bolus. *Præſcribitur ad arenulas, & contra gonorrhæam.*

## CAPUT II.

### *De Electuarijs in Pulverem Servatis.*

### DIAMARGARITON FRIGIDUM MAG.

℞. Margaritarum pp. ʒvj. roſar. rub. ℥ß. ſem. coriandri, tragacanthi, Doronici, gummi arabici, & trium ſantalor. ana ʒß. raſuræ cornu cervi, & eboris, & oſsium de corde cervi ana ʒj. corallij rubri pp. ʒiij. camphoræ ℈j. panor. auri, & argenti ana N. vj. Pulverentur ſubtiliter, & cribentur per ſetaceum ſericum; deinde ſupra pulveres hos ſcindantur panes auri, & argenti; vſuique reponantur.

### VIRES.

*Fortificat, ac roborat cor, principaliaque membra confortat, ac refrigerat.* Doſis à ʒj. ad ʒß.

### ELECTUARIUM LETITIÆ GALENI.

℞. Raſurę eboris, & Margaritarum pp. ana ʒj. oſsis de corde cervi ʒß. præparentur ſupra porphyrum, inbibendo inter præparandum, ſuccorum pomorum dulcium, cydoniorum, borraginis, & vini albi optimi

ana

UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN ®
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS
ALERE FLAMMAM VERITATIS

ana ʒiiß. & cum ſiccefcant miſceantur cum ſequentibus: ſeminis ocymi, croci exiccati, zedoariæ, xylobalſami, caryophyllorum, corticum citri ſiccor. galangæ, macis, nucis moſchatæ, & ſtyracis calamitæ ana ʒiiß. Ambræ griſſeæ, Moſchi, & camphoræ ana ʒß. aniſi, thymi, & epithymi ana ʒj. Subtiliter pulverentur, & per ſetaceum ſericum cribentur, & ſupra eos incinde panorum auri, & argenti ana N. xxxvj. vſuique ſerva.

### *VIRES.*

C*Alefacit, incindit, attenuatque humorem exiſtentem in præcrodijs. Valet etiam contra vapores melancholicos,* Doſis à ℈ß. ad ℈ij.

### *PULVIS AROMATICUS ROSATUS Gabrielis.*

℞. Florum roſarum noſtratum exunguatarum ʒxv. liquiritiæ raſæ ʒvij. ligni aloes, & ſantali citrini ana ʒiij. cinnamomi ʒv. macis, & caryophyllorum ana ʒiiß. ſpicæ ʒij. gummi arabici, tragacanthi, nucis moſchatæ, cardamomi, & galangæ ana ʒi. Ambræ ℈ij. Moſchi ℈j. fiat pulvis terendo vltimo Ambram, & Moſchum cum aliquo pulveris, cum cæteroque miſcendo.

### *VIRES.*

V*Entriculo imbecillo, aliiſque nutritioni deſervientibus inſtrumentis ſuccurrit. Ventriculi humiditatem, omnemque in eo putredinem emendat: concoctionem iuvat, & ex morbo convaleſcentibus auxiliatur.* Doſis à ʒß. ad ʒiß.

*PVL-*



### *PULVIS DIARHODONIS ABBATIS EX Nicolao.*

℞. Santalor. albor. & rubror. ana ʒiß. tragacanthi, gummi arabici, ſpodij, aſari, ſpicæ, maſtiches, cardamomi, croci, Xyloaloes, caryophyllor. Galliæ Moſchatæ Nicolai, aniſi, fœniculi, cinnamomi, ſucci glycyrrhizæ, rhabarbari, ſeminis Baſiliconis, berberis, ſcariolæ, portulacæ, papaveris albi, citruli, cucumeris, melonis, & cucurbitæ ana ℈j. oſsis de corde cervi, & Margaritar. ana ℈ß. roſarum & ſacchari canti ana ℥j. & ʒiij. camphoræ gr. vij. Moſchi gr. iiiß. fiat pulvis ſubtilis addendo poſtea ſemina quatuor maiora excorticata, per ſetaceum traiecta, optimèque incorporando.

### *VIRES.*

V*Alet adverſus ventriculi calorem, iecoris, lienis, pulmonumque, contra viſcerum dolores, & omnem totius corporis noxam à calore proficiſcentem.* Doſis à ℈j. ad ʒj.

### *DIAMOSCHUM DULCE EX MESUE.*

℞. Croci, Doronici, Zedoariæ, Ligni aloes, & Macis ana ʒij. Margaritar. pp. ſerici crudi, ſuccini, corallior. rubror. pp. Galliæ moſchatæ ex Meſue, & ocymi ana ʒiß. Behen albi, & rubri, folij, ſpicæ, & caryophyllor. ana ʒi. Zingiberis, cubebarum, & piperis longi ana ʒß. Moſchi ℈ij. ſubtiliter pulverentur, vſuique reponantur.

*VI-*

ALERE FLAMMAM VERITATIS
UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

### *VIRES.*

P*Rodeſt contra cordis palpitationem, frigidoſque affectus cerebri ſine febre, melancholiam, vertiginem, epilepſiam, & paralyſim: ſuccurrit difficiliter ſpirantibus, &c.* Doſis à ℈ß ad ʒß.

### DIAMOSCHVM AMARVM EIVSDEM.

℞. Croci, Doronici, Zedoariæ, ligni aloes, macis, ſerici crudi, margaritarum pp. ſuccini pp. corallij rub. pp. Galliæ Moſchatæ ex Meſue, ocymi, behen albi, & rubri, folij, ſpicæ, caryophyllor. caſtorij, & Liguſtici, ideſt ſeſeleos, ana ʒj. Zingiberis, cubebarum, & piperis longi ana ʒiß. Moſchi ℈ij. Abſynthij, & roſarum ana ℥ß. Aloes lotæ ʒiij. cinnamomi ʒiiß. fiat Pulvis.

*Liguſticum quid.*

### *VIRES.*

V*Alentior eſt ad ea, quæ ſupradicta ſunt, & præcipuè ad exiccandas humiditates ventriculi, & eius putrefactiones.* Doſis à ℈ß. ad ℈ij. Solet etiam confici hæc confectio, & tunc electualiſatur cum quadruplo ſacchari ſyrupiſati.

*Diamoſchum amarum confectum.*

### DIAMBRA EIVSDEM.

℞. Cinnamomi, Doronici, Caryophyllor. Macis, Nucis moſchatæ, folij, & galangæ ana ʒiij. ſpicæ, cardamomi maioris, & minoris ana ʒj. zingiberis ʒß. ſantali citrini, Ligni aloes, & piperis longi ana ʒij. Ambræ griſeæ ℈iv. Moſchi ʒß. fiat pulvis ſubtilis.

VI-



### *VIRES.*

C*Erebrum, ventriculum, cæteraque membra calefacit, ac roborat, exhilarat, coctionem iuvat, cor ipſum roborat, &c.* Doſis à ℈ß. ad ℈ij.

### PVLVIS DE GEMMIS SINE SPECIEBVS *Eiuſdem.*

℞. Margaritarum pp. ʒiij. Saphiror. pp. Hyacinthor. pp. Sardonici pp. Granator. pp. & Smaragdor. pp. ana ʒiiß. Corallij rub. pp. Charabe pp. & limaturæ eboris ana ℈ii. Cribentur per ſetaceum ſericum, & addantur panor. Auri, & argenti ana N. C.

### *VIRES.*

A*Bſorbent acida reperibilia in corpore, quare ſanguis refrigeratur.* Doſis à ℈j. ad ʒj.

### PVLVIS DE GEMMIS CVM SPECIEBVS *Eiuſdem.*

℞. Margaritar. pp. ʒiij. Saphiror. pp. Hyacinthor. pp. Sardonici pp. Granator. pp. fœruzegi pp. hoc eſt [illegible]ragdus, Cinnamomi, & Zurumbet, pro eo Zedoariæ ana ʒß. Doronici, corticum citri, macis, ocymi, & zedoariæ ana ʒij. Corallij rub. pp. Charabe pp. & eboris ana ℈ij. Behen albi, & rubri, caryophyllor. zingiberis, piperis longi, ſpicæ, croci, folij. Ambræ griſeæ, & Heyl, ideſt cardamomi maioris ana ʒj.

*Fœruzegui quid.*
*Zurumbet vere quid.*
*Heyl quid.*

Tra-

ALERE FLAMMAM VERITATIS
UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

Trochiſcorum Diarrhodonis, & Ligni aloes ana ʒv. Moſchi ʒß. folior. Auri, & Argenti ana N. C. Subtiliter pulverentur addendo in fine panes Auri, & Argenti.

## *VIRES.*

A*uxiliatur malis cordis, ventriculi, cerebri, iecinoris, & uteri frigidis. Item palpitationi cordis, defectioni animæ, ac concoctionis, triſtitiam denique citra cauſam ortam amovet.* Doſis à ℈j. ad ʒj.

## *PULVIS ROSATÆ DOVELLÆ.*

℞. Roſarum, & liquiritiæ raſæ ana ℥j. ʒj. & ℈iiß. cinnamomi ʒii. ℈ij. & gr. ij. caryophyllor. ſpicæ, Zingiberis, galangæ, Nucis moſchatæ, zedoariæ, ſtyracis calamitæ, cardamomi, & ſem. apij ana ℈j. & gr. viij. fiat pulvis.

## *VIRES.*

I*n frigida intemperie ventriculi, & in ventris ſubverſione utitur: flatus diſcutit:* Doſis à ʒß ad ʒiß.

## *DIATRAGACANTHUM FRIGIDUM EX Nicolao.*

℞. Tragacanthi albiſsimi ℥j. gummi arabici albi ʒv. amyli ʒij. glycyrrhizæ ℥j. camphoræ gr. vj. penidij ℥iß. Pulverentur, & cribentur, quibus adde quatuor ſeminum frigidor. maior. per ſetaceum equinum traiectorum ana ʒj. ſem. papaveris albi ʒiß.

*VI.*



## *VIRES.*

V*alet in affectibus pectoris, & pulmonum a calida, & ſicca cauſa ortum trahentibus; thoracis gravitatem allevat, & tuſſiculoſis ab intemperie calida opem fert; pleuriticis, peripneumonicis, tabidis, & macie confectis, linguæ itidem, & faucium aſperitati ſuccurrit, ac ſiti immodicæ, quam pulmonum calor invexit, confert.* Doſis à ʒß. ad ʒiß. Lambendo.

Cito ranceſcunt, quare non debemus habere paratos hos pulveres cum permiſtione ſeminum, ſed permiſcere ea, dum adminiſtrentur.

## *PULVIS HALY ABBATIS.*

℞. Sem. papaveris albi ʒv. gummi Arabici, amyli, tragacanthi, ſpodij pp. & liquiritiæ raſæ ana ʒiß. ſem. portulacę, goſſypij, althęæ, & maluæ ana ʒiiß. quatuor ſeminum frigidor. maior. mundator. & ſem. cydoniorum mundat. ana ʒiiiß. penidiorum ad pondus omnium. Fiat pulvis. *Convenit cum ſuperiori.*

## *PULVIS PECTORALIS MICHAELIS.*

℞. Radicis Ari, & Iridis Florentiæ ana ℥ß. florum ſulphuris ℥j. Antihectici Poterij ʒiij. florum Benzoini ʒij. fiat pulvis.

## *VIRES.*

I*n omnibus thoracis, & pulmonis affectibus præſentaneum eſt medicamentum.* Doſis ʒj. *in ſyrupis pectoralibus, ad modum lambili, mane ieiuno ſtomacho, & ſero ante cœnam.*

*VII.*

UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

## *PVLVIS STOMACHICUS EIUSDEM.*

℞. Radicis Aronis ℔j. Arcani Duplicati Mynſicht ℔ß. ſalis Abſynthij ℥iij. radicis calami aromatici, caryophyllor. & cinnamomi ana ℥j. macis, piperis longi, zingiberis, cubebarum, cardamomi, granor. paradiſi, ſem. chermes, zedoariæ, & coriandri ana ℥ß. fiat pulvis. Doſis à ℈ii. ad ʒiß.

## *PULVIS STOMACHICUS QVERCETANI.*

℞. Radicis Ari pp. ℥ij. Acori vulgaris, & pimpinellæ ana ℥j. oculor. cancrorum pp. ℥ß. cinnamomi ʒiij. Salis Abſynthij, & Juniperi ana ʒj. ſacchari roſati q. ſ. fiat pulvis.

### *VIRES.*

V*Entriculum roborat, affectus capitis; hemicraniam; vertiginem, melancholiam hypocondriacam, cachexiam: ad calculum, ac febres quartanas: habet etiam facultatem deoppilandi, tartarum reſolvendi, &c.* Doſis à ℈ß. ad ℈ij.

## *PVLVIS ARONIS COMPOSITUS.*

℞. Radicis Ari ℥ij. rad. acori vulgaris, pimpinellę, & ſaxifragiæ ana ℥j. oculor. cancrorum ℥ß. cinnamomi ʒiij. Salis Abſynthij, & Juniperi ana ʒj. fiat pulvis. Convenit cum ſuperiori.

PVL-



## *PVLVIS PAPÆ BENEDICTI.*

℞. Coriandri pp. Aniſi, fœniculi, carui, ſeſeleos, radicis dictamni albi, liquiritiæ, & cinnamomi ana ʒj. ſacchari albi ℔j. fiat Pulvis.

### *VIRES.*

C*Octionem iuvat, flatus diſsipat, calculos ex renibus expellit.* Doſis à ʒß. ad ʒij.

## *DIACYMINUM EX NICOLAO.*

℞. Cymini, pridie in aceto infuſi, & exiccati ʒj. & ℈j. cinnamomi, & caryophyllor. ana ʒiß. zingiberis, & piperis ana ʒij. & gr. v. galangæ, cymbræ, & calamenthi ana ℈v. Ameos, & Leviſtici ana ʒj. & gr. viij. piperis longi ʒj. ſpicę, cardamomi, & nucis moſchatæ ana ℈iiß. fiat Pulvis.

### *VIRES.*

V*Alet ad frigiditates, pectoris, ventriculi, & capitis, flatus diſsipat, coctionem iuvat.* Doſis ʒß. cum vino.

## *DIATRION PIPEREON MESVES.*

℞. Trium piperum ana ʒv. Zingiberis, Thymi, & aniſi ana ʒij. ſpicæ, & amomi ana ʒj. Caſsię ligneæ, ſem. apij, & ſeſeleos radicis enulæ, & aſari ana ʒß. ſubtiliter pulverentur, vſuique reponantur.

### *VIRES.*

V*Entriculum calefacit, coctionem iuvat, flatus diſsipat, &c.* Doſis à ℈ß. ad ʒß.

Q DIA-

UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

## DIATRION SANTALON.

℞. Trium Santalorum, & Roſarum rub. ana ʒij. & ℈ij. Rhabarbari, ſpodij, ſucci liquiritiæ, & ſem. portulacæ ana ʒij. amyli, gummi arabici, tragacanthi, ſeminum quatuor frigidor. maior. & ſcariolæ ana ℈iv. camphoræ ℈j. fiat Pulvis, ſub finem permiſcendo ſemina quatuor, per ſetaccum equinum traiecta.

### VIRES.

*CAlorem hepatis, & ventriculi mitigat, tabidis prodeſt.* Doſis à ℈j. ad ʒj.

## PVLVIS IMPERIALIS CONTRA EPILEPSIAM.

℞. Succini albi pp. ʒiß. Margaritarum pp. & ſmaragdor. pp. ana ʒij. Ligni aloes, cornu cervi crudi pp, radicis pæoniæ, ſem. eiuſdem, corallij, rubri pp. coriandri pp. florum tiliæ, ſpolij ſerpentis, Ligni Crucis, Philipendulæ, & Lapidis Bezoaris Orientalis ana ʒj. ſeminis rutæ domeſticæ ℈j. Pulverentur ſubtiliter, & adde panor. Auri, & Argenti ana N. xx. Doſis à ℈ß. ad ℈ij.

## PULUIS DE GUTTETA EX RIBERIO.

℞. Radicis, & ſeminis Pæoniæ, Dictamni albi, & viſci quercini ana ℥ß. ſeminis atriplicis ʒij. Cranij humani ʒij. Corallij rubri pp. & Hyacinthor. pp. ana ʒiß. vngulæ alcis pp. ℥ß. Moſchi ℈j. folior. Auri ʒj. fiat Pulvis ſubtilis.

### VIRES

*IN epilepſia puerorum egregius eſt.* Doſis à ℈ß. ad ℈j. *cum lacte, iuſcula, & panatellis.*

***   ***   ***

PVL-



## PVLVIS ANTIEPILEPTICVS.

℞. Cranij humani pp. raſuræ cornu cervi, vngulæ Alcis; & Cinnabaris Antimonij ana ʒj. ſtercoris Pavonis, coaguli leporis, ſecundinæ mulieris; ſeminis pæoniæ, & radicis eiuſdem ana ℥ß. Lapidis Bezoaris Occidentalis ʒß. Caſtorij ℈ij. Croci, & ſalis volatilis ſuccini ana ℈j. fiat Pulvis. Doſis à ℈ß. ad ʒß.

## PVLVIS CACHECTICVS QVERCETANI *ex Schrodero.*

℞. Limaturę chalybis cum aqua pp. vel cum ſulphure calcinatæ ℥j. fæculæ radicis Ari ʒiß. Ambræ griſeæ ʒß. Magiſterij corallior. Magiſterij Margaritar. ſuccini pp. & cinnamomi ana ℈jv. ſacchari q. ſ. ad gratum ſaporem, ideſt ℥iß. fiat Pulvis.

### VIRES.

*EST ſummum remedium ad cachexias, tam virginum, mulierum, quam virorum, iuvenum, ac ſenum.* Doſis ad ʒj. *mane ad aliquot menſes continuando.*

Servatur etiam hic pulvis abſque Ambra, & tunc appellatur Pulvis Cachecticus Quercetani ſine Ambra, vel Incompletus. *Pulvis Cachecticus Quercetani Incompletus, vel ſine Ambra.*

## PVLVIS CACHECTICVS LEMORTIS.

℞. Limaturę Chalybis pp. ℥j. Corallij rub. pp. fęculæ radicis Bryonię ana ʒij. cornu Cervi crudi, ſuccini pp. Cinnamomi, Macis. ana ℈jv. Sacchari ℥ij. fiat Pulvis.

### VIRES

*ACidum temperat, humores depravatos educit, menſes movet, cachexiæ mulierum, & virginum ſubvenit.* Doſis à ℈j. ad ʒj.

Q 2   PVL-

UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

## *PVLVIS E CHELIS CANCRORUM compoſitus ex Pharmacopea Londinenſi.*

℞. Margaritar. pp. oculorum cancrorum pp. corallij rub. pp. ſuccini albi pp. cornu cervi philoſophicè pp. & Lapidis Bezoaris Orientalis ana ℥ß. pulveris ex apicibus nigris cancrorum ad pondus omnium: fiat Pulvis, qui gelatina extracta ex pellibus viperarum excipi poteſt, vel inde poma parva efformari, cauteque ſiccanda, ad vſumque ſervanda.

### VIRES.

P*Vlvis hic eſt de Pulverum Bezoardicorum familia: valet in omnibus morbis malignis, ſanguinem purificat ſudorem cit, in variolis, morbilis, &c. mirifice prodeſt.* Doſis à ℈ß. ad ʒß.

Apices Cancrorum ſunt Putamina, ſeu eorum Teſta.

## DIAIREOS SIMPLEX.

℞. Pulveris radicis Iridis ℥j. ſpecierum Diatragacanthi frigidi, & ſacchari candidi ana ℥ß. fiat Pulvis.

### *VIRES.*

T*Vſsientibus difficulter ſpirantibus, auxiliatur, abſciſſæ vocis iacturam reſarcit, quæ refrigeratione contracta ſit.* Doſis à ℈ß. ad ʒß.

Solent etiam parari Tabellæ ex hoc pulvere, accipiendo ℥ß. pulverum, ſacchari canti pulverati ℥vij. & cum mucilagine tragacanthi, Tabellas formando.

## *PULVIS CONTRA CASUM MESVES.*

℞. Rhabarbari ʒj. Mumiç gr. ij. Rubiæ tinctorum gr. iß. fiat Pulvis pro vna doſi in vino ſtryptico, ſeu aq. plantaginis.

Ma-



Manardus putat hic ſubeſſe mendum; quam enim (ait) vim hac in re habere poteſt tàm exigua mumiæ, & rubiæ quantitas, præſertim cum Avicennas rubię ʒj. cum rhabarbari ʒj. commiſceat.

Monachi Meſues Commentatores in antiquo ſuo exemplari legunt rubiæ gr. xv.

## *PVLVIS CONTRA CASVM GVIDONIS.*

℞. Boli Armenæ pp. Terræ Sigillatę, & Mumiæ ana p. æq. fiat Pulvis. Doſis ad ʒj.

## *PVLVIS AD CASVM EX AVGVSTANA.*

℞. Terræ Sigillatæ, ſeu Boli Armenæ, ſanguinis Draconis, & Mumiæ ana ʒij. ſpermatis Ceti ʒj. Rhabarbari ʒß. fiat Pulvis.

### *VIRES.*

P*Ropinatur præcipitatis, ruptis, contuſis, fractis, ex vino aſtringente.* Doſis ʒj. in ℥ij. vini.

## *PVLVIS CONTRA SPVTVM SANGVINIS Serapionis, vt ſcaligerus refert.*

℞. Spodij, roſarum, Boli Armenæ, terræ ſigillatę, & Lapidis hæmatitis ana ℥ß. Corallij rub. pp. ſuccini pp. Margaritar. pp. ana ʒiiß. gummi arabici, & tragacanthi ana ʒij. ſem. portulacæ, maluæ, arnogloſſi id eſt plantaginis, cornu cervi vſti, amyli torrefacti, & ſem. roſar. rubrar. ana ʒiij. fiat Pulvis. Doſis ʒiij. cum aqua pluviali, vel plantaginis.

## *PVLVIS AD DISSOLVENDOS SANGVINIS grumos Paracelſi.*

℞. Rhabarbari electi ʒij. mumiæ ʒß. Laccæ rubræ, &

Q 3 ſpec.

UANL
UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

ſpermatis Ceti ana ʒj. boli armenæ, & terræ ſigillatę ana ʒß. radicis hirundinariæ ʒiij. fiat Pulvis.

## *VIRES.*

V*Alet ad ecchymoſin tam intrinſecam, quàm extrinſecam tollendam: nec eſt ut plura remedia requiras, hic enim pulvis, & oleum ad ſanguinem concretum reſolvendum deſcriptum ejuſdem Paracelſi nunquam te etiam in ſummo periculo deſtituent.* Doſis ʒj. *in aqua flor. tiliæ, vel ſimili.*

## *PULVIS NURSINUS CONTRA VERMES EX Amato Luſitano.*

℞. Corallinæ, & ſantonici ana ℥j. Dictamni albi, Biſtortæ, & Tormentillæ ana ℥ß. fiat Pulvis. Doſis à ℈j. ad ʒj.

Si elegantiorem operationem in hoc pulvere deſideras; ei adde ℥ß. Æthiopis mineralis,

## *PULVIS AD URINÆ INCONTINENTIAM.*

℞. Agrimonię ℥j. membranarum internarum ventriculi Gallinæ (vulgo *mollexa*) ℥ß. Cineris Echini terreſtris ʒiij. fiat Pulvis.

## *VIRES*

H*ujus pulveris uſus commendatur adverſus urinæ incontinentiam, & cum utilitate ij, qui in lecto mingunt tempore ſomni, illum ſunt experti ſumendo à* ʒß. ad ʒj. *antequam accumbant, cum e jus medico.*

## *PULVIS APPETITUM EXCITANS.*

℞. Pulveris corticum arantiorum ʒj. tartari vitriolati, & ſalis Abſynthij ana ʒß. fiat Pulvis. Doſis ad ℈j.

*PUL-*



## *PULVIS AD MORSUM CANIS RABIDI.*

℞. Thuris ʒj. Gentianæ ʒv. Cancrorum fluviatilium captorum Menſe Iulio paulò ante ingreſſum ſolis in ſigno Leonis ʒx. fiat omnium Pulvis, & ſervetur uſui.

## *VIRES.*

I*Nter venena maximè pertimeſcenda meritò annumerandum eſt rabientis canis venenum, quod ſæva, ac immania etiam poſt temporis diuturnum lapſum ſolet proferre ſymptomata, quæ abſque morte miſeri ægrotantis non ſolvuntur, ad horum ſymptomatum præſervationem excogitarunt prudentiores medici pulverem quendam, qui primum à Galeno propoſitus lib. 11. de ſimpl. med. facultate cap. de Cancris, deinde à compluribus Doctoribus comprobatus, tamquam res experta.* Doſis à ʒß. ad ʒiß.

## *PULVIS EUPHRAGIÆ COMPOSITUS.*

℞. Euphragiæ ℥ß. ſem. fœniculi ʒij. nucis moſchatæ, & macis ana ʒj. ſacchari ℥j. fiat Pulvis.

## *VIRES.*

P*Ræter viſus debilitatem, eximiè valet etiam ad capitis dolorem, ſi quotidie, ſub ingreſſum in lectum, aſſumantur* ℈ij. *cum hauſtulo vini albi.*

## *PULVIS HYERÆ SIMPLICIS GALENI.*

℞. Cinnamomi, Xylobalſami, aſari, ſpicæ, croci, & maſtiches ana ʒvj. Aloes ʒC. Spica, Maſtiche, & crocus ſubtiliter pulverentur, cætera per ſetaceum equinum mediocriter cribentur, & miſtà omnia ſerventur.



UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

*VIRES.*

*SUccos viſcoſos in tunicis ventriculi contentos expellit.* Doſis à ʒj. ad ʒij.

Quamquam Antiqui Xylobalſamum mediocriter pulverabant, cum nos accipiamus pro eo Lignum Aloes, & virtus eius præcipue in reſina ſua balſamica conſiſtat, ſubtiliter pulverari debet.

*PULVIS HYERÆ PICRÆ EX RHASIS PRO ſuis Pilulis.*

℞. Roſar. rubr. ſpicæ, Maſtiches, Xylocaſsiæ, Xylobalſami; carpobalſami, cinnamomi, & Aſari ana ʒj. Aloes ſuccotrinæ ℥ij. fiat Pulvis S. A.

*PULVIS CORNACHINI SOLUTIVUS.*

℞. Scammonij ſulphurati, cremoris tartari, & Antimonij Diaphoretici ana p. æq. fiat Pulvis. Doſis à ℈ß. ad ℈ij.

Appellatur etiam Pulvis de Tribus: Pulvis Solis, Lunę, & ſplendoris: etiam Pulvis Comitis Vuervich.

*PULVIS MENSES PROVOCANS EX Renodæo.*

℞. Myrrhæ ℥j. ſabinæ, & cinnamomi ana ℥ß. ſem. apij, petroſelini, ſchœnanthi, aſari, & ſpicæ ana ℈viij. fiat Pulvis. Doſis ʒj. in ℥ij. aquæ fœniculi, & ℥ß. ſyrupi capillor. veneris.

*PULVIS PARTUM PROVOCANS EX AUGUSTANA.*

℞. Cinnamomi ʒj. croci ʒß. caſtorij gr. iv. Aſſæfœtidæ ℈j. Pulverata vltima contritione adminiſtrentur cum



cum ℥iv. aquæ Artemiſiæ, & ℥j. ſyrupi capill. veneris, pro duobus Doſibus.

*PULVIS RESTRICTIVUS EX FRAGOSO.*

℞. Maſtiches, Thuris, Myrrhæ, & ſanguinis Draconis ana ℥ß. Roſarum rubrar. corticum granator. Myrtillor. Balauſtriar. & Nucum Cupreſsi ana ℥j. Lapidis hæmatitis, & Boli Armenæ ana ℥ij. Biſtortæ ℥iij. fiat Pulvis.

*VIRES.*

*VAlet ad condenſandum, & incraſſandum ſanguinem; ad comprimendas, & reaffirmandas partes laxas, & ſolutas.* Doſis ad ʒj. *Ad externa in forma linimenti, aut cataplaſmatis in oſsium fracturis, in contuſionibus, & profluvijs ſanguinis narium, &c.*

Appellatur vulgo *Polvos da toda vizma.*

*PULVIS CÆPHALICUS VIGONIS.*

℞. Aloes hepaticæ ℥iß. Myrrhæ ℥ß. Sarcocollæ, Thuris, & Maſtiches ana ʒij. fiat Pulvis.

*VIRES.*

*ADminiſtrantur in fracturis cranij, ad eum exſiccandum lavando eum primo cum aqua ſequenti.*

℞. Aquæ vitæ ℥x. Myrrhę ℥j. Aloes ℥ij. croci ℈j. Sarcocollæ, & Thuris ana ʒij. Inſundantur per horas octo, mox coletur ad v[illegible].

Appellantur vulgo à chyrurgis: *Polvos de la coloradilla,* ſeu *encarnativos de Juan de Vigo.*

*PULVIS PRO NEBUCULIS OCULORUM.*

℞. Tutiæ pp. & ſacchari canti ana ʒj. oſsis ſepię, & ſter.

ſtercoris Lacerti ana ʒß. Margaritar. pp. ℈j. fiat Pulvis ſubtiliſsimus.

### PVLVIS CAPITALIS.

℞. Spicæ ʒj. Stœchadis, Maioranæ, flor. roris marini, & Lavendulæ ana ʒij. Betonicæ ℥j. ſantali citrini, & rad. Iridis ana ʒß ſerpylli ℥ß. Peti optimi ℥jv. fiat pulvis. *Optime purgat Caput.*

### PVLVIS BENEDICTVS AD CANCRVM *Hartmanni.*

℞. In menſe Iunio, Iulio, & Auguſto radicis Dracunculi maioris, quas ſcinde in plures particulas, ſuſpende in loco, vbi ſpirant venti, cum ſiccatę ſint, earum accipe ℥iij. Hinc.

℞. Sandarachan ab Antiquis, à vulgo dictam Arſenicum album calcinoſum, non ſplendidum, quaſi vitrum, non rubeum, quod præpara ſequenti modo. ℞. Arſenici dicti q. v. ſubtiliſsime pulveriza, per 15. dies de tertio, in tertium appone aquam vitæ in loco calido, & cooperiat arſenicum, poſt triduum nova aqua vitæ apponatur, & illa, quæ prius adfuit abijcienda. Miſce ſimul cum aqua, & tunc erit præparatum cuius accipe ℥j. Deinde.

℞. Fuliginem, quę reperitur in caminis, non antiquam, neque arenoſam, ſed quæ in ſe habeat ſalſuginem, cuius accipe ʒiij.

Tria ſupra dicta miſceantur, & fiat pulvis impalpabilis ſuper porphyritem, ſervetur in loco bene clauſo, ne humiditatem recipiat, & quantò magis inveteratur, tantò pretioſior eſt. Ante annum ad vitam non erit bonus. *Per aquam vitæ intelligitur ſpiritus vini.*

### VIRES

*PVlverem iſtum Benedictum ad vtilitatem generis humani à Domino ſibi datum eſſe inquit Hartmannus. Si can-*



*cancer eſt vlceratus, abſterſo prius vlcere ab omni ſanie, & virulentia, aſperge pulverem, & cum bombace tege, ac cum ſputo lineas circum circà, vt adhæreat; cum adhæret nunquam cadit, niſi vnà, radices ſecum eradicet. Si dolorem inferat, non removeatur, ſed circum oleo roſaceo illinatur, vſque dum per ſe cadat. Poſteà cum incarnativis, mundificativis, & digeſtivis, perficiatur curatio.*

## CAPVT III.

### *De Tabellis, ſeu Tabulis, vel Morſulis.*

### TABELLÆ DE MARGARITIS, MANVS *Chriſti Perlatæ dictæ.*

℞. Sacchari albiſsimi in aqua roſata diſſoluti, & ad conſiſtentiam tabellarum cocti ℥iij. Margaritarum pp. ʒj. miſce, ac forma tabellas ſplendentes.

### VIRES.

*COR, ac membra genitalia roborant, venena pellunt, ac animum mirabiliter exhilarant; & ideò febribus apprimè conveniunt.* à ʒj. ad ℥j.

### TABELLÆ ANISATÆ SOLVTIVÆ.

℞. Scammonij glycyrrhiſati ʒij. Tartari ſolubilis ʒj. olei Aniſi diſtillati ℈j. Sacchari pulverati ℥x. Scammonium miſceatur optimè in mortario marmoreo cum tartaro, hinc addatur ſaccharum, poſtea oleum, & cum glutine tragacanthi formentur Tabellæ. Doſis à ʒj. ad ʒij.

### TABELLÆ MECHOACANNÆ SCHRODERI.

℞. Conſervæ violarum ℥j. ſpecierum Diatragacanthi fri-

ALERE FLAMMAM VERITATIS
UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

frigidi ʒij. turbith, & Mechoacannæ albæ non cariolæ ana ʒß. Diagrydij ʒij. ol. cinnamomi gr. vj. ol. Aniſi gr. jv. ſacchari in aqua fœniculi ſoluti ℥xjv. formentur S. A.

### VIRES.

*Purgant bilem, ac phlegma.* Doſis ab ʒß. ad ℥j.

### TABELLÆ DIALTHÆÆ.

℞. Pulveris radicis Altheæ ℥ij. glycyrrhizæ ℥j. florum ſulphuris ʒij. ſacchari optimi ℔j. aquæ tuſſilaginis q. ſ. formentur S. A.

### VIRES.

E*xpectorant, emolliunt, laxant, diſcutiunt, dolores leniunt, tumores maturant, acrimoniam mitigant, & corrigunt.* Doſis ad ℥j. *Lambendo.*

### TABELLÆ DIATRAGACANTHI FRIGIDI.

℞. Specierum Diatragacanthi frigidi recent. ʒß. Moſchi, & Ambræ ana gr. j. Zibethi gr. ij. ſacchari optimi ℔j. aquæ roſar. damaſcenar. q. ſ. fiant tabellæ.

### VIRES.

I*n affectibus pectoris proſunt, ſpiritus roborant.* Doſis ad ℥j.

### TABELLÆ ROSARVM.

℞. Roſar. rubrar. exungulatarum ʒvj. gummi Arabici, & tragacanthi ana ʒß. ſacchari optimi ℔j. & ℥iv. aquæ roſar. q. ſ. vt fiat paſta, ex qua formentur tabellæ, ſeu Rotulæ.





### VIRES.

I*N catharris, tuſſibus inveteratis, &c. valent. Addi poſſunt ol. Nucyſtæ guttæ aliquæ.* Doſis ad ℥ij.

### TABELLÆ ROSARVM ALIÆ.

℞. Roſar. rubr. ab vngulis expurgatar. contuſar. ℥ij. ſacchari albi ℔j. aquæ roſar. ℥j fiant rotulæ S. A.

### VIRES.

C*aput, ac cerebrum confortant, ac fluxiones efficaciſſimè abſumunt.* Doſis ad ℥iij.

### TABELLÆ VIOLARUM.

Parantur eodem modo ſumẽdo pro aqua roſarum, aquam violarum. Poſſunt etiam parari ex ſucco violarum v.g. ℞. Succi violarum à parte herbacea mundatarum ℥v. ſacchari pulverati ℥xxx. miſce, & coque ad formam Tabellarum.

### VIRES.

F*auces, ac pectus leniunt, gutturis aſperitati medentur, mucilaginem tartaream pulmonum emolliunt.* Doſis ad ℥iij.

### TABELLÆ PECTORALES SCHRODERI.

℞. Sacchari candidi ℥j. florum ſulphuris benzoinator. ʒij. Ambræ griſſeæ gr. vj. Moſchi gr. ij. ol. fœniculi gr. iij. formentur Rotulæ cum gummi tragacanthi in aqua ſcabioſæ ſoluto.



UANL UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN ® DIRECCIÓN GENERAL DE

### TABELLÆ DIARRHODONIS.

℞. Pulveris Diarrhodonis Abbatis ℥iß. ſyrupi roſar. facti ex aquæ roſatæ, & ſacchari partibus æqualibus, & ad conſiſtentiam iuſtam tabellarum cocti ℔j. fiant tabellæ S. A. conveniunt cum pulvere Diarrhodonis.

### ROTULÆ LAC PROVOCANTES MYNSICHT.

℞. Cryſtalli montanę pp. ℥ß. corallij rub. ʒj. Margaritar. pp. & piperis longi ana ʒß. ol. ſem. fœniculi ℈j. ſacchari albiſsimi in aq. nucis moſchatæ diſſoluti ℥viij. fiant tabellæ, ſeu Rotulæ S. A.

### VIRES.

*IN provocatione lactis ſecretum eſt: dantur nutricibus ſingulis diebus, mane, meridie, & veſpere.* Doſis ad ℥ß.

### ROTULÆ PVRGANTES PHARMACOPEÆ *Bipartitæ.*

℞. Reſinæ ſcammonij ʒij. cryſtalli tartari ℥iß. ſpecierum Diatragacanthi frigidi ʒj. ſacchari in aq. roſar. diſſol. ℔ß. olei cinnamomi diſtillati gt. iv. fiant Rotulæ S. A.

### VIRES.

*Bilem ac pituitam aduſtam evacuant, pectus leniendo, ac fauces exonerando, nec non pulmonum craſsitiem emolliendo. In doloribus arthriticis magnum, ac expertiſsimum eſt remedium.* Doſis à ʒiß. ad ʒiij.

### MORSELLI RESTAVRATIVI.

℞. Carnis pectoris Caponis, vel Gallinæ elixatæ, & tritæ, ac per cribrum tranſmiſſæ ℥iij. ſacchari diſſolu-

ti



ti in aqua roſarum ℔j. miſce. & fiant Morſelli.

### VIRES

*COR, ac membra cætera reſtaurant, & hinc debilitatem expellunt, ac robur ægrotantibus afferunt. Doſis N. ij. ſemper poſt horam diminutam continuando.*

N. Nondamus regulas generales, inter ſaccharum, & pulveres pro tabellis parandis, quia ſimplicia aliqua ingratiora, ſeu fortiora ſunt, quibus maior quantitas ſacchari, quam gratis, ac mitioribus addenda eſt.

## CAPVT IV.

*De Conſervis, ſeu Conditis.*

### CONDITVM PRVNORVM DAMASCENOrum Solutivum.

℞. Conditi prunorum facti S. A. ℔j. ſcammonij, & cryſtalli tartari ana ʒiij. ſennæ, & jalappę ana ʒj. caſsiæ ligneæ ʒiß.

Scammonium & cryſtallus tartari optimè ſimul in mortario marmoreo pulverentur, cæteraque pulverata ſubtiliter omnia miſceantur cum condito, vſuique conſerva reponatur. Doſis à ʒij. ad ℥j.

Cōditum Ceraſorum Acriorum paratur eodem modo, ſumendo pro condito prunorum conditum Ceraſorum Acriorum. *Conditum Ceraſorum Acriorum.*

### CONDITVM AD MORBVM GALICVM.

℞. Similacis Aſperæ ℔ß coquantur in ℔xij. aquæ ad octo librarum conſumptionem: cum colatura, & mellis ℔ij. fiat ſyrupus, cui adde in pulverem ſmilacis aſperæ, ſennæ, & polypodij ana ℥iß. hermodactylor. ℥j. Æthiopis mineralis ℥ß. miſceantur optimè ex lætis gnem. Doſis ad ℥j. ſingulis diebus mane, ac nocte totidem, ad conſumptionem conditi.

CON.

UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

### TABELLÆ DIARRHODONIS.

℞. Pulveris Diarrhodonis Abbatis ℥iß. ſyrupi roſar. facti ex aquæ roſatæ, & ſacchari partibus æqualibus, & ad conſiſtentiam iuſtam tabellarum cocti ℔j. fiant tabellæ S. A. conveniunt cum pulvere Diarrhodonis.

### ROTULÆ LAC PROVOCANTES MYNSICHT.

℞. Cryſtalli montanę pp. ℥ß. corallij rub. ʒi. Margaritar. pp. & piperis longi ana ʒß. ol. ſem. fœniculi ℈j. ſacchari albiſsimi in aq. nucis moſchatæ diſſoluti ℥viij. fiant tabellæ, ſeu Rotulæ S. A.

### VIRES.

*IN provocatione lactis ſecretum eſt; dantur nutricibus ſingulis diebus, mane, meridie, & veſpere.* Doſis ad ℥ß.

### ROTULÆ PVRGANTES PHARMACOPEÆ *Bipartitæ.*

℞. Reſinæ ſcammonij ʒij. cryſtalli tartari ℥iß. ſpecierum Diatragacanthi frigidi ʒi. ſacchari in aq. roſar. diſſol. ℔ß. olei cinnamomi diſtillati gr. iv. fiant Rotulæ S. A.

### VIRES.

*Bilem, ac pituitam aduſtam evacuant, pectus leniendo, ac fauces exonerando, nec non pulmonum craſsitiem emolliendo. In doloribus arthriticis magnum, ac expertiſsimum eſt remedium.* Doſis à ʒiß. ad ʒiij.

### MORSELLI RESTAVRATIVI.

℞. Carnis pectoris Caponis, vel Gallinæ elixatæ, & tritæ, ac per cribrum tranſmiſſæ ℥iij. ſacchari diſſoluti



ti in aqua roſarum ℔j. miſce. & fiant Morſelli.

### VIRES

*COR, ac membra cætera reſtaurant, & hinc debilitatem expellunt, ac robur ægrotantibus afferunt. Doſis N. ij. ſemper poſt horam dimidiam continuando.*

N. Nondamus regulas generales, inter ſaccharum, & pulveres pro tabellis parandis, quia ſimplicia aliqua ingratiora, ſeu fortiora ſunt, quibus maior quantitas ſacchari, quam gratis, ac mitioribus addenda eſt.

## CAPVT IV.

*De Conſervis, ſeu Conditis.*

### CONDITVM PRVNORVM DAMASCENOrum Solutivum.

℞. Conditi prunorum facti S. A. ℔j. ſcammonij, & cryſtalli tartari ana ʒiij. ſennæ, & jalappę ana ʒj. caſsiæ ligneæ ʒiß.

Scammonium & cryſtallus tartari optimè ſimul in mortario marmoreo pulverentur, cæteraque pulverata ſubtiliter omnia miſceantur cum condito, vſuique conſerva reponatur. Doſis à ʒij. ad ℥j.

Cōditum Ceraſorum Acriorum paratur eodem modo, ſumendo pro condito prunorum conditum Ceraſorum Acriorum. *Conditum Ceraſorum Acriorum.*

### CONDITVM AD MORBVM GALICVM.

℞. Similacis Aſperæ ℔ß. coquantur in ℔xij. aquæ ad octo librarum conſumptionem; cum colatura, & mellis ℔ij. fiat ſyrupus, cui adde in pulverem ſmilacis aſperæ, ſennæ, & polypodij ana ℥iß. hermodactylor. ℥j. Æthiopis mineralis ℥ß. miſceantur optimè extraignem. Doſis ad ℥j. ſingulis diebus mane, ac nocte totidem, ad conſumptionem conditi.

CON.

UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN
DIRECCIÓN GENERAL

## CONDITVM ROSARVM RVBRARVM.

℞. Roſar. rubrar. non dum perfectè explicatarum, & exunguatarum ℔j. tere cum piſtillo ligneo in mortario marmoreo, donec lævigentur: adde paulatim ſacchari optimi ℔iij. tere denuó vt exactè miſceantur, & repone in vaſe idoneo, & in ſola per menſem.

### VIRES.

*Cephalicum, & cardiacum eſt, caput, & reliqua viſcera roborat, ipſum æſtum mitigat, & fluxiones ſiſtit.* Doſis ad ℥ij.

## CONDITVM ROSARVM PERSICARVM.

Paratur eodem modo, quo conditum Roſarum Rubrarum.

### VIRES.

*Valet ad purgandam choleram, & clarificandum ſanguinem.* Doſis ab ℥j. ad ℥iij.

## CONDITVM VIOLARVM.

℞. Flor. violar. recentium à parte herbacea purgatar. ℔j. Sachari albiſsimi ℔iij. fiat vt conſerva Roſarum.

### VIRES.

*Bilis incendium mitigat, reliquorum humorum ardorem extinguit, ſitim temperat, aluum ſubducit, fauces, & aſperam arteriam lenit, & dilatat, & omnibus thoracis affectibus convenit.* Doſis ad ℥ij.

CON-



## CONDITVM FLORVM MALVARVM.

Paratur vt conſerva Roſarum.

### VIRES.

*Valet ad hepatis caliditatem refrigerandam, hinc gonorrhæam adiuvat, vrinæ ardorem demulcet, alvum leniter lenit, tuſsis raucedinem prohibet, renes clementer refrigerat, incraſſat, & expurgat.* Doſis ad ℥ij.

## CONDITVM FLORVM TVNICÆ.

Paratur eodem modo.

### VIRES.

*Cephalalgiam, ac ſincopem, & palpitationem cordis levat. Commendatur in vertigine, apoplexia, epilepſia, aliſque capitis, & nervorum affectibus.* Doſis ad ℥iß.

## CONDITVM ABSYNTHII.

℞. Florum, ſeu ſummitatum abſynthij, ℔i. piſtentur, addendo paulatim ſacchari ℔iij. triturentur denuo, & inſolata reponatur in vaſe vitreo.

### VIRES.

*Stomachum, & caput roborat, lumbricos necat, & expellit, vteri ſuffocationem adiuvat, flatus diſsipat, doloribus hypocondriacis medetur.* Doſis ad ℥iß.

## CONDITVM RADICIS SCORZONERÆ.

℞. Radicum viperinæ mundatar. q. v. coque in aqua ad molitiem, cola, & radices tere, ac per ſe-



ca-

UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN
ALERE FLAMMAM VERITATIS
UANL
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS ®

taceum equinum tranſcola, & accipe huius paſtæ ℔j. ſacchari in colatura diſſoluti, & ſyrupiſati ℔ij. coque ad perfectam conſiſtentiam, & ſerva.

### VIRES.

S*Uaviter cardiacis, ac melancholicis ſubvenit, commendatur in peſte, epilepſia, vertigine, uteri ſuffocatione, & valet pro venenis diſcutiendis.* Doſis ab ℥ß. ad ℥ij.

## CONDITVM PRVNORVM DAMASCENORVM

℞. Prunorum Damaſcenorum q. v. coque ad mollitiem, èxtrahe pulpam per ſetaceum equinum, ex qua accipe ℔j. cui miſce ſacchari in decoctione ſeparata prunorum diſſoluti, & ſyrupiſati ℔ij. coque ad conſiſtentiam iuſtam lento igne, vſuique repone.

### VIRES.

V*Alet ægritudinibus cholericis, alterat enim malitiam earum, & ſolvit materiam, à qua fiunt.* Doſis ab ℥j. ad ℥iij.

Eiſdem rationibus parantur conſervæ, ſeu condita ex omnibus floribus, folijs, ſeu herbis, fructibus, & radicibus, Vide Lib. I. Cap. V.

## CAPVT V.

### *De Pilulis.*

## PILVLÆ AGREGATIVÆ MESVES.

℞. Myrobalanorum citrinor. & Rhabarbari ana ℥ß. Myrobalanor. Chebulor. & Indorum, agarici, colocynthidis, Polypodij, ſuccor. inſpiſſator. abſynthij, & eupatorij ana ʒij. ſcammonij electi cocti in pomo, turbith, & aloes ana ʒvj. Maſtiches, roſa-



rum, ſalis gemmæ, epithymi, aſari, & Zingiberis ana ʒj. pulverentur, & fiat maſſa cum electuarij roſati ex Meſue, & ſyrupi roſati ana q. ſ. ex qua formentur orbiculi, qui cautè exiccati in umbra, reponantur.

### VIRES.

P*Olychreſta catapotia dicuntur, quod ad multos affectus corporis præter naturam ſint utilia, ac omnes humores purgant: ad varios enim capitis, ventriculi, iecoriſque affectus ſunt efficaces, nam purgant ex eijs, & feroſis, pituitoſis, & bilem utramque, quapropter ad diuturnas, & complicatas febres, ad vitia capitis, ventriculi, ac iecoris plurimum faciunt.* Doſis ad ʒij.

## PILVLÆ ALEPHANGINÆ EIVSDEM.

℞. Cinnamomi, cubebarum, ligni aloes, calami aromatici, nucis moſchatæ, cardamomi, macis, caryophylor. radicis alari, maſtiches, ſchœnanthi, ſpicę, & galangæ ana ℥j. abſynthij ſicci, & roſarum ana ʒv. craſſiuſculè contuſa infundantur in aquæ ℔xij. coquantur lento igne, in duplici vaſe, ad duarum partium conſumptionem, deinde exprimantur fortiter, & colentur. In colaturæ ℔ij. diſſolve aloes ſuccotrinæ multoties in vitreo vaſe cum aqua pluvia elotæ, & ſiccatæ ℔j. Agitentur continuè in ſole, vel loco calido. Deinde adde pulveris Myrrhæ, & Maſtiches ana ʒv. croci ʒiij. Reſiduum colati decocti ex aromatibus affundito, & exiccetur ad ſolem, ſeu in loco calido, admiſcendo ſubinde quod denſatum eſt liquido, & linteo puro vas contegatur adverſus incidentiam muſcarum, & ſordium iniurias, atque ita reponatur maſſa. Conficiantur hæ pilulæ menſe Maio, Iunio, & Iulio.

### VIRES.

V*Entriculum, cerebrum, & ſenſoria omnia ab humoribus craſſis, putribus, & pituitoſis mundificant, ac inde na-*



UNIVERSIDAD AUTÓNOMA
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

*tos dolores tollunt, ſtomachi robur augent, coctionem promovent, appetitum inſtaurant, cruditates abolent; ac nutritorias partes, pleraſque, à noxorium humorum, frigidiorum præſertim accumulatione tuentur.* Doſis à ʒj. ad ʒij.

## PILVLÆ AGARICI EIVSDEM.

℞. Agarici ʒ iij. radicis iridis, Myrrhæ, & ſummitatum marrubij ana ʒj turbith ʒv. ſpecierum Hyeræ picrę ex Meſue ℥ß. ſarcocollæ, & colocynthidis ana ʒij. pulverentur, & formetur maſſa pilularis cum ſapæ q. ſ. vſuique exiccatæ reponantur.

### *VIRES.*

*THoracem à pituita craſſa, & putrida repurgant, ob id antiquæ tuſſi, & aſthmati aliiſque thoracis vitiis, à craſis, ac pituitoſis humoribus ortis auxiliantur.* Doſis ad ʒj.

## HYERA PICRA EX MESVE PRO SVIS PILVLIS

℞. Cinnamomi, Maſtiches, aſari, ſpicæ, carpobalſami, croci, xyloaloes, & caſsiæ ligneæ ana ℈j. aloes optimæ ʒv. & ℈j. triturentur S. A. & miſceantur omnia.

### *VIRES.*

*PRodeſt ad ægritudines capitis, ſtomachi, hepatis, & iuncturarum, renum, & membrorum frigidas; educit humiditates, & putredines in eis generatas.* Doſis ad ʒiß.

## ALOE LOTA SVCCO ROSARVM.

℞. Aloes optimæ mundę, & electæ ℥iv. ſucci roſar. rub. ℥viij tere aloem, & per craſsius cerniculum

cæ-



excute, & Maij menſe ſimul cum ſucco, ſolis radijs ſcutella vitrea, aut vitreata, linteo raro obturata, multoties movendo ad ſucci conſumptionem inſoletur, ex qua ferè ſiccata orbiculos finge, & vaſe vitreo loco frigido, & ſicco ad vſum repone.

### VIRES

*VEntriculum roborat, lumbricos enecat, & expellit, putredinem, arcet, ſuaviterque purgat.* Doſis à ℈ß ad ʒiß.

## ALOE LOTA SVCCO VIOLARVM.

Paratur eodem modo ſumendo pro ſucco roſarum, ſuccum violarum.

## PILVLÆ ARABICÆ NICOLAI.

℞. Aloes optimæ ℥ij. radicis Bryoniæ, Myrobalanorum; omnium, Maſtiches, Diagrydij, aſari, & roſarum ana ℥ß. caſtorij ʒiß. croci ʒß. ſucci fœniculi quod ſufficiat pro maſſa pilularis formanda.

### *VIRES*

*OMnes humores mirificè purgant, lætitiam generant triſtitiamque depellunt, mentis vigorem conſervãt, viſum acuunt, auditum amiſſum reparant, memoriam firmant, vertigini, hemicraniæ, ac dolori capitis ſuccurrunt.* Doſis ad ʒij.

## PILVLÆ ARTHRITICÆ EIVSDEM.

℞. Hermodactyllorum, turbith, & agarici ana ʒij. cin-
namomi, ſpicæ, xylobalſami, carpobalſami, galan-
gæ, caryophyllor. macis, aſſæ fœtidæ, cingiberis,
maſtiches, ſeminis fœniculi, aniſi, ſaxifragiæ, aſ-
parragi, bruſci, millij ſolis, roſarum, & ſalis
gemmæ ana gr. xv. diagrydij ℥ß. aloes optimæ ad

R j. pon-

UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

pondus omnium, id eſt ʒxiij ℈ij. & gr. vj. ſucci fœniculi q. ſ. fiat maſſa pilularum S. A.

### VIRES.

*AD arthritices dolores, & podagræ inſultus, nec non frigidorum humorum in articulos procubitus, aut defluxiones adhibentur.* Doſis ad ʒij.

### PILVLÆ ASSAIERET AVICENNÆ.

℞. Specierum hyerę picræ Galeni ℥ß. maſtiches, & myrobalanorum citrinor. ana ʒij. Aloes optimæ ℥j. cum ſyrupo de ſtœchade, aut aqua maioranæ fiant pilulæ S. A.

### VIRES.

*Bilem flavam, & pituitam leniter purgant, ventriculi affectibus, & capitis doloribus auxiliantur.* Doſis à ʒß. ad ʒij.

### PILVLÆ AVREÆ NICOLAI.

℞. Aloes, & Diagrydij ana ʒv. roſar. rub. & ſeminis apij ana ʒiiß. ſeminis aniſi, & fœniculi ana ʒiß. maſtiches, croci, & pulpæ colocynthidis ana ʒj. mellis roſati ſolut. aut mucilaginis tragacanthi q. ſ. formentur pilulæ S. A.

### VIRES.

*Caput purgant, ſenſus omnes, præcipuè oculorum aciem exacuunt, flatus ventriculi, & inteſtinorum diſſolvunt, ac citra moleſtiam alvum deijciunt; ad ſtomachicos, colicos, nephriticosque, valdè probantur.* Doſis ad ʒiß.





### PILVLÆ AMMONIACI QVERCETANI.

℞. Aloes cum aqua endiviæ ſolutæ, & purificatę ℥iv. gummi Ammoniaci in aceto ſcyllitico ſoluti, & colati, myrrhæ in vino igne B. M. diſſolutæ, & dum calet ad huc tranſcolatæ ana ℥ß. Maſtiches, & ſpecierum Diatrium ſantalor. ana ʒiß. croci ℈ij. ſalis fraxini, vel Abſynthij ℈iv. cum ſyrupo de ſtœchade, vel de ſucco roſarum fiat maſſa. S. A.

### VIRES.

*Purgant inſigniter tartarum, magnoperè conferunt adverſus omnes defluxiones, cachexias, opilationes lienis, eiuſdemque duritiem, & ſcirrhum, febres quartanas inveteratas: præſtantiſsimæ ſunt ad homines corpulentos evacuandos.* Doſis à ℈ß. ad ℈j. & vltra.

### PILVLÆ COCHIÆ RHASIS.

℞. Specierum Hyeræ picræ Rhaſis ʒx. colocynthidis ʒiij, & ℈j. Diagrydij ʒiiß. ſtœchadis, & turbith ana ʒv. ſyrupi de ſtœchade q. ſ. fiant pilulę. S. A.

### VIRES.

*Cephalicæ rectè dicuntur, eò quod caput magna efficacia expurgent, ideòque à nervis, craſſos, frigidoſque humores evacuent.* Doſis à ℈j. ad ʒiß.

### PILVLÆ FOETIDÆ MAIORES MESVES.

℞. Sagapeni, Ammoniaci, opopanacis, bdellij, colocynthidis, ſem. rutæ hortenſis, aloes, & epithymi ana ʒv. hermodactyllor. & eſulæ pp. ana ʒij. ſcãmonij ʒiij. cinnamomi, ſpicę, croci, & caſtorij ana ʒj. turbith ℥ß. zingiberis ʒiß. euphorbij ℈ij. Gummata diſſolvantur



UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

in ſucco porri depurato calefacto, quibus euphorbium per ſe tritum vna cum cæteris, addatur, pulveratis, vt lege artis in maſſam pilularum abeant addendo de ſucco porri q.ſ.

### *VIRES*

*Pituitam craſſam, lentam, ac tenacem evacuant: ob id affectibus inde natis; arthritidi, podagræ, gonagræ, ſpinæ quoque, ut juncturarum, nec non ventriculi, & coli doloribus proſunt: Elephantiaſim, & cutis vitia emendant; menſeſque movent, ac impurum uteri muccum emungunt.* Doſis ad ʒj.

## PILVLÆ FVMARIÆ AVICENNÆ.

℞. Myrobalanorum, citrinor. chebulor. Indorum, & ſcammonij ana ʒv. aloes ʒvij. omnia in pulverem redacta, ſucco fumariæ clarificato comprehendito, ſiccatique poſtea finito: deinde rurſus trita novo ſucco excipito: rurſus exiccato, & ſic tertio iterato, & poſtmodum in maſſam formato.

### *VIRES.*

*Pituitam ſalſam, bilioſos itidem, acres; ac aduſtos humores, à quibus pruritus, & ſcabies oriuntur, ſolvunt, & ſanguinem mundificant.* Doſis ad ʒiß.

## PILVLÆ HERMODATYLORVM MESVES.

℞. Hermodactylor. & aloes ana ʒv. Myrobalanor. citrinor. & turbith ana ℥ß. zingiberis ʒij. formentur pilulæ cum electuario roſato, ex Meſue.

### *VIRES.*

*Mirabiliter purgant humores craſſos, & pituitoſos.* Doſis ad ʒij.

PL.



## PILVLÆ HERMODACTYLORVM MAIORES Eiuſdem.

℞. Hermodactylor. myrobalanor. citrinor. aloes, turbith, colocynthidis, bdellij, & ſagapeni ana ʒvj. caſtorij, ſarcocollæ, euphorbij, opopanacis, ſem. rutæ, & apij ana ʒij. croci ʒiß. Gummata in ſucco braſicæ calefacto diſſolvantur, atque ijs per ſetaceum traiectis, euphorbium, & caſtorium ſimul trita junguntur; eis deinde addantur reliqua pulverata, & cum ſufficienti quantitate ſucci braſicæ depurati formentur pilulæ.

### *VIRES.*

*Craſſos, viſcidos, & frigidos humores ex remotiſſimis partibus educunt, quo nomine articularijs morbis, vt arthritidi conveniunt.* Doſis ad ʒiß.

## PILVLÆ ANGELICÆ FRANCFORT.

℞. Aloes lotæ ſucco roſarum rub. ℔j. cremoris tartari, croci, myrrhæ, maſtiches, & ſcammonij ana ℥ß. ſalis abſynthij ʒij. ſantali rubri ʒij. & ℈ij. formentur Pilulæ cum glutine tragacanthi.

### *VIRES.*

*Mirabilitèr purgant craſſos, & tartareos humores, obſtructiones reſerant, flatus incluſos diſſipant, ſtomachum roborant, & corruptioni reſiſtunt.* Doſis à ℈j. ad ℈ij.

## PILVLÆ HYERÆ GALENI.

℞. Specierum Hyeræ picræ Galeni ℥ij. mellis roſati q.ſ. fiat maſſa.

VI-

UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

### *VIRES.*

V*Entriculi noxis ex humoribus bilioſis, & pituitoſis natis proſunt.* Doſis ad ʒj.

### PILVLÆ HYERÆ CVM AGARICO EX Valerio Cordo.

℞. Specierum Hyeræ ſimplicis Galeni ſine Aloe; & Agarici trochiſcati ana ℥ß. Aloes optimæ ℥j. cum melle roſato fiat maſſa pilularis S. A.

### *VIRES.*

A*Uxiliantur ſtomachicis, aſthmaticis, & alijs ſtomachi humoribus natis, & thoracis vitijs à craſsis, & pituitoſis.* Doſis ad ʒj.

### PILVLÆ INDÆ HALY EX MESVE.

℞. Mirobalanor. Indorum, ellebori nigri, & polypodij ana ʒv. epithymi, & ſtœchadis ana ʒvj. agarici, lapidis lazuli loti, & pp. colocynthidis, & ſalis Indi, aut gemmæ ana ℥ß. ſucci eupatorij inſpiſſati, & ſpicæ ana ʒij. caryophyllor. ʒj. pulveris Hyeræ picræ ex Meſue ℥iß. formentur pilulæ S. A. cum ſucco apij.

### *VIRES.*

P*Erutiles ſunt ad cancrum, elephantiaſim, alphos nigros curatu difficiles, & alia vitia ab humore melancolico nata; quartanarijs, & ictero nigro fœdatis auxilio ſunt, lienis quoque tumorem, ac dolorem auferunt.* Doſis à ʒß. ad ʒij.

### PILVLÆ LAPIDIS LAZVLI, SEV CYANEI Eiuſdem.

℞. Lapidis lazuli loti, & pp. ʒvj. epithymi, polypodij, aga-



agarici ana ℥j. Scammonij, ellebori nigri, & ſalis gemmæ ana ʒiiß. caryophyllor. & aſari ana ℥ß. ſpecierum Hyeræ picræ Galeni ʒxv. ſucci endiviæ q. ſ. formentur pilulæ S. A.

### *VIRES.*

V*itia ex melancholico, & aduſto humore nata, cancrum nimirum, elephantiaſim, & quartanam profligant, arquato conferunt, lienis obſtructiones, infarctus, tumoreſque reſolvunt.* Doſis ad ʒß. ad ʒj.

### PILVLÆ LVCIS MAIORES, SEV OPTICÆ Eiuſdem.

℞. Roſarum, violarum, Abſynthij, Colocynthidis, turbith, cubebarum, calami Aromatici, nucis moſchatæ, ſpicæ Indicę, epithymi, carpobalſami, xylobalſami, ſeminum, ſeſeleos, rutæ, aniſi, fœniculi, apij, ſchœnanthi, maſtiches, aſari, caryophyllor. cinnamomi, caſsiæ ligneæ, croci, & macis ana ℈j. Rhabarbari, & Myrobalanor. omnium ana ℈ij. Agarici, & ſennæ ana ℈iiß. Euphragię ʒj. Aloes ſuccotrinæ ad pondus omnium, id eſt ℥j & ʒvij. cum ſucco fœniculi formetur maſſa pilularis S. A.

### *VIRES.*

E*Xcrementa pituitoſa à cerebro, ac oculis evacuant, viſum conſervant, & firmant, nervos opticos obſtructione eijcidi humoris liberant, ac ob id oculorum aciem intendunt.* Doſis ad ʒij.

### PILVLÆ LVCIS MINORES EIVSDEM.

℞. Xylobalſami, & Carpobalſami ana ʒj. chelidonij ʒv. roſar. violarum, abſynthij, & euphragiæ ana ʒiij. ſennæ, epithymi, myrobalanor. omnium, agarici, colocynthidis, ſchœnanthi lycij, pro eo, hic, granorum Rhamni, lapi-

*Lycium pro eo quid in purgantibus.*

lapidis cyanei ana ʒiiß, Aloes ad pondus omnium for-metur maſſa pilularis S. A. cum ſucco fœniculi, aut chelidonij.

*VIRES.*

*Conveniunt cum ſuperioribus.* Doſis ad ʒiß.

PILVLÆ EX MASTICHE EIVSDEM.

℞. Turbith ʒx. Maſtiches ℥ß. Roſarum rubrarum ʒiij. Aloes ad pondus omnium. cum ſucco abſynthij formentur pilulæ S. A.

*VIRES.*

V*Entriculum, & caput expurgant, quovis tempore ſumi poſſunt.* Doſis à ʒj. ad ʒij.

PILVLÆ RHABARBARI EIVSDEM.

℞. Rhabarbari ʒiij. ſucci glycyrrhizæ, abſynthij, & maſtiches ana ʒj. Myrobalanor. citrinorum, & tro-chiſcorum Diarrhodonis ana ʒiiiß. ſeminis apij, & fœniculi ana ʒß. ſpecierum Hyeræ picræ ex Meſue ʒx. fiat maſſa pilularum S. A. cum ſucci fœniculi, & mellis q. ſ.

*VIRES.*

H*Umores educunt craſſos, lentos, multùm putres, & inde ortas febres diuturnas, ac ex alijs humoribus natas tollunt: iecoris item dolores, obſtructiones, durities, ac hydropem incipientem ſanant.* Doſis ad ʒij.

PILVLÆ DE TRIBVS CVM RHABARBARO.

℞. Agarici, Rhabarbari, & Aloes ana ℥j. cum ſyrupo roſar. formentur pilulæ S. A.





VIRES.

H*Umores bilioſos, & pituitoſos, craſſos, & lentos à ventriculo, cavis hepatis, & lienis purgant, ſtomachum roborant, & appetitum revocant.* Doſis ad ʒß. ad ʒiß.

PILVLÆ DE TRIBVS GALENI.

℞. Aloes, colocynthidis, & ſcammonij, ana p. æq. cum melle roſato, aut ſyrupo de ſtœchade fiat maſſa S.A. quæ ſaltem vnius menſis ſpatio fermentanda erit.

*VIRES.*

A*Sthmati, cephaleæ, catarrhis, alijſque morbis diuturnis, & pertinacibus mirè opitulantur. Luem venercam, ſi cuilibet doſi mercurij dulcis* ℈j. *addatur, radicitus expurgant, per aliquos dies continuando.* Doſis à ℈j. ad ℈ij.

PILVLÆ DE TRIBVS RVPHI.

℞. Aloes ℥ij. croci, & myrrhæ ana ℥j. formentur cum vino albo.

VIRES.

S*Olvunt materias ſubtiles cholericas; ac plegmaticas, putridaſque contentas in poroſitatibus ſtomachi, in meſaraicis, & in venis capilaribus hepatis.* Doſis ad ʒj.

PILVLÆ DE TRIBVS FERNELIJ.

℞. Pilularum de Maſtiche ex Fernelio abſque formatione in maſſa ℥jvß, Rhabarbari electi ℥j. cinnamomi ʒij. cum ſyrupo de cichorio fiat maſſa, S. A.



UANL
UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS
®

### *VIRES.*

*Bilem craſſam; ac pituitam expurgant, ventriculum va-cuant, ac roborant, coctionem iuvant.* Doſis à ʒß. ad ʒij.

### PILVLÆ MASTICHINÆ EX FERNELIO.

℞. Maſtiches ℥ij. Aloes ℥iv. agarici trochiſcati, & pulveris hyeræ ſimplicis Galeni ana ℥iß. cum vino albo fiat maſſa S. A. conveniunt cum prioribus.

### PILVLÆ SINE CVSTODIA, SEV COMMVNES

℞. Aloes, hepaticæ lotæ ℥xiv. quinque generum myrobalanor, rhabarbari, maſtiches, abſynthij, roſarum, violarum, ſennæ, agarici, & cuſcutæ ana ʒj. ſcammonii ʒviß. ſucci fœniculi quantum ſcammonio per ſetaceum colando, & cæteris pulveribus comprehendendis, ac in maſſam cogendis ſatis ſit, quæ manibus oleo amygdalino recenti iunctis, pro artis præcepto formentur.

### *VIRES.*

*Efficaciſsimæ ſunt hæ pilulæ ad purgandos omnes humores partium ſuperiorum, quo nomine ſuffuſionibus oculorum, caliginibus, ac viſioni conferunt; aurium dolorem ſanant, caputque à pituita, bile flava, & atra mirè purgant, iliacos denique iuvant.* Doſis ad ʒij.

### PILVLÆ STOMACHICÆ EX MESVE.

℞. Turbith ʒx. Maſtiches ʒß. roſarum ʒiij. Aloes ad pondus omnium; cum ſucco abſynthij formentur pilulæ S. A.





### VIRES.

*Ad coctionem, & retentionem alimentorum adiutandam vtuntur, nec non ventriculum, & caput expurgant.* Doſis ad ʒij.

### PILVLÆ DE SVCCINO CRATONIS.

℞. Succini pp. & Maſtiches ana ʒß. Aloes ʒx. agarici ʒiij. Ariſtolochiæ rotundæ ʒj. cum ſyrupo de Betonica formetur maſſa pilularis S. A.

### *VIRES.*

*Alvum leniter ſolvunt, caput roborant, adeoque à catarrhis preſervant.* Doſis ad ʒj.

### PILVLÆ STOMACHICÆ; VULGO ANTE cibum Meſues.

℞. Aloes optimę ʒvj. Maſtiches, & roſarum ana ʒij. cum ſyrupo roſarum, vel abſynthij fiat maſſa S. A.

### VIRES.

*Si ſumantur hora vna ante cibum, blandè alvum ſubducunt, ſtomachum roborant, & appetitum excitant.* Doſis ad ʒij.

### PILULÆ DE OCTO REBUS, SEV OCTOmeræ Nicolai.

℞. Aloes, & Diagrydij ana ʒij. epithymi, colocynthidis, agarici, Maſtiches, dauci, myrobalanor. chebulor. & abynthij ana ʒj. cum ſucco ſolani fiat maſſa S. A.



UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN ®
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

*VIRES.*

C*Raſſos humores à capite purgant, viſum acuunt, & ſuf-fuſiones oculorum arcent.* Doſis ad ʒj.

Fœſius, & Fuchſius notant aloem in formandis pilulis pondus determinatum non tenere, vt neque mel, & ſaccharum in electuarijs: alias hę pilulæ ex novem conſtarent rebus: at id non ſemper eſt verum, cum aloe pondus determinatum teneat in pilulis de tri-b us.

## PILVLÆ DE ALOE MAGISTRALES.

℞. Aloes cum ſucco roſarum lotæ ℥j. Agarici trochiſ-cati ʒiij. Maſtiches ʒij. ſpecierum Diamoſchi dul-cis ʒß. cum vino albo electo fiat maſſa S. A.

*VIRES.*

V*Entriculum roborant, eumdemque, & vterum, cere-brum, & alia viſcera à putridis humoribus expur-gant, concoctionem augent, ac pituitam ſtomacho infarctam ſiccando, tergendoque elidant.* Doſis ad ʒj.

## PILVLÆ DE NITRO EX ALEXANDRO Tralliano: Diacolocynthidos dictæ.

℞. Aloes, colocynthidis, ſcammonij, ellebori nigri pp. Bdellij, & gummi arabici ana ʒij. euphorbij pp. & nitri ana ʒj. cum ſucco braſicæ, & melle roſato ſo-lutivo fiant pilulæ S. A.

*VIRES.*

C*Erebri, & capitis pertinacibus affectibus, articularijs morbis, comitiali, reſolutioni, ac morbo Gallico con-veniunt,* Doſis à ʒj. ad ʒij.





## PILULÆ ANTIHYDROPICÆ BONTIJ.

℞. Aloes optimæ ʒiiß. gummi gottæ ſubtiliter pulve-rati, & cum vino optimo diſſoluti, & lævigati, & gum-mi ammmoniaci ana ʒß. Diagrydij ʒj. tartari vitrio-lati ʒß. cum ſyrupo roſato ſolutivo fiat maſſa S. A.

*VIRES.*

H*Ydropicorum aquas, ac tenue ſerum evacuant.* Doſis ad ʒj.

## PILULÆ TARTAREÆ EIUSDEM.

℞. Aloes ſuccoctrinæ electę ℥iij. gummi ammoniaci cum aceto ſcyllitico depurati ℥iß. tartari vitriolati ʒß. fiat maſſa pillularis S. A.

VIRES.

I*N morbis tartareis, quales ſunt affectus hypochondriacos, obſtructio lienis, meſenterij, &c. mirificè proſunt. In-cidunt enim tartaream mucilaginem, eamque per dejectio-nem expurgant.* Doſis à ℈j. ad ʒj. *manè, vel ante cœnam* ℈ß.

## PILVLÆ PANCHIMAGOGÆ ZVVELFERI.

℞. Agarici albiſsimi, Rhabarbari electi, Mechoacannæ albæ, hermodactyllorum, & ſem. ebuli ana ℥iß. radi-cis ellebori nigri ℥ij. aſari, & pulpæ colocynthidis ana ℥j. fol. ſennæ ℥iij. inciſa, & contuſa coquantur in aqua ad totalem dictarum rerum virtutum extra-ctionem, ter, quaterque aquam recentem affunden-do; decoctiones colatæ cum albuminibus ovorum clarificentur, & ad ℔j. circiter evaporentur, quibus adde, & in eis diſſolve, aloes hepaticæ ℔j. facta co-latura per cribrum ſetaccum, reducantur leni calore cinerum ad extracti ſpiſſioris conſiſtentiam, in finem



UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

ſuperaddendo reſinæ jalappæ, & ſcammonij ana ʒß. amygdalis dulcibus probè ſubactorum, pulveris maſtiches electæ ʒvj. olei nucis moſchatæ expreſsi ʒiß. fiat maſſa S. A.

*VIRES.*

*Omnes humores purgant, vertigini, hemicraniæ, ac capitis dolori ſuccurrunt; pro univerſali igitur catartico merito habendæ.* Doſis à ℈ß. ad ʒß.

PILVLÆ MERCVRIALES CHARAS.

℞. Rhabarbari electi, trochiſcorum Alhandal, diagrydij, & Mercurij dulcis ana p. eq. cum terebinthina veneti oleo proprio ſtillatitio diluta fiat maſſa S. A.

*VIRES.*

*In lue venerea mirificè proſunt.* Doſis ad ʒj.

PILVLÆ MERCVRIALES.

℞. Mercurij dulcis ʒiij. Trochiſcorum Alhandal ʒiß. ſcammonij ʒj. tartari vitriolati ʒß. formentur pilulæ pro novem dierum ſpatio ſumendo eas ſub mane in lue venerea.

PILVLÆ CRETÆ PALMARIJ EX BATEANA.

℞. Aloes optimæ ℥j. cretę albiſsimę, ſuccini albi pp. gentianę, myrrhę, & radicis fraxinellæ ana ʒj. Mythridatij ℈iv. terebinthinæ lotę ʒij. ſyrupi Althęæ q. ſ. fiat maſſa.

Sunt qui addunt Callomellanor ʒß. *Cum colomellanis dantur ℈ij. vel ʒj. hora ſomni omni nocte per 15. dies ad gonorrhęam curandum, & profluvium album.*

PI-



PILVLÆ ÆTHIOPICÆ EIVSDEM.

℞. Æthiopis mineralis ℥j. ceruſſæ ſtibij ℥ß. gummi nativi guaiaci ʒij. extracti ſmilacis aſperæ q. ſ. vt fiat maſſa pilularum, pro lue venerea. Doſis à ℈ij. ad ʒj.

PILVLÆ DE SMILACE ASPERA EX Ioſepho Galeano.

℞. Smilacis aſperæ ℥iij. lavetur bis cum aqua, & abſtergatur: deinde minutim inciditur, & per tres dies maceretur in ℔iij. aq. betonicæ, poſtea lento igne bulliat in vaſe fictili, donec remaneat ℔j. exprimatur fortiter, & coletur donec extrahatur totus ſuccus, qui poſtea ad lentum ignem coquatur cum infraſcriptis.

℞. Aloes pulveratæ ℥j. fol. ſennæ ℥ß. polypodij quercini ℥j. Jalappæ, Mechoacannæ, & turbith ana ʒiij. trochiſcorum de colocynthide ʒj. Pulveris ſyrij, ideſt reſinæ ſcammonij ʒß Cinnamomi ʒj. croci ℈ß. Cremoris tartari ℥ß. Pulveriſatis omnibus coquantur donec liquor inſpiſſetur ad conſiſtentiam mellis, & fiat paſta.

*VIRES.*

*Mirabiliter luem veneream, dolores articulares, & fluxiones capitis ſanant.* Doſis ʒj.

PILVLÆ DE TEREBINTHINA AD Gonorrhęam virulentam Zuvelſeri.

℞. Antimonij Diaphoretici, & oculorum cancror. pp. ana ℥ß. Cinnabaris nativi rubicundiſsimi, terræ ſigillatæ, radicis liquiritiæ, rad. iridis, & ſuccini albi pp. ana ʒiij. Maſtiches, olibani, myrrhæ rubræ, &

S 2 cro-

UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS ®

croci ana ʒij. omnia pulverata, & miſta incoporentur cum terebinthina clara, vt fiat maſſa pilularis, ex qua pilulæ mediocres, efformandæ, quarum quatuor, quinque, vel plures pro vna doſi exhibeantur.

PILVLÆ DE TEREBINTHINA AD Gonorrhœam ex Donzellio.

℞. Terebinthinæ Cypre ℥j. Camphoræ ʒj. ſalis chalybis ʒß. pulv. liquiritiæ q. ſ. fiant pilulę, & dividantur in quatuor doſes.

PILVLÆ AD GONORRHÆAM MVSITANI.

℞. Colophoniæ ℥j. Mercurij dulcis, & gummi Guaiaci ana ʒiß. balſami Peruviani ʒiij. cum ſyrupo de Althæa, vel Nymphea formentur pilulæ triginta, & deaurentur.

*VIRES.*

*IN decem dies curant quamlibet gonorrhœam quantumvis virulentam. Doſis pilulæ 2. vel 3. in aurora.*

PILVLÆ MARTIALES CONTRA obſtructiones.

℞. Croci martis aperitivi ʒiß. Aloes ſuccotrinæ ℥ij. ſucci agrimoniæ, gummi ammoniaci, & myrrhæ ana ℥j. Trochiſcor. Alhandal, Diagrydij, & tartari martialis ſolubilis ana ℥ß. Aquilæ albæ, & tartari vitriolati ana ʒiij. Croci ʒij. cum Oxymellite ſcyllitico formetur maſſa S. A. Doſis à ℈j. ad ℈ij.

PILVLÆ BALSAMICÆ RICHARDI Mortonis.

℞. Pulveris mille pedum pp. ʒiij. gummi ammoniaci optime depurati ʒiß. flor. Benzoini ℈ij. vel ʒj.





extracti croci, & balſami peruviani ana ℈ß. balſami ſulphuris terebinthinati, vel aniſati q. ſ. fiant pilulæ mediocres deaurandæ, vel pulvere glycyrrhizæ inuolvendæ.

*VIRES.*

*ISte pilulæ in ſcorbuticorum, & ſcrophuloſorum lenta, & frequentiſſima phthiſi, vbi febris eſt admodum mitis, & ſpuunt phlegma quadantenus glutinoſum, curationem non tantùm in principio morbi, verùm etiam in eius progreſſu inſigniter promovent; earumque felicem ſucceſſum in tuſſibus phthiſicis per multos annos expertus eſt autor.* Doſis ad ℈ij.

PILVLÆ DE STYRACE, SEV LAVDANVM Pectorale ex Schrodero.

℞. Styracis calamitæ ʒij. Laudani, olibani, & myrrhæ ana ʒj. ſucci liquiritiæ ʒiß. ambræ griſeę ℈j. extracti opij per acetum diſtillatum parati ʒj. extracti croci cum ſpiritu vini facti ℈jv. cum ſyrupi de corticibus citri ʒij. fiat maſſa.

*VIRES.*

*SIſtunt pertinaciſſimam tuſſim, & catarrhum ſerinum. Pregnantibus non ſine abortus diſcrimine tuſſientibus, cum ſucceſſu exhibentur.* Doſis gr. x.

PILVLÆ AD TVSSIM EIVSDEM.

℞. Succi glycyrrhizę, & thuris ana ʒj. myrrhæ, croci, & opij ana ℈j. cum ſyrupo papaveris erratici fiat maſſa S. A.

*VIRES.*

*CAtarrhos tenues, & ſalſos à capite ad pectus incraſſant ebullitiones humorum ſiſtunt, tuſſimque ſedant.* Doſis à gr. vij. ad ℈ß.



UANL UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN ® DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

## PILVLÆ BECHICÆ RHASIS.

℞. Amyli, tragacanthi: amygdalar. mundatar. ſabarum decort. ſeminis papaveris, capitum papaveris, gummi arabici, & boli armenicæ ana ʒij. mucilaginis ſem. pſyllij q. ſ. fiant pilulæ S. A.

### VIRES.

*EMendant, & corrigunt ſiccitatem tuſsis ſiccæ, & aſperitatem gutturis, illas partes leniendo. Tenentur in ore, ut humiditas paulatim liqueſcens illas partes leniat.*

## PILVLÆ BECHICÆ MESVES.

℞. Succi liquiritiæ, & ſacchari electi ana ʒx. amyli, tragacanthi, & amygdalarum dulcium mundatar. ana ʒvj. cum mucilagine ſeminis cydoniorum fiant pilulæ, conveniunt cum ſuperioribus.

## PILVLÆ BDELLIJ MAIORES EIVSDEM.

℞. Bdellij ℥ß. Myrobal. chebulor. Indor. Bellericor. & emblicor. avellanar. aduſtar. & ſuccini ana ʒiiß. ammeos parum toſti ʒij. Maceretur Bdellium in ſucco foliorum porri, & formetur maſſa pilularis S. A.

### VIRES.

*AD fluxum hæmorrhoidum, & ulcera ex eis provenientia, nec non menſes immodicos utiliter exhibentur.* Doſis ad ʒij.

## PILVLÆ DE CYNOGLOSSO NICOLAI.

℞. Radicis cynogloſsi, ſeminis hyoſcyami albi, & opij ana ℥ß. myrræ ʒvj. thuris ʒv. caryophyllor. cinnamomi, & ſtyracis calamitæ ʒij. cum ſyrupo ex ſucco violarum, aut ſucco cynogloſsi, vel aqua roſarum formetur maſſa.



Has pilulas Nicolaus à meſue mutuatus eſt, qui eas ſub titulo pilularum ad omnes morbos catarrhoſos, hoc modo deſcripſit.

℞. Opij, cynogloſsi, & hyoſcyami ana ℥ß. myrrhæ puræ ʒvj. Olivani ʒv. croci ʒiß. fiat maſſa cum ſucco cynogloſsi, aut aqua roſarum.

### VIRES.

*CAtarrhos tenues ſiſtunt, ac tuſsim inde natam ſedant, omnibus quoque diſtillationum morbis, ſive in thoracem fluxio feratur, ſive in pulmones, dentes, aut alio procumbat, conferunt, ſomnum conciliant, ac omnis generis dolores placant.* Doſis à gr. viij. ad gr. xv.

## PILVLÆ CONTRA FLVXVM VENTRIS Nicolai.

℞. Myrthillorum, Balauſtriarum, corticum granator. radicis ſymphiti, ſanguinis Draconis, boli Armenæ, Acatiæ, Hypociſtidis, roſarum, tartari, ſem. ſumach, croci, Gallæ, cinnamomi, ſpodij, Maſtiches, gummi arabici, & Galliæ Moſchatæ ex Nicolao ana ʒj. opij ʒß. ſucci cymarum lentiſci, ſeu cymarum myrthi q. ſ. ad formandas pilulas S. A.

### VIRES.

*VTuntur Medici ijs pilulis ad probibendam fluxionem in diarrhæis, & diſenterijs, & ad ſomnum conciliandum,* Doſis ad ʒj.

## PILVLÆ DE ORIGANO CRETICO Mynſicht.

℞. Origani cretici ʒj. Galliæ Moſchatæ veræ, & caſsiæ lig-



ALERE FLAMMAM VERITATIS
UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

ligneæ, ligni aloes, ſantali citrini, & ireos florentiæ ana ʒß. ſtyracis calamitæ, aſlæ dulcis, caryophyllor. galangæ, nucis moſchatæ, cubebar. & macis ana ℈j. Pulverentur, & cum confectione Alchermes in aqua maioranæ diſſoluta fiat maſſa pilularis, ex qua cum oleo roſarum diſtillato, aut cinnamomi formentur pilulæ ad figuram, & magnitudinem ciccrum.

*VIRES.*

F*Acta purgatione, & præmiſsis univerſalibus, de his pilulis, 2. vel 3 aſſumpta mirabiliter fœtorem oris, & naſi, ſive per conſenſum à cerebro, ſive à ſtomacho ortum, emendant, corrigunt, & anhelitum gratiorem, & iucundiorem reddunt. Inſuper ventriculum confortant, & concoctionem iuvant.*

PILVLÆ SECRETÆ AD MEMORIAM Danielis Horſtij.

℞. Cubebarum, calaminthæ, & nuciſtæ ana ʒj. Ambræ ʒß. Moſchi gr. jv. cum ſucco maioranæ formetur maſſa. Doſis ℈j.

## CAPVT VI.

*De Trochiſcis, & ſief.*

TROCHISCI GALLIÆ MOSCHATÆ MESVES.

℞. Xylo aloes crudi, & electi ʒv. Ambræ griſſeę ʒiij. Moſchi boni ʒj. glutinis tragacanthi cum aqua roſar. parati q. ſ. ad ea comprehendenda, fiant trochiſci figura folij myrthi, ſigillentur, & in vaſe vitreo ſerventur.

VIRES.

C*Erebrum, & cor roborant, oris atque adeò corporis totius odorem commendant; Compoſitionibus alijs miſcentur.* Doſis ad ʒj.

TRO-



TROCHISCI GALLIÆ MOSCHATÆ NICOLAI.

℞. Maſtiches ℥ij. gummi arabici ℥j. camphoræ ℈j. terantur omnia ſubtiliſsime, & cum aqua roſarum fiant trochiſci, & ſiccentur in loco vmbroſo: dein piſtentur ſubtiliſsimè, & miſceantur cum ʒij. olei de iaſmino: dein miſce pulv. cinnamomi, caryophyllor. & nucis moſchatę ana ℥ß. fiant trochiſci in medio concavi ponderis ʒiß. qui vngantur cum aqua roſarum, in qua Moſchi ℈ß. diſſolutus ſit. Ingrediuntur in præcioſiſsimis medicinis, ac electuarijs.

TROCHISCI GALLIÆ ALEPHANGINÆ ex Meſue.

℞. Myrobalanorum emblicor. abiectis oſsibus ℥iv. conterantur contritione groſſa, & ponantur in vaſe vitreo; & fundatur ſupra eos aquæ roſatæ (in qua infuſæ fuerint roſarum ſiccarum ℥ij. corticum citri ſiccar. ℥ij.) ℔ß. & obturetur os vaſis, & dimittatur per dies tres, mox coletur: hinc accipe ligni aloes ℥j. Ramich ℥iß. roſarum, caryophyllor. ana ʒx. ſpicæ ʒij. ſantali citrini ℥ß. gummi arabici ʒvj. tere minutiſsime, & cum prædicta infuſione emblicorum paulatim adiecta miſce; & para trochiſcos, ſigilla, & aromatiza cum camphoræ, & moſchi ana ʒj. Ambræ ʒij. fiant S. A.

*VIRES.*

C*Erebrum, cor, hepar, omnia que membra nutritionis confortant.* Doſis ad ʒj.

TROCHISCI ALIPTÆ MOSCHATÆ ex Nicolao.

℞. Ladani puriſsimi ℥iij. ſtyracis calamitæ ℥iß. ſtyracis rubræ ℥j. ligni aloes ʒij. Ambræ ʒj. camphoræ ʒß.

moſc.

ALERE FLAMMAM VERITATIS
UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN ®
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

ligneæ, ligni aloes, ſantali citrini, & ireos florentiæ ana ʒß. ſtyracis calamitæ, aſſæ dulcis, caryophyllor. galangæ, nucis moſchatæ, cubebar. & macis ana ℈j. Pulverentur, & cum confectione Alchermes in aqua maioranæ diſſoluta fiat maſſa pilularis, ex qua cum oleo roſarum diſtillato, aut cinnamomi formentur pilulæ ad figuram, & magnitudinem ciccrum.

*VIRES.*

F*Acta purgatione, & præmiſsis univerſalibus, de his pilulis, 2. vel 3 aſſumpta mirabiliter fœtorem oris, & naſi, ſive per conſenſum à cerebro, ſive à ſtomacho ortum, emendant, corrigunt, & anhelitum gratiorem, & iucundiorem reddunt. Inſuper ventriculum confortant, & concoctionem iuvant.*

PILVLÆ SECRETÆ AD MEMORIAM Danielis Horſtij.

℞. Cubebarum, calaminthæ, & nuciſtæ ana ʒj. Ambræ ʒß. Moſchi gr. iv. cum ſucco maioranæ formetur maſſa. Doſis ℈j.

## CAPVT VI.
*De Trochiſcis, & ſief.*

TROCHISCI GALLIÆ MOSCHATÆ MESVES.

℞. Xylo aloes crudi, & electi ʒv. Ambræ griſſeę ʒiij. Moſchi boni ʒj. glutinis tragacanthi cum aqua roſar. parati q. ſ. ad ea comprehendenda, fiant trochiſci figura folij myrthi, ſigillentur, & in vaſe vitreo ſerventur.

VIRES.

C*Erebrum, & cor roborant, oris atque adeò corporis totius odorem commendant; Compoſitionibus alijs miſcentur.* Doſis ad ʒj.

TRO.



TROCHISCI GALLIÆ MOSCHATÆ NICOLAI.

℞. Maſtiches ℥ij. gummi arabici ℥j. camphoræ ℈j. terantur omnia ſubtiliſsime, & cum aqua roſarum fiant trochiſci, & ſiccentur in loco vmbroſo: dein piſtentur ſubtiliſsimè, & miſceantur cum ʒij. olei de ieſmino: dein miſce pulv. cinnamomi, caryophyllor. & nucis moſchatę ana ℥ß. fiant trochiſci in medio concavi ponderis ʒiß. qui vngantur cum aqua roſarum, in qua Moſchi ℈ß. diſſolutus ſit. Ingrediuntur in præcioſiſsimis medicinis, ac electuarijs.

TROCHISCI GALLIÆ ALEPHANGINÆ ex Meſue.

℞. Myrobalanorum emblicor. abiectis oſsibus ℥iv. conterantur contritione groſſa, & ponantur in vaſe vitreo; & fundatur ſupra eos aquæ roſatæ (in qua infuſæ fuerint roſarum ſiccarum ℥ij. corticum citri ſiccar. ℥ij.) ℔. ß. & obturetur os vaſis, & dimittatur per dies tres, mox coletur: hinc accipe ligni aloes ℥j. Ramich ℥iß. roſarum, caryophyllor. ana ʒx. ſpicæ ʒij. ſantali citrini ℥ß. gummi arabici ʒvj. tere minutiſsime, & cum prædicta infuſione emblicorum paulatim adiecta miſce; & para trochiſcos, ſigilla, & aromatiza cum camphoræ, & moſchi ana ʒj. Ambræ ʒij. fiant S. A.

*VIRES.*

C*Erebrum, cor, hepar, omnia quæ membra nutritionis confortant.* Doſis ad ʒj.

TROCHISCI ALIPTÆ MOSCHATÆ ex Nicolao.

℞. Ladani puriſsimi ℥iij. ſtyracis calamitæ ℥iß. ſtyracis rubræ ℥j. ligni aloes ʒij. Ambræ ʒj. camphoræ ʒß.

moſc.

ALERE FLAMMAM VERITATIS
UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

moſchi ℈ß. aquæ roſar. q. ſ. ladanum, & vtramque ſtyrax in patina vitreata, tenue linteolo tecta, diebus canicularibus tandiu ſoli exponantur dum omnia ſimul molleſcant; tum verò in calido mortario, piſtillo calido validè contuſa commiſceantur donec tota hæc maſſa nigreſcat, deinde lignum aloes in tenuem pollinem attritum inſpergatur, ac prædictæ maſſæ admiſceatur, cui quoque camphora, & ambra ſimul trita iungantur, & cum moſcho in aqua roſata fragrantiſsima diſſoluto, in paſtam cogantur, quæ in paſtillos formentur, addendo ſi neceſſe ſit de aqua roſata, vſui que ſiccati reponantur.

*VIRES*

*Conferunt infantibus, ac puerulis aſthmaticis, & pectoris anguſtia, vel anhelitus difficultate preſsis: ventriculum eorum laxum, ac imbecillem roborant, inde lactis à nutrice prabiti euomitiones compeſcunt; nec non ad precioſos ſuffitus expetuntur.* Doſis ad ʒj.

## TROCHISCI GALLIÆ SEBELLINÆ MESVES.

℞. Roſarum recentium ℥iß. piſtentur in mortario marmoreo, & adde aloes electæ, caryophyllorum, gummi arabici & ſpicæ ana ʒiß. ſantali citrini ʒij. Ramich ʒiij Pulverentur minutiſsimè, & cum roſis conterantur diem integrum, affundendo aliquoties aquam roſatam infuſionis gummi arabici: hinc aromatizentur cum moſchi ℈v. Ambræ, & camphoræ ana ℈ij. vſuique reponantur.

*VIRES.*

*Ventriculum, cor, & hepar imbecilla roborant.* Doſis ad ʒj.

TRI-



## TROCHISCI RAMICH EIVSDEM.

℞. Succi acetoſæ ℥xvj. folior. roſarum ℥j. Baccarum Myrthi contuſarum ℥ij. coquantur per quadrantem horæ lento igne, colentur: ſupra liquorem colatum, iniice Gallarum recentium acurate tritarum ℥iij. coquantur iterum aliquantulum, deinde inſperge ſequentia minutiſsime trita: Roſarum ℥j. ſantali citrini ʒx. ligni aloes, caryophyllorum, macis, & nucis moſchatæ ana ℥ß. gummi arabici ℥ij. ſumach, & ſpodij ana ℥j. granor. myrthi ℥iv. ſucci agreſtæ ʒvij miſce omnia ſimul, & extende in vaſe vitreato, dum ſiccentur: & tunc rurſus pulverentur ſubtiliſsimè, & formentur trochiſci cum ℈iv. camphoræ in ſufficienti agua roſar. ſolutæ: ſiccentur in vmbra libera, ac ſiccati reponantur.

*VIRES.*

*Ventriculum, cor, hepar, &c. imbecilla firmant: lubrica viſcera, ac inteſtina reddunt, choleram morbum ſiſtunt, acrimoniam obtundunt, animum tranquillum reddunt, hominem hæmorragiam cohibent, ob quam naribus ſanguine fluente flando impellitur. Alijs medicamentis compoſitis preterdictum miſcentur.* Doſis ad ʒij.

## TROCHISCI TERRÆ SIGILLATÆ EIVSDEM.

℞. Sanguinis Draconis, gummi arabici aſſati, trochiſcorum Ramich, roſarum rub. amyli toſti, acatiæ, hypociſtidis, lapidis hæmatitis, pp. terræ ſigillatæ pp. coralli rub. pp. boli armenæ pp. charabe pp. balauſtiar. & ſeminis roſar. ana ʒj. ſpodij, Margaritar. pp. tragacanthi, & ſeminis papaveris nigri ana ʒß. ſeminis portulacæ, cornu cervi vſti, & pp. thuris maſculi, gallarum, & croci ana ʒij. pulverentur ſubtiliter,

UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

ter, & cum aqua plantaginis formentur trochiſci S. A.

*VIRES.*

S*Anguinem undecumque manantem, & ſputa cruenta cohibent, ac varij generis hæmorragias ſiſtunt; fœminarum menſtruam purgationem immoderatius fluentem, morantur; intus ſumpti, vel cum ſucco Polygoni, aut plantaginis, ac ovi albumine coxis, & pubi illiti, aut conveniente liquore utero immiſſi, cruento item lotio medentur, ac dyſenterias, diarrhæas, & alvi profluvia compeſcunt. Potentius id præſtant, ſi eis addatur opium, quod aliqui compoſitioni huic drachmarum duarum pondere in univerſum adijciunt.* Doſis ad ʒiß.

## TROCHISCI DE CHARABE EIVSDEM.

℞. Charabe pp. ʒvi. cornu cervi uſti, & pp. gummi arabici aſſati, corallij rub. uſti, tragacanthi, ſucci acatiæ, & hypociſtidis, balauſtriarum, maſtiches, laccæ, & ſem. papaveris nigri aſſati ana ʒij. thuris, croci, & opij ana ʒj. & gr. xv. cum mucilagine Pſyllij formentur trochiſci S. A.

VIRES.

S*Anguinem excreantibus, tabidis, purulenta expuentibus, cæliacis, & dyſentericis auxiliantur, ſanguinem undecumque emanantem ſiſtunt, ac ſupprimunt.* Doſis ad ʒiß.

## TROCHISCI DIARRHODONIS EIVSDEM.

℞. Roſarum rub. ʒix. ſpicæ, & ligni aloes ana ʒiij. glycyrrhizæ raſſæ ℥ß. & ʒß. ſpodij ʒiß. Maſtiches ʒiß. croci ℈ij. & gr. v. ſubtiliter pulverentur, & cum vino albo formentur trochiſci S. A.

VI-



*VIRES.*

E*Fficaciſſimi ſunt ad febres pituitoſas antiquatas, alijs implexas, formam corrumpentes; ventriculi dolorem leniendum, & humores ipſi adhærentes detergendos.* Doſis ad ʒiß.

## TROCHISCI DIARRHODONIS NICOLAI.

℞. Roſarum viridium ʒiij. ſpodij ʒij. ſantali rubri ʒiß. camphoræ gr. x. roſas recentes contunde in mortario ſine intermiſſione, eiſque bene contuſis adde reliqua in pulverem redacta, & cum aqua roſarum rub. ſub finem camphoram addendo trochiſcos forma S. A.

*VIRES.*

D*yſentericis, cæliacis, iecinoroſis, & ſtomachicis conferunt.* Doſis ad ʒj.

## TROCHISCI DE SPODIO MESVES.

℞. Spodij ʒiß. roſar. rub. ʒvij. ſeminis portulacæ, & ſucci liquiritiæ ana ʒi ſubtiliter pulverentur, & cum mulilagine ſem. pſyllij formentur trochiſci S. A.

VIRES.

E*Fficaciſſimi ſunt ad febres acutos, ventriculi, & iecoris phlegmonem ſitimque vehementem.* Doſis ad ʒiß. Appellantur Trochiſci de ſpodio ſine ſemine.

## TROCHISCI DE SPODIO CVM SEMINE acetoſæ ex Meſuæ.

℞. Roſarum rub. ℥iß. ſpodij ʒx. ſem. acetoſæ ʒvj. ſeminis portulacæ, coriandri pp. & ſumach ana ʒiiß.

smy-

UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

amyli toſti, balauſtiar. & berber ana ʒij. gummi
*Omphacium quid.* arabici aſſati ʒiß. Omphacij, ideſt ſucci agreſtæ q. ſ.
ad trochiſcos formandos, S. A.

*VIRES.*

I*N febribus bilioſis, cum alui fluore preſtantes ſunt; inflammationem ventriculi, & hepatis, ac ſitim continuam ſedant.* Doſis ad ʒiß.

TROCHISCI DE BERBERIS MESVES.

℞. Berberis ʒij. ſpodij, ligni aloes, ſeminis acetoſæ, maſtiches, Galliæ moſchatæ, & ſpicæ nardi ana ʒj. gummi arabici ʒiij. roſarum rub. ʒv. Pulverentur: & cum aqua roſar. formentur trochiſci S. A.

*VIRES.*

V*Alent ad intemperiem calidam, febrium ardores, linguæ ariditatem, & ſitim ſedant.* Doſis ad ʒij.

TROCHISCI DE ALKEKENGI EIVSDEM.

℞. Fructuum Halicacabi ʒiij. ſem. citruli, melonis, & cucurbitæ ana ʒiiß. boli armenæ, gummi Arabici, thuris maſculi, ſanguinis draconis, amygdalar. amarar. ſucci liquiritiæ, tragacanthi, amyli, pineor. mundat. & ſeminis papaveris albi ana ℥vj. ſem. apij hyoſcyami, charabe, terræ ſigillatæ, & opij ana ʒij. Amygdalæ, pinei, & ſemina frigida mundata piſtentur, & per ſetaceum equinum extrahantur: mox in mortario marmoreo piſtentur addendo de ſucco, vel decoctione Alkekengi, vſquequo diſſolvantur, & pareantur inſtar lactis, hinc colentur per linteum, idque repetatur ad totalem ſubſtantiæ extractionem: cæteraque in ſubtiliſsimum pulverem redacta, cum prædicta emulſione formentur trochiſci S. A.





*VIRES.*

A*D vrinæ ardorem, profiſtula vrinaria, veſica, renibus, & vreteribus exulceratis feliciter exhibentur, vlcera detergent, glutinant, & cicatrice tegunt, lotij acrimoniam mitigant, eiuſque ſtrigmenta mucoſa, aſpera, & dolorifica complanant, & leniunt, inæque vrinæ tarditatem, & dyſuriam natam tollunt.* Doſis ad ʒiß. Appellantur etiam Trochiſci de Halicacabo, de Veſicaria, & Diaphyſidon.

TROCHISCI GORDONII.

℞. Quatuor ſeminum frigidor. maior. mundator. ſeminis papaveris albi, maluæ, bombacis, gummi arabici, ſem. portulacæ, cydonior. baccarum myrtillor. tragacanthi, pineorum mundator, piſtacior. ſacchari candi, penidij, liquiritiæ mundæ, hordei mundi, mucilaginis pſyllij, & amygdalar. dulcium ana ℥j. boli armenæ, ſanguinis draconis, ſpodij, roſarum, & myrrhæ ana ℥ß. Quæ non poſſunt pulverari per ſetaceum equinum extrahantur, cæteraque in ſubtiliſsimum pulverem reducantur, & cum hydromellite fiant trochiſci S. A.

*VIRES.*

R*Enum exulcerationes ſanant, ſanguinis mictum inhibent, diabeti, ac gonorrhææ conferunt, & ſtranguriam levant. Propinantur ſi abſterſio expetitur ex hydromellite, aut decoctione liquiritiæ, vel hordei: ſin verò conſolidandi intentio prævalet ex lacte, aut aqua chalybeata cum ſyrupo, vel ſucco plantaginis, ac ſi exulceratio in veſica extiterit, lacte diſtemperati per ſyringam inijciantur* Doſis ad ʒij.

## TROCHISCI AD GONORRHÆAM RENODEI.

℞. Seminis viticis, ideſt agnicaſti, ſem. lactucæ, balauſtriar. & roſarum ana ʒj. raſuræ eboris, & ſuccini ana ʒiß. boli armenæ in aq. centinodiæ lotæ ʒij. ſem. plantaginis ℈jv. Saſſafras ℈ij. Pulverentur, & cum mucilagine ſeminis cydoniorum in aqua Nenupharis facta formentur trochiſci S. A.

### *VIRES.*

*AD gonorrhæam, ſivè ea ſimplex ſit, ſivè virulenta; hi paſtilli præmiſsis univerſalibus utiliter uſurpantur. Dantur cum decoctione ſem. papaveris, & melonum, vel cum aq. roſar.* à ʒj. ad ʒij.

## TROCHISCI DE AGNO CASTO RHASIS.

℞. Sem. Agni caſti ʒv. ſem. endiviæ, & portulacæ ana ʒiß. corticum tamaricis ʒv. cum aqua decoctionis ſcolopendrij fiant trochiſci S. A.

### *VIRES.*

*PRofluvio ſeminis medentur, & gonorrhæam ſupprimunt; morbis item ſplenis auxiliantur.*

## TROCHISCI CAMPHORÆ EX MESVE.

℞. Roſarum rub. ℥ß. ſacchari albi, & mannę ana ʒiij. ſantali citrini ʒiiß. glycyrrhizæ, & ſpodij ana ʒij. gummi arabici, tragacanthi, ſpicæ, croci, & quatuor ſem. frigidor. maior. ana ʒi. ligni aloes, cardamomi maioris, amyli, & camphoræ ana ℈ij. cum mucilagine ſeminis pſyllij, extracta cum aqua roſacea formentur trochiſci S. A.





### *VIRES.*

*Ad febres ardentes, hepatis intemperiem calidam, &c.* Doſis ad ʒij.

## TROCHISCI CYPHEOS DAMOCRATIS EX Galeno.

℞. Vuarum paſſarum pinguiſsimarum exacinatarum, & per ſetaceum equinum traiectarum, & terebinthinæ in aqua ad duritiem coctæ ana ℥iij. Myrrhæ, & ſchœnanthi ana ℥iß. calami aromatici ʒix. cinnamomi ℥ß. vnguis odorati, ſeu bdelli vnguinoſi, ſpicæ, caſſiæ ligneæ, cyperi, baccarum Juniperi ana ʒiij. Aſpalathi, pro eo ligni aloes, vel cum Auguſtanis ſantali citrini ʒiiß. croci ʒj. Mellis q. ſ. vini optimi modicum: Bdellium, Myrrha, & Terebinthina cocta in vino diſſolvantur, & redigantur ad mellis craſsitiem, & carne paſſularum ex melle diu trita miſceantur, deinde reliqua in tenuiſsimũ pulverem redacta adijciantur, ac ſimul agitando commiſceantur formenturque trochiſci, qui in vmbra ſiccentur. *Aſpalathi vice quid.*

### *VIRES.*

*VAlent ad pulmonum, iecoris, renum, aliorumque internarum partium exulcerationes.* Doſis ad ʒj. Ingrediuntur in Antidotis.

## TROCHISCI HEDYCHROI ANDROMACHI ex Galeno.

℞. Mari, pro eo Majoranæ Sylveſtris, Aſari, Amaraci, pro eo Maiorana Domeſticæ, (*vulgo Axedrea*) Aſpalathi ana ʒij. ſchœnanthi, calami aromatici, Phu, xylobalſami, opobalſami, cinnamomi, & coſti ana ʒiij. Myrrhæ, ℥ij, nardi Indicæ, Croci, & caſsiæ ligneæ ana ʒvj. amomi ℥iß. maſtiches ʒj. vini optimi q. ſ. ad trochiſcos S. A. formandos, qui in vmbra ſiccentur, & oleo caryophyllorum inungantur, pro Theriacaque paranda ſerventur. *Mari vice quid. Amaraci vice quid.*



UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN

### *VIRES.*

H*abent proprietatem alexipharmacam, & magnoperè proſunt ad venena aſſumpta.* Doſis ad ʒiß.

## TROCHISCI VIPERARVM GALENI.

℞. Viperarum fœminarum (quales ſunt habentes quatuor caninos dentes) non prægnatarum, nuper captarum N. xx. abſcinde eis capita, & caudas, exeipeque internas partes, ſepara pellem, aquaque ſic paratas ablue, eaſque in matrace vitreo impone, eiſque adde Anethi viridis ℥j. Salis Gemmæ ʒij. & ſuperaffunde aquæ q. ſ. vt cooperiantur res, & lento igne cinerum coquantur vſque quo ſpinæ à carne ſeparentur; tunc omnes ſpinas ſepara, & carnem piſta in mortario marmoreo, addendo pro vnaquaque vncia carnis viperarum, panis albiſsimi pulverati vnciam ſemiſſem, & inter piſtandum addatur liquor remanſus, formenturque trochiſci tenues, & inunperaiantur, formenturque trochiſci tenues, & inungantur cum opobalſamo, ſiccenturque in loco vmbroſo, ventoſoque, quotidie ſæpe eos convertendo, donec probe exiccati fuerint. vſuique reponantur.

*Vires. Vide Vipera Lib. I. Cap. III.*

## TROCHISCI SCYLLÆ EX GALENO.

℞. Scyllam initio Iulij collectam, mediæ magnitudinis, plenam, candidam, corticem detrahe, partemque duriorem radicis adhærentem, maſſa involve, & coque in furno, donec maſſa probe ſiccata ſit, & ea perforata, ſtylo ligneo tentabis num ſcylla vndique tenera ſit. Ea exempta, partem interiorem diligentèr tere, cui admiſce farinæ ervi tenuiſsime cribatæ vncias octo, ad ſingulas libras ipſius pulpæ per ſetaccum equinum extractæ: forma trochiſcos ponderis ʒij. & ſicca, ſæpius obvertendo eos donec probe exiccati ſint, vſuique repone. *Valent ad humores tartareos, & viſcidos incidendos.* Doſis ad ʒiß.





## TROCHISCI RHABARBARI MESVES.

℞. Rhabarbari optimi ʒx. ſucci eupatorij, & amygdalarum amararum ana ʒß. Roſarum ʒiij. ſpicæ, aniſi, rubiæ, abſynthij, aſari, & ſeminis apij ana ʒj. Amygdalæ piſtentur, & extrahatur per ſetaceum equinum, quibus in mortario lapideo poſitis adde ſuccum eupatorij, cum ſucco fœniculi ſolutum, & optimè piſtis inſperge cætera, in ſubtiliſsimum pulverem redacta, Trochiſcoſque S. A. forma.

### *VIRES.*

V*Alent ad hepatis obſtructionem, dolorem, tumores præter naturam, affectus inveteratos, eiuſdem hydropem, icterum, formæ corruptionem, ac fœditatem emendant; necnon affectus iecoris inveteratos, aquei, acris, ac ſeroſi humoris deiectione tollunt.* Doſis ad ʒiß.

## TROCHISCI ABSYNTHII MESVES.

℞. Abſynthij, roſarum, & aniſi ana ʒij. Rhabarbari, ſucci eupatorij, aſari, ſem. apij, amygdalarum amarar. ſpicæ, maſtiches, & folij ana ʒj. ſucci endiviæ quod ſufficiat, fiant trochiſci S. A.

### *VIRES.*

L*Ongis, & diuturnis febribus ſunt ſaluberrimi, obſtructiones ventriculi, hepatis, & dolores eorundem levant, partes naturales omnes roborant, deiectamque appetentiam ſuſcitant.* Doſis ad ʒj.

## TROCHISCI EVPATORII MESVES.

℞. Spodij ʒiijß. ſpicæ ʒiij. Rhabarbari, Aſari, & Aniſi ana ʒiiß. Mannæ, & ſucci Eupatorij ana ℥j. Roſarum ℥ß. Manna, & ſuccus Eupatorij diſſolvantur cum aqua cuſcutæ, cæteraque in ſubtiliſsimum pulverem reducantur, & formentur trochiſci S. A.

*VIRES.*

E*fficaces ſunt ad omnem lienis, & hepatis obſtructionem, tumoremque præternaturam, febres antiquas, earumque rigorem ſanant; morbo regio, & hydropi incipienti ſuccurrunt; ſtomachicos iuvant, & corporis flatus diſcutiunt.* Doſis ad ʒj ß.

TROCHISCI MYRRHÆ RHASIS.

℞. Myrrhæ ʒiij. Lupinorum ʒv. fol. rutæ, menthaſtri, Pulegij cervini, pro eo dictamni cretici, cymini, rubiæ tinctorum, aſſæ fœtidæ, ſagapeni, & opopanacis ana ʒij. Diſſolvantur gummata in aceto ſcyllitico; & cum ſucco artemiſiæ formentur trochiſci S. A.

*Pulegium Cervinum pro eo quid*

*VIRES.*

A*D retardatam menſtruorum purgationem ſollicitandam, quæ ex craſſorum, & frigidorum copia, aut ſanguine concreto ortum duxit otuntur: attenuant, incidant, & infarctos meatus aperiunt, fœtum mortuum, ſed præcipuè ſecundinam tardantem præſenti remedio expellunt.* Doſis ad ʒj.

TROCHISCI CROCI EX NICOLAO.

℞. Croci ʒiij. roſarum rubrar. ammeos, & myrrhę ana ʒiß. ligni aloes ℈ij ſubtiliter pulverentur, & cum aqua roſarum, in qua parum gummi tragacanthi ſolutum ſacit, formentur trochiſci S. A.

*VIRES.*

L*ienis, & hepatis obſtructiones aperiunt, flatus diſſipant humorum putredinem arcent, ac cordi vires addunt.* Doſis ad ℈j.

TROCHISCI CORTICVM CAPPARVM Meſues.

℞. Corticum radicum capparum, & ſeminis agnicaſti ana ʒvj.



ʒvj. Nigellæ, naſturtij, calaminthæ, ſucci eupatorij, acori, amygdalar. amar. fol. rutæ rad. ariſtolochiæ rotundæ, & gummi ammoniaci ana ʒij. cyperi rotundi, & ſcolopendriæ ana ʒj. Trita omnia cum ammoniaco in aceto diſſoluto formentur trochiſci S. A.

*VIRES.*

V*Alet ad lienis, & hepatis obſtructiones à craſſa, & melancholica materia profectas, potenter enim humores diſſecant, & attenuant, natamque inde viſcerum duritiem emolliunt, ac flatus hypocondriacos, cæterarumque partium ſolvunt.* Doſis ad ʒ ß.

TROCHISCI ALHANDAL MESVES.

℞. Pulpæ albæ, & levis colocynthidis, à ſeminibus purgatæ, & minutiſsimè inciſæ ℥x. fricentur cum ℥j. olei roſati, deinde ℞. Tragacanthi albi, gummi arabici, & bdellij ana ʒvi. macerentur in aqua roſar. donec liqueſcant, & diſſolvantur, & cum parte iſtius mucilaginis formentur trochiſci, qui in vmbra ſiccentur, ſiccatique iterum minutiſsimè terantur, cribentur, & cum reliqua mucilagine iterum trochiſci, formentur, vſuique ſiccati reponantur,

*VIRES.*

P*ituitam, & humores alios craſſos, glutinoſos è profundis, longèque abſtantibus partibus, et potè cerebro, nervis, muſculis, iuncturis, pulmonibus, ac thorace extrahunt, quo nomine in cephalalgia, hemicrania, apoplexia, inveterato capitis dolore, epilepſia, vertigine, aſthmate, diuturna tuſsi, diſpnæa, thoracis anguſtia, iſchiade, morbiſque articularibus frigidis vſurpantur; exhibentur in dolore colico, flatulento, ad vitream, & viſcidam pituitam ex inteſtinis deturbandam.* Doſis ad ℈j.



UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

## TROCHISCI AGARICI MESVES.

℞. Agarici electi ℥ iij. ſalis gemmæ ℥ß. zingiberis ʒiij. oxymellis ſimplicis q. ſ. formentur Trochiſci S. A.

## ALIO MODO.

℞. Agarici albi, & levis ℥iij ſalis gemmæ ℥j. ſyrupi Acetoſi ſimp. q. ſ. formentur trochiſci S. A.

### VIRES.

*Conferunt antiquis capitis doloribus, viſcerum obſtructionibus, ex craſſa, tenaci, ac pituitoſa materia obortis, ſtomachum, renes, lienem, ac hepar mundificant, præſertim verò mulierum matrices repurgant, epilepſiam, ac vertiginem abolent, vermes enecant, & expellunt, proſuntque ut plurimum morbis partium naturali facultati dicatarum, unde forſan eum Democritus, familiæ medicinam, dixit. Veneni quoque reſiſtunt, aſthmati conducunt, & ſpiritum facilitant.* Doſis ad ʒij.

## AGARICVM TROCHISCATVM MESVES.

℞. Agarici electi per ſetaceum equinum traiecti ℥jv. formentur trochiſci cum vino electo in quo ʒij. zingiberis fuerint infuſæ, viſuique reponantur.

### VIRES.

*Pituitam craſſam, bilem permixtam, & craſſos viſcidoſque humores expurgat, ac viſcerum obſtructiones tollit.* Doſis ad ʒiß.

*** *** ***
*** ***
***





## TROCHISCI MOSCHARDINI, ALIAS Confectio Moſchardina, Corpus ſine anima ex Schrodero.

℞. Moſchi in aqua roſarum diſſoluti ℈j. ſacchari albiſſimi ʒvj. amyli ʒv. atterantur piſtillo, & cum mucilagine ex ʒj. tragacanthi in aqua roſarum facta fiant grana inſtar hordeaceorum, quæ exiccentur in umbra pro uſu. Sunt qui ſanguinis draconis ʒij. addunt.

### VIRES.

*Graveolentiam oris emendant, ſi paſtillus unus, ac alter in ore detineatur.*

## TROCHISCI, SEV PASTILLI ANDRONII Andromachi ex Galeno.

℞. Florum granatorum, ſeu corticum eiuſdem ʒv. gallæ ℥ß. myrrhæ, & ariſtolochiæ ana ʒij. chalcanti, aluminis, myſeos cipri ana ʒj. ſubtiliter pulverentur, & cum ſ. q. fæcis vini formentur trochiſci.

### VIRES.

*Ad recentia ulcera, & vetera, curant fiſtulas ſordidas, oſſa corrupta, reprimunt omnem carnis excreſcentiam, valent ad phagadenas, & ſimilia.*

## TROCHISCI MINII VIGONIS.

℞. Fermenti farinæ triticeæ acerrimi (*vulgo levadura*) ℥iv. ſublimati corroſivi ℥j. minij ℥ß. Contundantur omnia & incorporentur cum aqua roſata, & formentur trochiſci figura pinſorum.

***



UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

VIRES.

*Carnem corruptam mundificant, & calloſam auferunt, ulceribus in quibus caro nimium ſupercreſcit, & fiſtulis mirifice proficiunt.*

TROCHISCI ALVMINIS MYNSICHT.

℞. Aluminis crudi, & radicis pyrethri ana ℥ß. piperis longi, & ſeminis hyoſcyami ana ʒij. farinæ ſiliginis, cretæ albæ, & nitri pp. ana ʒß. Zingiberis albi, caryophyllorum, & opij pp. ana ʒj. Pulverentur, & cum ſucco vrticæ fiant trochiſci.

VIRES.

*Si per dentes, & gingivas poſiti dolorem ſedant.*

TROCHISCI, SEV SIEF ALBI RHASIS Cum opio.

℞. Ceruſſæ lotæ, & pp. ʒx. ſarcocollæ nutritæ ʒß. tragacanthi ʒij. opij ʒß. fiant ex eis trochiſci forma lentis ſimiles.

VIRES.

*Conferunt ophtalmiæ, dolorem oculorum ſedant.*

*Trochiſci albi Rhaſis ſine opio.* Parantur etiam hi trochiſci ſine opio, & appellantur trochiſci albi Rhaſis ſine opio.

*Sarcocola nutrita.* Sarcocola nutritur imbibendo eam in lacte aſinæ, ſeu capræ, per quinque dies imbibitionem continuando, cavendo, ne lac ſupernatet.

SIEF VIRIDE ANTIHÆI.

℞. Cadmiæ, & croci ana ʒiij. gummi arabici, myrrhæ, & opij ana ʒiß. plumbi viti, & loti ℈j. & gr. xv. ſqua-





ſquamæ Æris, nardi Indicæ, & acaciæ ana ℈j. & gr. x. cum aqua pluviali fiat collyrium.

VIRES.

*Celebratur ad doloris moleſtias, puſtulas, inuſtiones, prolapſus, & contuſiones oculorum.*

CAPVT VII.

*De extractis, & Eſſentijs.*

Extractum Opij Quercetani.

℞. Opij Thebaici q. v. ſcinde in bracteolas tenues, ac exiguas, exicca in patina vitreata moderato calore arenæ, ſemper ſpatula agitando, vt ſulphurea pars exhalet, (cavendo fumum) & donec facile inter digitos (cum frigifactum ſit) in pulverem reducatur: tunc extrahe tincturam cum aceto diſtillato fortiſſimo, (ſeu ſucco morum, & hoc ſecurius) reaffundendo novum ſuccum, vſque quo tinctum non amplius appareat: liquores omnes miſce, ac per chartam filtra, & calore vaporis, ſeu B. M. humiditatem evapora ad mellis conſiſtentiam; extractum, quod etiam *eſſentia* appellatur, ſerva.

EXTRACTVM, SEV ESSENTIA CROCI Quercetani.

℞. Croci electi q. v. exicca inter chartas, & abſtrahe tincturas cum ſpiritu vini, filtra, ac exhala ad mellis conſiſtentiam, vt de opio dictum eſt.

ESSENTIA CASTORII QVERCETANI.

Paratur cum aceto Alkaliſato, vt ex croco.



UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN
ALERE FLAMMAM
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

## ESSENTIA SVCCINI QVERCETANI.

℞. Succini flavi ſubtiliter pulverati q. v. pone in argenteâ patinâ, & adde ſpiritum vini, itaut ſupereminceat ſuccinum, accende ſpiritum ſemper agitando, vſque quo flamma ceſſet, idque repete ad quartam vicem, exicca, & præpara ſupra porphyrium, & extrahe tincturam, cum ſpiritu vini, vt de croco.

## LAVDANVM OPIATVM QVERCETANI.

℞. Extracti, ſeu eſſentiæ opij Quercetani ℥ij. extracti croci Eiuſdem ℥j Hyacinthorum pp. & corallij rub. pp. ana ʒ ß. terræ ſigillatæ pp. ʒj. Lapidis Bezoaris Orientalis, vnicornu, & Ambræ griſeæ ana ℈ij. fiat perfecta miſtio, igne lento, ad extracti ſpiſſitudinem.

### *V I R E S.*

A*Nodynum eſt inſigne: adverſus omnis generis dolores ex quacumque cauſa natos confert: contra dyſenteriam, & fluores ventris, dyſentericos, hepaticos, & iterum gratam tranquillitatem adducit, & ſomnum conciliat in febribus ardentibus, in quibus ipſe rationis ſenſus læditur, & phrenitim æger plerumque delabitur.* Doſis à gr ß. ad gr. jv.

## LAVDANVM OPIATVM MAIVS QVERCETANI.

℞. Extracti opij Quercetani ℥ij. extracti, ſeu eſſentiæ croci Eiuſdem ℥j. eſſentiæ ſuccini Eiuſdem. eſſentiæ caſtorij Eiuſdem, ſalis perlarum, ſalis coralliorum rubror. & floris ſulphuris ana ʒ ij. lapidis Bezoaris Orientalis, oſſis de corde cervi, & vnicornu pp. ana ʒj. eſſentiarum extractarum ex ſpeciebus Diambræ, & Diamoſchi dulcis ana ℥ij. Moſchi, & ambræ griſeæ ana ℈j. Miſceantur optimè addendo in fine oleorum aniſi, carui, Arantiorum, macilæ, caryophyllo-



lorum, cinnamomi, & ſuccini ana gr. xij. fiat extractum ſolicitudine magna. *Convenit cum priori.* Doſis à gr. j. ad gr. v.
Appellatur etiam *Nepenthes.* *Nepenthes.*

## EXTRACTVM CASTORII.

℞. Caſtorij ab omnibus membranis, pinguedinique ſeparati, non vetuſti ℥jv. cui ſubtiliſsime inciſo, & cucurbita vitrea immiſſo, ſuperaffunde ſpiritus ceraſorum ardentis ℥ij. facta maceratione vnius diei, abſtrahe, fortiter diſtillando per balneum Mariæ, totum ſpiritum affuſum, ad ſiccitatem caſtorij: ſpiritum abſtractum ſtudiosè aſſerva in vaſe venè clauſo: è reſiduo in alembico caſtorij, affuſâ quantitate ſufficienti ſpiritus vini, repetitis vicibus, extrahe eſſentiam, quovſque ſpiritus affuſus colore non inficiatur: tandem ſpiritus omnes tinctos filtra, & in alembico vitreo, leni calore balnei inſpiſſa ad conſiſtentiam ferè ſyrupi, reſiduum ex cucurbitâ extrahe, & in patinam vitream impone aquæ diplomatis debitè immerſam, & evapora vlterius, ad ſatis denſam conſiſtentiam extracti, cui demum junge, & reſtitue diſtillatum ab eo ſpiritum ſupra aſſervatum, additaque ℥ß. eſſentiæ arantiorum ſaccharinæ, ex recentibus corticibus paratæ: fiat extractum iuſtæ conſiſtentiæ.

### *V I R E S.*

V*Alet in affectibus cerebri, apoplexia, epilepſia, letargo, variolis expellendis, &c.* Doſis à gr. ij. ad ℈ß. *& vltra.*

## EXTRACTVM LIGNI ALOES HARTMANNI.

℞. Ligni aloes optimi minutim inciſi ℥ij. infunde in ſpiritu vini rectificatiſsimo, ad eminentiam duorum digitorum, & adde flor. roſarum ʒij. iuncta in vaſe ſtent

UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN ®
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

ſtent in infuſione per aliquos dies, hinc diſtilla, fortiter exprime, & in vaſe vitreo reſerva: deinde iterum &c. Ligni aloes ℥ij. fac vt ſupra dictum, & ita fiet tertia vice: in vaſe vitreo ſuper arenam exicca, & fiat extractum S. A. ex quo fiant rotulæ cum ſacchari albi in aqua diſſoluti q. ſ.

### *VIRES.*

IN *capitis, ac vteri affectibus, & in lipothymia datur; cor enim, ac ſpiritus vitales, tum animales roborat, ac bonum corpori nutrimentum ſuppeditat.* Doſis à ʒij ad ℥j.

## EXTRACTVM ALOES QVERCETANI.

℞. Aloes ſuccotrinæ pulveratæ q. v. extrahe tincturam in B. M. cum aqua cichorij, ſeu acetoſæ, vſquequo liquor non amplius tingatur, & in fundo vaſis remaneat pars terrea: tincturas omnes filtra, & lento igne cinerum in vaſe vitreo coque ad mellis ſpiſsitudinem, vſuique repone.

### *VIRES.*

I*Nternas putredines arcet, ventriculum mundat, ac roborat: cruditates abolet, & ventrem lubricum reddit.* Doſis ad ʒij.

## EXTRACTVM CATHOLICVM.

℞. Extracti Aloes aqua parati, reſinæ ſcammonij, & reſinæ Jalappæ ana ℥ij. Extracti colocynthidis cum vino optimo parati, extractorum agarici, aſari, & mechoacannæ cum ſpiritu vini paratorum, extractorum ellebori nigri, baccarum ebulorum, & foliorum ſennæ cum aqua, ſale tartari acuata, extractorum ana ℥j. fiat ex omnibus maſſa, ſeu extractum S. A.

VI-



### *VIRES.*

*Omnes humores ſecuriùs purgat.* Doſis à ʒß. ad ℈ß.

De extractis ſimplicibus aqueis, ac reſinoſis vide lib. I. cap. V. ſemper attendendo ex quibus ſubſtantijs ſimplicia componuntur, quia ſunt, quæ liquorem aquoſum amant, vt aloe, ſenna, & ſimilia: alia verò ſulphureum, qualis eſt ſpiritus vini, vt ſcammonium, jalappa, & ſimilia: alia verò aquoſum, ſulphureum, & tartareum quale eſt vinum, vt colocynthis, &c.

Nota: Aloe habet etiam reſinoſam ſubſtantiam, ſed inutilem.

## EXTRACTVM GVMMI GAMANDRÆ ſivè Gummi de Perù Roſatum Mynſicht.

℞. Gummi gamandræ optimè pulverati ℥j. aquæ cichorij ℥ß. ſpiritus vitrioli rectificati ʒj. hæc benè commixta tabulæ vitreæ, vel vaſi, loco calido temperato evaporare ſine, donec materia terreum colorem induat: poſtea pulveriſa, & adde pulv. roſarum rubrar. ℥j. ſantali rubr. ʒij. ſpiritus vini q. ſ. circula per horas 24. tunc quando refrixerit, per chartam filtra, & paulatim vſque dum ſiccetur, evaporare ſine, & ſic habebis extractum rubicundum.

### *VIRES.*

A *Seroſis humiditatibus totum corpus humanum ſine omni periculo, & difficultate purgat. Vnde ingenti cum fructu, & commodo in cachexia, hydrope, arthritide, podagra, ſimilibuſque affectibus, vt etiam in ſcorbutico, & morbo virgineo inſtar ſingularis experimenti vſurpatur.* Doſis à gr. vj. ad ℈j.

Duo ſunt generalia catharticorum corrigentia, nempè acida, & alKaliata; illa ſunt ſpiritus vitrioli, vel fu-

mus

mus ſulphuris incerti: quæ ipſi mitigant quidem purgantia, dum ea caſtrant; interim eorum ſæpè vim laxativam, figendo ſal volatile arte, plus minus demunt. Longè autem melior eſt correctio purgantium per alkaliſata, inter quæ præfertur ſal tartari, vel eius loco nitrum cum carbonibus fixatum: ſal enim tartari texturam illorum pinguem reſolvendo, eamdem penetrantiorem, viſciditatemque attenuando, minus torminoſam reddit, & hoc modo correctum præfertur gummi de Perû roſato. Vide Zuvelf. in animadv. & Emmulerum in comm. Ludovici de purgantibus vegetab. p. m. 727.

## ELATERIVM DIOSCORIDIS.

℞. Cucumerum ſylveſtrium maturos (qui tacti protinus exiliunt) q. v. ſerventur nocte vna: poſtridie impoſito ſupra craterem rariore cribro, vtriſque manibus prehenſi, ſigillatim ſupino cultro, ſurſum versùs aciem habente, ſinduntur, atque per cribrum humor in ſubiectum vas exprimitur: ſimulque carnoſum, quod hæſit cribro, quò facilius excidat, eliditur: quod ita preſſum eſt, reſidere ſinitur, atque in vicinam pelvim demittitur. Coacervata autem in cribro ſegmina dulci aqua perfunduntur, & denuò preſſa abijciuntur. Humor in pelvi agitatur, & linteo opertus ſoli exponitur, dumque ſteterit, tota ſupernatans aqua cum humore concreto effunditur. Hoc verò identidem fieri ſolet, donec exiſtens aqua liqueſcat: qua ſtillatim exhauſta, ſedimentum mortario ſuſcipitur, & conterendo cogitur in paſtillos. Sunt qui ad hauriendam protinus ſucci abundantiam, cribratos cineres humi inſpargunt, & medium cavantes, triplicatum linteum obtendunt, per quod elaterium cum ſua humiditate diffundunt, ſiccatumque in pila, vt dictum eſt, conterunt. Aliqui pro dulci aqua, marinam perfundentes ita eluunt. Alij in noviſsima lotione mulſam aquam reſpergunt.

VI-



### VIRES.

*Bilem, ac pituitam extrahit. Optima ſuſpirioſis eſt purgatio. Menſes ciet, & partus facilitat, in peſſo ſubditum. Morbo Regio medetur, cum lacte naribus infuſum, & à diuturnis capitis doloribus liberat: efficaciſsime anginis illinitur cum vetere oleo, melle, aut felle taurino.* Doſis à gr. j. ad gr. ij.

## EXTRACTVM MARTIS APERITIVVM.

℞. Æruginis ferri ℔j. tartari albi ℔ij. coquantur diu in ℔xiv. aquæ, ſemper novam aquam ferventem reaffundendo, quoties neceſſe ſit, ad liquorem exactè tingendum: mox filtra, & evapora ad extracti ſpiſsitudinem.

### VIRES.

*Aperit, deopilat, in obſtructionibus, & chloroſi prodeſt.* Doſis à ʒß. ad ʒij.

Ærugo ferri: vide crocum martis cum rore paratum.

## EXTRACTVM, SEV MAGISTERIVM Martis Aperitivum Mynſicht.

℞. Succi oxalidis depurati ℔iij. affunde Tamarindorum optimorum ℥viij. conficiantur manibus, vel piſtillo ligneo in patina terrea, vt fiat in medum pulmenti, poſtea exemptis nucleis, & ſtipitibus coquantur parum, & clarificentur cum albuminibus ovorum duorum: deinde colentur per laneum pannum, & liquor colatus ponatur in cucurbita vitrea, cui adde limaturæ chalybis, à ſordibus benè purgatæ ℥iv. digerantur in arena loco calido tribus diebus, & noctibus, vt ſemper agitari poſsit cum ſpatula lignea; poſt digeſtionem coletur per chartam in patinam vitream, vel ter-

ream

ream, inſpiſſetur lento igne ad conſiſtentiam extracti liquidi, & habes Magiſterium Martis aperitivum.

*VIRES.*

P*Rodeſt in omnibus opilationibus, & inflammationibus hepatis, lienis, & ſchirris: aperit, reſolvit, attenuat, menſes cit, &c.* Doſis à ʒj. ad ʒiij.

EXTRACTUM ALKEKENGI DONCELLII.

℞. Baccarum ſiccarum Alicacabi q. v. tere, & extrahe tincturas cum aqua Alicacabi acuata cum ſpiritu ſulphuris, filtra, & inſpiſſa. *Nephriticum eſt.* Doſis ad ʒj. in ſua aqua diſtillata.

ESSENTIA OPII LIQVIDA ANODYNA Zuvelſeri, ſeu Laudanum liquidum Mortonis.

℞. Opij Thebaici optimi ℥j. quod teſſelatim inciſſum ſolvatur in calore leni, aquę cinnamomi cum vino diſtillatę ℔ß. ſolvatur in ea opium, ſolutioque filtretur per chartam, & pręcipita cum ſalis tartari albiſſimi ℥j. paulatim iniecta, poſt digeſtionem vnius diei, ac alterius, filtretur, & adde eſſentiæ filtratæ ſalis ammoniaci cum chalybe ſublimati ʒiiß. extracti croci ʒß. eſſentiæ liquidæ corticum arantiorum, & citri ana ℥ß. Digerantur in vitreo vaſe vene clauſo lentiſſimo calore, per triduum, filtretur denuo eſſentia, & ſervetur.

*VIRES.*

P*Rodeſt in febribus tertianis, & quartanis hora una ac altera ante paroxyſmum propinanda: item in epilepſia, tam infantum, quam adultorum, doloribus colicis, dyſenteria, & fluxionibus alvi immoderatis cum vehi-*





*culo appropriato exhibitum.* Doſis à ʒj. ad ʒiij.

ESSENTIA AMBRÆ.

℞. Ambræ griſſeæ optimæ, & ſacchari candi ana ʒij. Moſchi ʒß. zibethi ℈ß. optimè miſceantur, & ponantur in matrace ſuperaffundendo ℥iv. ſpiritus vini alkaliſati, digerendoque in ventre equino matrace optimè clauſo per dies quatuor, mox adhuc calens eſſentia ſeparetur, & vſui reponatur.

*VIRES.*

R*Oborat omnia viſcera, auget ſemen, & venerem excitat.* Doſis à gr. vj. ad ℈ß.

ESSENTIA CAMPHORÆ.

℞. Camphoræ q. v. diſſolve in ſpiritu vini, digereque ad olei ſpiſsitudinem, filtra, ac ſerva.

*VIRES.*

O*Dontalgica eſt inſignis, prodeſt etiam in gonorrhæa virulenta.* Doſis ad ʒß.

ESSENTIA CAMPHORÆ ALEXITERIA.

℞. Camphoræ ℥ij. diſſolve in oleo amygdalarum dulcium q. ſ. percola, & adde ſpiritus vini ℥ij. digere ſimul in matrace per ſex dies, mox abſtrahe ſpiritum per exhalationem: reſiduo adde tincturæ liquidæ croci q. ſ. ad aureum colorem.



UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

*VIRES.*

P*Rodeſt in ſuffocatione matricis, & febribus, à peſte præſervat.* Doſis gt. ij. vel gt. iij.

ESSENTIA CARYOPHYLLORVM

℞. Caryophyllorum aromaticorum in pulverem craſſum redactorum ℥ß. colloca in lagena, & adde Alkaeſt Glauberi q. ſ. vt benè madefiant; repone per noctem in digeſtione, & reperies ſequenti die caryophyllos redactos in mucilagine, affunde tunc alcohol vini optimè dephlegmati ℥iv. digere per noctem, mox decanta liquorem nigricantem, qui eſt ipſa eſſentia, ſeu tinctura caryophyllorum

*VIRES.*

C*Ardiaca, ſtomachica, & cephalica eſt inſignis, potenter attenuat, ac incidit.* Doſis à gt. ij. ad gt. viij. *in vehiculis apropriatis.*

ESSENTIA CITRI SACCHARINA Zwelferi.

℞. Succum prælo expreſſum ex corticibus citriorum, ſeu Limonum extimis radicula communiotis; cum hoc ſucco ſolvatur ſuper ignem lenem ſacchari albiſſimi lib. j. ac ſi tabulæ ſine ebullitione (cum ſucco aliàs acido ſolitæ) fieri deberent, & totaliter iterum exiccetur charta incluſum; hoc exiccatum ſaccharum cum illo priori ſucco expreſſo denuo humectetur, aut ſaltem irroretur, atque iterum charta incluſum exiccetur. Tandem eidem ſaccharo citrato ex decem, vel duodecim pomorum limonum corticibus recentibus imprimatur ſuccus eorum oleaginoſus digitis ſaltem, & efficietur fragrantiſſimum odore, & virtute efficaciſſimum.





*VIRES.*

C*Ordiale, & alexipharmacum eſt nobile, plurimis aliis medicamentis pro odore, & ſapore grato conciliando, admiſcendum.*

Appellatur etiam *Saccharum Citratum.*

Eſſentia arantiorum ſaccharina paratur eodem modo.

ESSENTIA CITRI.

℞. Eleo ſacchari citri ℥iiß. ſucci oleoſi ex recentibus corticibus exterioribus citri expreſſi q. ſ. vt fiat eſſentia liquida.

*VIRES.*

P*Ræſtans eſt ad cordis, & ventriculi imbecillitatem iuvandam, venenis etiam adverſatur, oris halitum commendat, vino permixta, illud ſuaviſſimo ſuo odore, & ſapore magnificè commendat.* Doſis ad ℥ß.

ESSENTIA SACCHARINA, SEV OLEVM ſacchari ſimplex Beguini.

℞. Sacchari canti pulverati ℥iv. aquæ vitę ℥viij. imponantur in ſcutella vitreata, & accende aquam vitę, continuò ſpatula agitando, donec flamma ceſſet, tum adde aquę roſarum ℥ij. vſuique repone.

*VIRES.*

C*Orroborat, & tuſſi à materia lenta, & craſſa laborantibus, certo experimento opitulatur; aſthmati, raucedini, & pectoris affectibus medetur. Incidit enim iſtam materiam, abſumit eam, lenit pectus, catarrhos nonnihil, & ventriculi concoctionem promovet.* Doſis ad ℥iß.

## ESSENTIA ABSYNTHII.

℞. Extracti Abſyntij ℥ij. cui adde ſalis Abſynthij ℥ß. olei diſtillati Abſynthij ʒj. prius cum ℥j. ſacchari candi pulverati in eleo ſaccharo redacti. Ponantur in phiola, & eis ſuperaffunde ſpiritus Abſynthij ℔ij. digerantur phiola probè clauſa ſeptimana vna: hinc filtra eſſentiam, vſuique repone.

### VIRES.

S*Tomachica eſt inſignis, hepatica, ſplenetica, aperit, attenuat, vermes necat, bilem educit, crapulam diſcutit, ſudorem cit. Febribus convenit, appetitum mirificè promovet, &c.* Doſis à ʒj. ad ℥j.

Eodem modo parari poſſunt eſſentiæ Pulegij, Chamæmeli, Menthæ, & ſimilium.

*Nota*: Olei diſtillati è vegetabilibus (præcipuè ex aromaticis) veniunt etiam in officinis ſub nomine eſſentiarum, vt eſſentia Majoranæ, Lavendulæ, Menthæ, Abſynthij, &c. de quibus vide lib. I. Cap. V.

*Eſſentia* enim propriè ſignificat vnionem principiorum chymicorum tum volatilium, tum fixorum, vt indè tota rei eſſentia integras vires referens emergat, quamvis *Eſſentia* vocabulum tribui etiam ſoleat tincturis mollibus, in quibus ſcilicet facta eſt aliqua menſtrui evaporatio, interdum eleo ſaccharis. Alij Quintam eſſentiam dicunt, quaſi quid præter quatuor elementa, quod nomen vulgò, vt dictum eſt, oleis ſtillatitijs tribuitur. Tandem adeò generica eſt hæc vox *Eſſentia*, vt nonulli ſales, & magiſteria hoc nomine inſignire non vereantur, inter hos eſt Quercetanus, qui ſales coralliorum, & perlarum eſſentias vocare ſolet.

***





## CAPUT VIII.

### *De Tincturis, Elixyrijs, & Balſamis.*

## ELIXYR, SEU AQUA VITÆ MATHIOLI.

℞. Cinnamomi ℥j. zingiberis, & zedoariæ ana ℥ß. ſantalorum omnium ana ʒvj. caryophyllor. galangæ, & nucis myriſticæ ana ʒiij. Macis, & cubebarum ana ʒj. cardamomi vtriuſque, ſeminis melanthij, corticum citri, pulveris Diambræ, Diamoſchi dulcis, Diamargaritonis, Diarrhodonis Abbatis, Aromatici roſati, & electuarij gemminis ana ʒiij. ſeminis aniſi, fœniculi, paſtinacæ ſylveſtris, ocymi, radicis angelicæ, caryophyllaceæ, liquiritiæ, calami odorati, Phu minoris, foliorum ſclareæ, id eſt Hormini, thymi, calaminthę, pulegij, menthæ, ſerpylli, & amarici ana ʒij. roſarum rubrar. florum ſalviæ, betonicæ, roris marini, ſtœchadis, bugloſsi, & borraginis ana ʒß. Terantur quæ terenda ſunt, & macerentur omnia in vaſe vitreo, cum ℔xij. aquæ vitæ ex ſelectiſsimo vino paratæ, per dies 15. vaſe optimè clauſo: poſt diſtillentur per B. M. ſeu vaporis, cum niſſuris optimè clauſis, deinde aquam diſtillatam reconde in aliud vas; & adde ſantali citrini odoratiſsimi ʒj. Moſchi, & Ambrę griſleæ ana ℈ß. Julapij roſati clariſsimi ℔j. fortiter agita vas huc; & illuc, vt fiat exacta miſtio, & deſine requieſcere optimè clauſum per quindecim dies, tunc decanta, cautèque ſerva.

### VIRES.

P*Rodeſt in peſte, epilepſia, apoplexia, & ſimilibus. Sudores promovet, ſpiritus auget, concoctionem iuvat, cor, cæteraque membra confortat.* Doſis à ʒj. ad ℥ß.



UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

## ESSENTIA ABSYNTHII.

℞. Extracti Abſyntij ℥j. cui adde ſalis Abſynthij ʒß. olei diſtillati Abſynthij ʒj. prius cum ℥j. ſacchari candi pulverati in eleo ſaccharo redacti. Ponantur in phiola, & eis ſuperaffunde ſpiritus Abſynthij ℔ij. digerantur phiola probè clauſa ſeptimana vna: hinc filtra eſſentiam, vſuique repone.

### VIRES.

S*Tomachica eſt inſignis, hepatica, ſplenetica, aperit, attenuat, vermes necat, bilem educit, crapulam diſcutit, ſudorem cit. Febribus convenit, appetitum mirificè promovet, &c.* Doſis à ʒj. ad ℥j.

Eodem modo parari poſſunt eſſentiæ Pulegij, Chamæmeli, Menthæ, & ſimilium.

*Nota:* Olei diſtillati è vegetabilibus (præcipuè ex aromaticis) veniunt etiam in officinis ſub nomine eſſentiarum, vt eſſentia Majoranæ, Lavendulæ, Menthæ, Abſynthii, &c. de quibus vide lib. I. Cap. V.

*Eſſentia* enim propriè ſignificat vnionem principiorum chymicorum tum volatilium, tum fixorum, vt indè tota rei eſſentia integras vires referens emergat, quamvis *Eſſentiæ* vocabulum tribui etiam ſoleat tincturis mollibus, inquibus ſcilicet facta eſt aliqua menſtrui evaporatio, interdum eleo ſaccharis. Alij Quintam eſſentiam dicunt, quaſi quid præter quatuor elementa, quod nomen vulgò, vt dictum eſt, oleis ſtillatitijs tribuitur. Tandem adeò generica eſt hæc vox *Eſſentia*, vt nonulli ſales, & magiſteria hoc nomine inſignire non vereantur, inter hos eſt Quercetanus, qui ſales coralliorum, & perlarum eſſentias vocare ſolet.

***





## CAPVT VIII.

### *De Tincturis, Elixyrijs, & Balſamis.*

### ELIXYR, SEV AQVA VITÆ MATHIOLI.

℞. Cinnamomi ℥j. zingiberis, & zedoariæ ana ℥ß. ſantalorum omnium ana ʒvj. caryophyllor. galangæ, & nucis myriſticæ ana ʒiij. Macis, & cubebarum ana ʒj. cardamomi vtriuſque, ſeminis melanthij, corticum citri, pulveris Diambræ, Diamoſchi dulcis, Diamargaritonis, Diarrhodonis Abbatis, Aromatici roſati, & electuarij gemminis ana ʒij. ſeminis aniſi, fœniculi, paſtinacæ ſylveſtris, ocymi, radicis angelicæ, caryophyllacæ, liquiritiæ, calami odorati, Phu minoris, foliorum ſclareæ, ideſt Hormini, thymi, calaminthę, pulegij, menthæ, ſerpylli, & amarici ana ʒij. roſarum rubrar. florum ſalviæ, betonicæ, roris marini, ſtœchadis, bugloſsi, & borraginis ana ʒß. Terantur quæ terenda ſunt, & macerentur omnia in vaſe vitreo, cum ℔xij. aquæ vitæ ex ſelectiſsimo vino paratæ, per dies 15. vaſe optimè clauſo: poſt diſtillentur per B. M. ſeu vaporis, cum niſſuris optimè clauſis, deinde aquam diſtillatam reconde in aliud vas; & adde ſantali citrini odoratiſsimi ʒj. Moſchi, & Ambrę griſleæ ana ℈ß. Julapij roſati clariſsimi ℔j. fortiter agita vas huc; & illuc, vt fiat exacta miſtio, & deſine requieſcere optimè clauſum per quindecim dies, tunc decanta, cautèque ſerva.

### VIRES.

P*Rodeſt in peſte, epilepſia, apoplexia, & ſimilibus. Sudores promovet, ſpiritus auget, concoctionem iuvat, cor, cæteraque membra confortat.*

Doſis à ʒj. ad ʒß.

## ELIXYR VITÆ MAIVS QVERCETANI.

℞. Radicum Zedoariæ, Angelicæ, gentianæ, valerianæ, tormentillæ, ſcorçoneræ, galangæ, ligni aloes, & ſantali citrini ana ℥iij. fol. melliſſæ, menthæ, majoranæ, baſilliconis, huſſopi, thymi, & chamædryos ana M. ß. baccarum Lauri, & Juniperi, corticum limonum, & arantiorum, ſeminum pæoniæ, ſeſeli, anethi, fœniculi, aniſi, citri, & cardui benedicti, caryophyllorum, cinnamomi, macis, Zingiberis, cubebarum, cardamomi, piperis albi, & ſpicæ nardi ana ℥ij. Belzoini, myrrhæ, olibani, ſuccini, & maſtiches ana ʒvj. flor. roris marini, ſalviæ, pæoniæ, ſtœchadis, calendulæ, lavendulæ, hyperici, centaurij minoris, betonicæ, liliorum convallium, & tilię ana P. ij. cichorij, roſar. rubrar. & bugloſsi ana P. j. Mellis optimi & ſacchari albi ana ℔j. aquæ vitæ optimè rectificatæ ℔x. Digerantur per dies decem vaſe hermeticè clauſo: poſtea fiat expreſsio, quæ diſtilletur igne primi gradus, ponendo in roſtrum alembici Moſchi ℈ß. Ambræ griſseæ, & croci ana ℈j. & diſtillabit aqua clara, quam collige, & ſerva: dein auge ignem ad ſecundum gradum, & ſtillabunt ſpiritus nebuloſi, quos etiam ſerva: tandem auge ignem fortiorem, vt ſtillet oleum, & maneat materia in fundo ſicca, tamen non perfectè arida, ne empyreumam acquirat. Ex reſiduo, in alembico remanenti, extrahe tincturam cum aqua illa clara priori aſſervata: demum miſce tres illos liquores, ac diſtilla denuo per gradus vt antea, ſingulis, vt prius ſeparatim ſuſceptis: reſidua, ex vtraque diſtillatione, calcina, ac fac lixivium cum illa aqua clara aſſervata, & ſic imbuta ſale ſuo, ac colata miſce illam cum ſpiritu, & oleo, ac circula, vſuique ſerva in vaſe vitreo benè clauſo.

VI-



### *VIRES.*

V*Alet ad curandas, & præcavendas vertigines, epilepſias, apoplexias, paralyſes, ſincopes, aſthmata, manias, melancolias, hypothymias, ſtomachi, & aliarum partium debilitates, hyſtericas paſsiones, cachexias, & alia id genus ſymptomata.* Doſis à gr. vj. ad gr. xx.

## ELIXYR VITÆ MINVS QVERCETANI.

℞. Radicum centaurij minoris, & gentianæ ana ℥iij. galangæ, cinnamomi, macis, & caryophyllor. ana ℥j. florum ſalviæ, & roris marini ana P. ij. vini albi generoſi ℔vj. Macerentur in B. M. per dies octo: deinde exprimantur fortiter: expreſsio diſtilletur per alembicum vitreum in cinere ad ſiccitatem: ex reſiduo materiæ extrahe tincturam cum illa aqua diſtillata; poſt incinera materias relictas, & abſtrahe ſal cum aqua diſtillata, vſuique repone.

### *VIRES.*

S*Pecificum eſt remedium ad omnes cachexias, ſtomachi, capitiſque imbecillitates, &c.* Doſis ad ʒij.

## ELIXYR PROPRIETATIS HELMONTII.

℞. Alos lucidę, Myrrhæ, & Croci ana ℥j (ſi enim plus ſumpſeris, fruſtà id factum reperies.) Duo priora terantur acuratè, crocus verò, quia non teritur niſi exiccatus, potiùs conglobetur tundendo. Ponantur in vitro capaciſsimo, & forti, ſigilleturque liquato collo vitri, & circuletur moderato calore, ne vas diſſiliat, donec videris totam offam in fundo coaluiſſe, & circulari oleum clarum cum aqua in parietibus vitri. Tunc aperiatur collum vitri, & infunde aquæ cinnamomi ℔j. & diſtilla per arenam madidam, cui



ſen-

ſenſim aqua bulliens affundatur, donec non amplius è roſtro alembici quidquam ſtillet.

### *VIRES.*

V*Alet ad curandas apoplexias, epilepſias, aſthmata, paralyſes, atrophias, &c.* Doſis à gr. vj. ad gr. xxx. Clariſsimus Hoffmannus ſimplici huius Elixyrij parandi modo eſt contentus, quia dicta ratione ſpecies non ſolum comburuntur, ſed de aloe, & tota balſamica myrrhæ eſſentia parum elevabitur.

## ELIXYR PROPRIETATIS PARACELSI.

℞. Spiritus vini optimi ℥iij. croci ʒj. myrrhæ, & aloes ana ʒij. Myrrha, & Aloe triturentur, crocus verò exiccetur, & omnia infundantur loco tepido per dies octo, poſtea filtretur, & vſui reponatur.

### *VIRES.*

V*ulnerarium eſt, ſudorem ciet, prodeſt in morbis malignis, ac peſtilentibus, à putredine reſervat, utile eſt hypochondriacis, uterinis, appetitum promovet, &c.* Doſis à ℈ß. ad ʒß.

## ELIXYR PROPRIETATIS CROLLII, SEV Elixyr Proprietatis Paracelſi cum acido.

℞. Myrrhæ electæ, Aloes hepaticæ, & croci ana ℥iv. pulveriſa, & humecta cum ſpiritu vini rectificatiſsimo, mox adde ſpiritus ſulphuris per campanam facti, ad eminentiam duorum, vel trium digitorum: digerantur per dies quatuor, poſt decanta tincturam: relictæ materiæ affunde ſpiritus vini tot, quot de ſulphure poſuiſti, iterum digere, mox decanta, & fæces diſtilla: diſtillatum iunge cum prioribus, ac ſer-



va. *Convenit cum priore.* Doſis à gr. viij. ad ℈j.

## ELIXYR VTERINVM CROLLII.

℞. Caſtorij ℥iij. croci ℥j. extrae tincturam omnem cum ſpiritu vini, reaffundendo quoties tinctum appareat, extractiones miſce, quibus adde extracti Artemiſiæ ℥iij. ſalis matris perlarum ℥ß. oleorum diſtillatorum angelicæ, aniſi, & ſuccini ana ʒj. digerantur omnia per dies octo.

### *VIRES.*

S*I proportionata doſis ſumatur ingruente paroxyſmo qualicumque hyſterico, tunc illicò ſanatur, provocato ſudore. Quod ſi ſingulis menſibus appetentibus menſtruis æquali doſi vtatur, non revertetur morbus.* Doſis à ℈j. ad ℈ij.

## ELIXYR ANODYNVM.

℞. Camphoræ, myrrhæ, & croci ana ℥ß. radicis contrayerbæ, caryophyllorum aromat. ana ℥j. opij ʒj. ſpiritus vini rectificati ℥xx. Digerantur ſimul in fimo equino, per ſex ſeptimanas, deinde ſeparetur liquor ſupernatans, vſuique reponatur.

### *VIRES.*

V*Alet, ad dolores colicos, & nephriticos tollendos, veneris reſiſtit, ſudores ciet, &c.* Doſis à gr. vj. ad gr. xx.

## TINCTVRA VITÆ MYNSICHT.

℞. Spiritus vini ℔vj. aquæ roſar. ℔jv. corticum arantiorum, cort. citri, roſar. rubrar. ſiccar. menthæ criſpæ, meliſſæ, ſantali albi, & cinnamomi ana ℥vij. ligni aloes, & macis ana ʒij. ſem. angelicæ, corian-

UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

riandri, aniſi, & fœniculi ana ʒiß. ſpicæ nardi, galangæ minoris, croci, cardamomi, & caryophyllor. ana ʒß. Ambræ griſeæ, & moſchi optimi ana ℈ß. ſtent in digeſtione per octiduum, poſtea per alembicum diſtilla. Hinc ℞. Spiritus diſtillati ℔vij. caſsiæ ligneæ veræ ℥ij. confectionis Alchermes ℥ß. croci ℈j. Digerantur: poſtea ſpiritus tinctus dulcoretur cum ſaccharo albo in phlegmate proprio diſſoluto, & vſui repone.

### VIRES.

COR, & *ſpiritus reficit, & exhilarat, & vitam prolongat, cerebrum, & ſtomachum confortat, ventriculi calorem auget robur firmat, flatus diſsipat, concoctionem iuvat, tormina ventris ſedat, inteſtina ſana conſervat.* Doſis à ʒj. ad ʒvj.

## TINCTVRA HYPERICI MYNSICHT

℞. Succi herbarum, & florum hyperici expreſsi, & depurati ℔ij. ſucci Anagallidis cum floribus purpureis expreſsi, & depurati ℔j. ſanguinis Aſinini ex venis poſt aures extracti ℔ß. flor. buglosſi, roſatum, & Anthos ana ʒvj. caſsiæ ligneæ, & confectionis Alchermes ana ℥ß. croci ʒj. Infunde per noctem, poſtea in B. M. diſtilla ad ſecundum cohobium. ℞. Huius aquæ ℔ij. eſſentiæ hyperici cum ſpiritu vini factæ ℥ß. ſtent in loco tepido per noctem, mane aliquoties filtretur, donec tincturam rubicundiſsimam, rubini inſtar accipias: quæ ſacchari candi albiſsimi ſ. q. dulcoranda, & ad vſum ſervanda.

### VIRES.

IN *melancholia, mania, dementia, faſcinationibus, & incantationibus prodeſt; torporem mentis, & tarditatem ingenij emendat. Vrinam cit, menſtrua pellit, tertianis, & quartanis ſuccurrit, ad morbum renum, & veſicæ prodeſt.* Doſis à cochlear. iij. ad v. *bis in die, mane ante ſolis ortum, & veſpere eundo cubitum.*



## TINCTVRA SOLIS, SEV AVRVM Potabile per ſpiritum ſale vrinæ acuatum.

℞. Calcem ſolis, ſeu Auri, per aquam regiam factam, & reverberationem in ſummam poroſitatem, & brunitatem redactam, affunde ſpiritum vini microcoſmicum. Digere lento calore per menſem vaſe Hermeticè clauſo, donec ſanguinis inſtar rubicunda tinctura evadat. Hinc decante, & affunde novum menſtruum, idque toties repete, quoties opus ſit. Solutiones collectæ per octo, vel duodecim dies digerantur. Hinc leniſsimo calore menſtruum (in ſimiles vſus reſervandum) in B. M. ſeparetur. Sic remanet tinctura in fundo forma olei rubicundiſsimi, in quolibet liquore ſolubilis, quæ vicem Auri potabilis ſupplere poteſt.

### VIRES.

A*Vrum hoc potabile, non minùs vt lapis Philoſophorum, pro vniverſali medicina habendum; eò quia humidum radicale in ſua quantitate, & qualitate integrum conſervat, calorem naturalem renovat, ac inſtaurat, ſpiritus omnes recreat, ac vegetat, vireſque totius corporis, à morbi malignitate labefactas, ita confortat, vt adverſus hanc inſurgere, & pugnare, tandemque vincere, & expellere poſsint, quemadmodum conſtans, ac concors eſt omnium Hermeticorum Philoſophorum ſententia. Ergo in omnibus ferè ægritudinibus, tutò, & feliciſsimè adhibetur.* Doſis à gr. iv. vel gr. vj. & vltra.

*Spiritus vini Microcoſmicus*, fit ex ſpiritus vini rectificatiſsimi, ac ſalis vrinæ ad ſummam puritatem deducti

UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN ALERE FLAMMAM VERITATIS DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS ®

ducti partibus æqualibus, ponuntur in locum frigidiſsimum, hinc digeruntur per lentum calorem B. V. in phiola Hermeticè clauſa ſpatio 20. vel 30. dierum, & convertentur in liquorem, qui ſi lubet, per B. M. ſemel, ac iterum rectificetur.

## TINCTVRA LVNÆ, SEV ARGENTVM Potabile.

Paratur eodem modo.

### VIRES.

C*Apitis corroborans perhibetur ſpecificum, ſpiritusque animales confortare, vnde, & omnibus capitis affectibus peculiaris efficatiæ cenſetur, in primis Epilepſia, Apoplexia, & ſimilibus.* Doſis à gr. iij. ad gr. vj.

## TINCTVRA MARTIS APERITIVA Lemortis.

℞. Cryſtalli tartari ℥viij. Limaturæ Martis ℥iij. irrorentur cum aqua, vt paſta fiat, & exponatur aëri aliquot dies, poſtea, addatur aquę q. ſ. & coquantur per quatuor horas, continuo materiam agitando, & in locum aquæ evaporatæ, recentem ſubſtituendo, donec ſufficienter colorata appareat, evaporetur deinde ad ſiccitatem, cautè ſub finem procedendo, ne materia aduratur; hinc ℞. Pulveris huius ℥iij. vini albi optimi ℥x. digerantur ſimul in B. M. per duos dies, dein clarum, à ſpiſſo ſeparetur ad vſum.

### VIRES.

V*Alet in opilationibus, obſtructionibus, & vermibus ſummopere.* Doſis à gr. vj ad gr. xxx.

*Extractum Martis aperitivum* Si materiam illam, ex qua ſumiſti pulveres, ſolum ad mellis ſpiſſitudinem evaporas, habes extractum martis aperitivum.

TIN-



## TINCTVRA MARTIS ADSTRINGENS

℞. Croci martis cum ſulphure parati ℔ß. calcina igne violentiſsimo per horas duas, mox irrora cum aceto fortiſsimo, ſicca, idque repete ad quartam vicem, hinc irrora cum ſpiritu vitrioli, ſicca, ac impone in lagena vitrea, & adde ſpiritus vini, ad eminentiam quatuor digitorum; digere per dies ſex, filtra, ac vſui repone.

### VIRES.

I*n diarrhæis, hemorrhoidum fluxionibus, ac menſtruis immoderatis confert.* Doſis à ℈ß. ad ℈j.

## TINCTVRA LAPIDIS HÆMATITIS Aperitiva.

℞. Florum Lapidis Hæmatitis ℥j. ſpiritus vini ℥iij. digere per dies octo, filtra, vſuique ſervâ.

### VIRES.

M*Enſes provocat, obſtructiones aperit, in cachexia prodeſt.* Doſis à gr. viij. ad gr. xxjv.

## TINCTURA LAPIDIS HÆMATITIS Adſtringens,

℞. Capitis mortui remanentis in diſtillatione florum Lapidis Hæmatitis optime calcinati ℥j. ſpiritus vini rectificati ℥iij. digere per dies duodecim, filtra, & repone.

### VIRES.

F*Luxus ventris, diarrhæas, dyſenterias, & ſimilia, ac fluxiones ſanguinis ex quacumque corporis parte ſiſtit.* Doſis à gr. viij. ad gr. xxjv.

TIN-

## TINCTVRA TARTARI.

℞. Salis Tartari albiſsimi q. v. calcina igne violentiſsimo ad colorem cæruleum, deinde abſtrahe tincturam rubicundam cum ſpiritu vini; mox exhala ſpiritum ad olei ſpiſsitudinem, vſuique repone.

### *VIRES.*

C*Onfert in melancholia hypocondriaca, ſcorbuto, hydrope, obſtructionibus omnibus, vrinam ciet, &c.* Doſis à gr. jv. ad gr. viij.

## TINCTVRA ANTIMONII EX AVGVSTANA.

℞. Salis Tartari ℔j. Antimonij electi ℔ß. Pulverata, & miſta, fluant in crucibulo valido igne per horam, poſtea extrahe tincturas cum ſpiritu vini: liquores tinctos miſtos exhala ad olei craſsitiem, vſuique repone.

### *VIRES.*

S*Anguinem depurat, vnde hypocondriacis, cachecticis, ictericis, & ſcabioſis prodeſt.* Doſis à gr. ij. ad gr. viij.

## TINCTVRA SVLPHVRIS.

℞. Sulphuris electi, ſalis nitri, & ſalis tartari ana p. æq. fluant in crucibulo, effunde, pulveriſa, ac cum ſpiritu vini extrahe tincturam rubicundiſsimam S. A.

### *VIRES.*

I*N peſte, febribus, ſcorbuto, obſtructionibus hepatis, pulmonumque morbis eſt vtilis.* Doſis ad gr. viij.

***  ***  ***

TIN-



## TINCTVRA, SEU ESSENTIA CORALLIORVM Hartmanni.

CAlcinentur corallia priùs non pulveriſata, ſed integra igne reverberij primùm lento, vt ſaltem viva flamma corallia in teſtis (ſeu ſcutellis terreis) in furno reverberij poſita ſuperficie tenus tangat. Corallia hoc modo primo gradu albeſcunt, coloremque nativum abſcondunt. Tandiu ergò gradibus ignis inuicem ſuccedentibus coralliorum corpus eſt fatigandum, donec ex albedine in flavedinem, & ex flavedine in rubedinem ſummam reducantur, corpore toto reddito ſpongioſo, & levi, id quod plurimum biduo, vel triduo abſolvitur. Hoc igitur ſignum, dum in promptu fuerit, tunc demum corallia beneficio gradum ignis, facta habilia ad propriam tincturam in aliud menſtruum deponendam. Sic itaque præparata corallia, ſi in ſpiritum vini, vel in alcohol ſpiritus roris maialis injiciantur, paulò poſt ſponte ſua in id idem alcohol tincturam deponunt. Igitur hæc aliquantulum menſtruo vini ſp. per diſtillationem inde ablato, fit rubicundiſsima cum quadam dulcedine.

### *VIRES.*

M*Undificat, & renovat pleniſsimè ſanguinem in toto humano corpore. Reſiſtit etiam omnibus defectibus ex putredine, & corrupto ſanguine orientibus: omneſque morbos internos radicitus evellit. Confortat quoque ſeptem membra principalia, præſertim autem cor, & vitales ſpiritus, quos contra virus, & omnes malos, & periculoſos caſus munit. Item omnes obſtructiones in præcipuis membris, pulmone, iecore, ſplene, & renibus mirificè reſerat, & inflammationes ſedat; febrium æſtum compeſcit, earumque materiam conſumit, &c. In vehementiſsima ſuffocatione matricis, menſtruis ſuperfluis, hydrope, paralyſi, ſcorbuto, lue venerea, lepra, dyſenteria, gonorrhæa,*

UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS
ALERE FLAMMAM VERITATIS

*rhæa, ſpaſmo; & ſanguine concreto medicamentum eſt Divinum.* Doſis ad gr. xx.

## TINCTVRA SVCCINI.

℞. Succini flavi ſubtilitèr pulverati ℥j. ſp. vini rectificatiſsimi ℥iv. leni calore, in phiola optimè clauſa, per dies ſex digerantur, aliquando movendo, tandem liquor tinctus filtretur, vſuique reponatur.

### *VIRES.*

O*Mnibus catarrhoſis affectibus; præſertim apoplexiæ, epilepſiæ, vertigini, & paralyſi valde prodeſt: Nil enim, inquit Helmontius, ſtomacho, inteſtinis, nervis, imò & cerebro eſt gratiùs ſuccino in ſp. vini reſoluto;* Doſis à gr. vj. ad ℈j.

## TINCTVRA CASTORII.

℞. Caſtorij electi ℥j. ſp. vini rectificati ℥iv. digerantur per dies ſex in matrace benè clauſo, poſtea coletur, & tinctura vſui reponatur.

### *VIRES.*

P*Roficua eſt letargo; apoplexiæ, paralyſi, vertigine; artuum tremore, & dolore colico; difficultatem audiendi corrigit, dentium dolori ſuccurrit.* Doſis à gr. jv. ad ℈ß.

## TINCTVRA MYRRHÆ.

Paratur eodem modo.

### *VIRES.*

P*Artum facilitat, menſes cit, ſudores promovet; apoplexiæ, paralyſi, & letargo confert, fœtum mortuum,*





*& ſecundinas pellit, earumque putredinem arcet; variolas, & morbillos expellit; convenit itidem pro expulſione purpuræ albæ puerperarum, & cum illa ſæpius ſit coniuncta cum ſuppreſsione lochiorum, tunc vna fidelia plures dealbantur parietes, & duabus magnis indicationibus vnico ſuccurritur præſidio, quoniam & lochia promovet, & expellit purpuram.* Doſis à gr. vj. ad gr. xv. *in apropriato liquore.*

## TINCTVRA SATURNI.

℞. Saturni laminati q. v. extrahe tincturam cum ſp. ſaturni ardente S. A.

### *VIRES.*

C*Onducit maniæ, melancholiæ, quartanæ, phtiſi, &c.* Doſis à gr. j. ad gr. v. &c.

## TINCTVRA EPILEPTICA EX PHARMACOpea Extemporanea.

℞. Caſtorij ℥ß. ſuccini flavi pulverati, & croci ana ʒij. flor. recentium liliorum convalium ℥j. ſalis volatilis ſudori feri ℥x. digerantur abſque calore, poſtea filtretur, vel decantetur tinctura, vſuique ſervetur.

### *VIRES.*

I*N epilepſia, & hyſterica paſione valde prodeſt.* Doſis à ℈j. ad ʒj. *in aq. ceraſorum, vel tiliæ.*

## TINCTVRA CÆRVLEA.

℞. Viridis æris calcinati, & camphoræ ana ʒj. ſpiritus volatilis ſalis ammoniaci, & ſp. vini ana ℥j. Diſſolvatur camphora in ſpiritu vini dicti, hinc miſceantur omnia, ac digerantur, mox ſeparetur tinctura, filtretur, ac vſui reponatur.



UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

### *VIRES.*

I*N omnibus affectibus hypochondriacis, chloroſi, & rachitide mirifice prodeſt.* Doſis à gt. jv. ad gt. viij. *in liquore apropriato.*

## TINCTVRA CHERMES.

℞. Granorum chermes ℥ß. his affunde ſpiritus vini ℥iv. Digere per dies tres, tunc decanta, & relictis granis novum ſpiritum vini affunde, & ſic continua donec omnem tincturam extraxeris; demum omnes illas tincturas junge, & tertiam partem exhala in balneo Mariæ, vſuique ſerva.

### *VIRES.*

P*Otenter aſtringit, cardiaca, & ſtomachica eſt.* Doſis à gt. vj. ad gt. xxx.

Eodem modo parantur tincturæ croci, Abſynthij, Florum Pæoniæ, Macis, Ligni Aloes, & ſimilium.

## TINCTVRA CINNAMOMI.

℞. Spiritus vini optimi ℥viij. Caſiæ ligneæ electæ ℥iij. Digerantur in matrace optime clauſo per dies ſex, hinc filtretur tinctura, ac reponatur.

### VIRES.

A*Perit, diſcutit, concoctionem tuetur, omnes ſpiritus, ac viſcera recreat, exhilarat, menſes, & partum accelerat, &c.* Doſis à ʒß. ad ʒ.ß.

## TINCTVRA ROSARVM.

℞. Roſarum rubrarum ſiccarum ℥ij. aquæ tepidæ ℔jv. ſp. vitrioli, vel ſulphuris ʒiij. macerentur in phiola vitrea per horas ſex ſupra cineres calidos: coletur tinctura, cui adde ſacchari albiſsimi ℔iß. vſuique ſerva.





### VIRES.

P*Rodeſt in febribus putridis, appetito proſtrato: cor exhilarat, ardorem febrium compeſcit, ſitim etiam extinguit.* Doſis ad ℥iij.

Tinctura violarum paratur eodem modo.

## TINCTVRA, SEV ESSENTIA GRANORVM Chamæactes Harmanni.

℞. Magnam copiam granorum Chamæactes, ideſt granorum Ebuli, exiccentur in vmbra, ponantur in matrace colli longi vſque ad medium, ſuperinfunde aquam vitæ, Ideſt ſp. vini, vt per quatuor digitos ſupernatet, adde aliquot guttulas ſpiritus vitrioli, & vaſe benè obturato fiat digeſtio in B. M. per quinque, aut ſex dies, quovſque ſpiritus acquirat tincturam rubini inſtar, quam ſepara per inclinationem, vſuique repone.

### *VIRES.*

I*N ſuffocatione vteri hac tinctura erumpentibus ſudoribus, quiſcente corpore paroxyſmum ſiſtit, & expellit per diapnoreſim è corpore ipſo reſolutos vapores.* Doſis à ℈j. ad ʒj.

## TINCTVRA PAPAVERIS ERRATICI Mynſicht.

℞. Conſervę Papaveris Erratici ℥j. florum eiuſdem cum ſp. vitrioli irrorator. ʒj. miſce, & cum aquę ex ſucco prędictorum florum diſtillatæ ℥xxx. extrahatur tinctura rubicundiſsima, quam poſtea filtra, & adde ſyrupi è ſucco flor. Papaveris erratici ℥viij. ſp. vitrioli parum, miſce, & ad vſum repone.

### *VIRES.*

I*N defluxionibus calidis, tenuibus, & acribus; aſperam arteriam, & fauces exaſperantibus, inſomniaque facien-*



UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

*tibus, quàm maximè valet: Tuſsim quoque inde natam, necnon catarrhum, & phthiſim ſedat, refrigerat, atque ſomnum conciliat. in pleuritide, & puncturis laterum ad dolorem mitigandum, inflammationem reſolvendam, ſudoremque eliciendum admirabile præſidium eſt. inſuper ad alui profluvium, & dyſenteriam ex materiæ acris, & biliosæ affluxu excitatam, valdè prodeſt.* Doſis ab ℥j. ad ℥ij.

## TINCTVRA LACCÆ MYNSICHT.

℞. Gummi Laccæ ſubtilitèr pulverati ℥ß. aluminis uſti ʒij. miſtis affunde aquæ lapidis medicamentoſi cum aqua roſarum, & ſalviæ factæ ℔iij. ſtent in digeſtione, donec perfectè tingantur: poſtea filtretur, & tinctura rubicundiſsima ad vſum ſerva.

### *VIRES.*

*IN gingipedio morbo, ſeu ſcorbuto oris experimentum eſt; gingivarum enim laxitatem, putredinem, & fœtorem oris curat; & carnem amiſſam reparat.*

## TINCTVRA, SEV EXTRACTVM VITRIOLI Narcoticum Anodynum Salæ ex Schrodero.

℞. Vitrioli pulverati, ac lento calore ad albedinem vſque exiccati ℔ß. affunde ſp. vini optimè rectificati ℥xxx. ſepelito in fimo equino per menſem: decanta poſtea à fecibus abſque perturbatione, & diſtilla in B. M. ad reſidentiam vſque liquoris flavi, oleo diſtillato non abſimilis: tunc ceſſa, & quod prolatum eſt ſerva. Liquorem reſtitantem benè occluſum quoque in vſum repone, qui precioſum extractum eſt.

### *VIRES.*

*NArcoticum eſt, & anodynum, nec potentia opio cedit, ſine periculo tamen reprimit, & coagulat vapores ſuſtiles ve ne-*



*venenoſos, epilepſiam cauſantes, idque ſpecificè.* Doſis ad gr. xij. *in vehiculo appropriato.*

*Nota:* Nulla humiditas præter vini ſpiritum accedat, vaſque ſiccißimum ſit, alioquin in caſſum laborabis.

## TINCTVRA DIAPHORETICA EX TRIBVS Principijs Chymicis Battimelli.

℞. Salis volatilis viperarum, & ſalis volatilis cornu cervi ana ℥j. miſce, & ſerva. Deinde ℞. Spiritus viperarum, & ſpiritus cornu cervi ana ℥ij. miſce, & ſerva. Poſtmodum ℞. Olei viperarum diſtillati, & olei cornu cervi ana ℥iij. miſce, & his miſtis ſuperfunde ſp. vini optimi ℥vj. & ſtatim ſolventur. Hoc peracto ℞. Spiritum viperarum, & cornu cervi, & coniunge cum ſolutione oleorum, & per retortam diſtilla, & habebis ſulphur cum Mercurio maritatum. His peractis accipe ſalia volatilia ſuperius ſervata, quibus ſuperfunde Sulphur, & Mercurium, claude vas Hermeticè, ac digere per menſem chymicum, & iam facta eſt trium principiorum ſcilicet ſalis, Sulphuris, & Mercurij vnio, & Tinctura Diaphoretica completa eſt.

### *VIRES.*

*HÆC Tinctura, (potius eſſentia) ſummum eſt alexiterium in febribus malignis, morbis epidemicè graſſantibus, & cuiuſcumque generis venenis. Item omnes fœdas cutis infectiones, ipſamque Luem veneream radicitus curat.* Doſis à ℈ß. ad ℈j.

## TINCTVRA BACCARVM JVNIPERI.

℞. Baccarum Juniperi recentium, & contuſarum craſsiuſculè ℔j. ſem. aniſi contuſi ℥jv. radicis angelicæ ℥j. ligni nephritici ℥ß. macis ʒij. miſta infundantur in vini malvatici ℔viij. ſtent in infuſione per 24. dies, quotidie aliquoties movendo: poſtea per B. M. diſtillentur, & cum hoc diſtillato liquore extrahe tincturam ex Baccis Juniperi S. A. quæ inde filtretur, & parum dulcoretur, vſuique ſervetur.



UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN
ALERE FLAMMAM VERITATIS
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS
®

### *VIRES.*

*EXcalefacit, aperit, attenuat, diſcutit, ſtomacho vtilis, contra pectoris vitia, tuſsim, inflammationes, tormina, & ſerpentum ictus efficaciſsimè bibitur; venenis mirificè adverſatur, calculos quoque renibus pellit, vrinam ciet, vnderuptis, convulſis, & vulvæ extrangulatui ſubvenit.* Doſis à ʒj. ad ℥ß. *mane ieiuno ſtomacho.*

## TINCTVRA HYPERICI AVGVSTANÆ.

℞. Summitatum Hyperici cum floribus pulveriſatarum q. v. Macera octiduum in ſpiritu vini rectificatiſsimi q. ſ. in loco tepido, poſtea filtretur tinctura rubicundiſsima inſtar Rubini, ſaccharo edulcora, & vſui ſerva.

### *VIRES.*

*IN contumacibus affectibus valdè vtilis eſt; imbecillitatem, hebetudinem, ſtupiditatem, torporemque mentis, quantum per artem licet, corrigit, & emendat, omneſque imaginationis affectus feliciter tollit; morbis etiam renum, & veſicæ prodeſt, vrinam provocat, & menſtrua pellit.* Doſis ad ℥j.

## LAVDANVM LIQVIDVM THOMÆ Sydenhamij.

℞. Vini albi optimi ℔j. opij. ℥ij. croci ℥j. pulveris cinnamomi, & caryophyllor. ana ʒj. Infundantur ſimul in B. M. per duos, tres vè dies; donec liquor debitam conſiſtentiam acquirat, colatura ſervetur pro vſu.

### *VIRES.*

*ANodynum eſt inſigne, dolores ſedat in colica, & ſimilibus.* Doſis à gr. x. ad ℈j.

LAC,



## LAC, SEV LIQVOR PERLARVM.

℞. Margaritar. pp. q. v. tere eas in mortario marmoreo cum ſucco Limonum, & ſtatim perlæ diſſolventur; filtretur, colaturaque ſervetur.

## LAC PERLARVM ALIA.

℞. Aquar. Bugloſsi, Acetoſæ, viperinæ, & endiviæ ana ℥v. Margaritarum pp. ʒi. raſuræ eboris ʒß. Infundantur, & poſtea agitentur fortitèr, colentur per manicam, & dulcoretur cum ℥ß. manus Chriſti perlati.

### *VIRES.*

*CArdiaca eſt, prodeſt in febribus ardentibus, refrigerat, ac lætificat cor.* Doſis ad ℥vj.

## LAC CASSIÆ, SEV CINNAMOMI.

℞. Caſsiæ ligneæ electæ ℥iv. ſp. vini optimi ℔iß. diſtillentur, vſuique liquor diſtillatus ſervetur. *Convenit cum Tinctura Cinnamomi.*

## LAC VIRGINALE.

℞. Benzoini, & ſtyracis calamitæ ana ℥j caryophyllor. caſsiæ ligneæ, macis, & Balſami nigri ana ʒij. ſp. vini optimi ℥xvj. Digerantur per dies tres, filtretur, & ſervetur ad faciem decorandam, miſcendo guttas aliquas in aqua fontana.

## LAC ALVMINIS.

℞. Aluminis pulverati ℥j. aquæ ex albuminibus ovorum ℥iv. ſp. vini ℔ij. Optimè, & diu in vaſe vitreo agitentur, vt fiat inſtar Lactis.

X4 *VI-*

UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

*VIRES.*

*A*Rcanum habetur in gonorrhæa, profluvio albo, menſibus immodicis, &c. Doſis cochlearia 2. vel 3. ter in die: aſſumptum etiam ad ℥ij. hora ante paroſyſmum, ſæpè curat tertianam. Etiam ophtalmicum eſt inſigne.*

BALSAMVM ALKALISATVM IOANINI.

℞. Theriacę Magnæ ℥j. Myrrhæ, Aloes, & croci ana ℥ß. ſummitatum Abſynthij, Scordij, Abrotani, radicis centaurij minoris, & maioris, ariſtolochiæ rotundæ, & Iridis ana ʒj. Pulverentur, & ponantur in phiola, quibus adde ſp. vini ad eminentiam quatuor digitorum, & digerantur per octiduum, hinc coletur tinctura, uſuique reponatur.

*VIRES.*

*P*Rodeſt in ulceribus malignis, mirificè mundificandis, tam internis, quam externis. Etiam in peſte, & ſimilibus.* Doſis ad ʒj.

BALSAMVM ANTIMONII.

℞. Sulphuris Aurati Antimonij, & ſalis tartari ana ℥j. Spiritus Terebinthinę ℥iv. digerantur ſimul S. A. & abſtrahatur Balſamum.

*VIRES.*

*A*D ulcera ſordida, fiſtulas, &c. tam internas, quam externas valet.* Doſis à gr. x.

BALSAMVM REGVLI ANTIMONII.

℞. Reguli Antimonij pulverati q. v. digere in B.M. cum ſp.



ſp. Terebinthinæ ad rubedinem vſque: decanta, & abſtrahe tincturam cum ſp. vini, deinde igne cinerum abſtrahe ſpiritum ad balſami conſiſtentiam.

*VIRES.*

*O*Ptimum eſt in affectibus pulmonum, phthiſi, aſthmate, tuſſi, &c.* Doſis gr. 3. vel 4.

BALSAMVM SVLPHVRIS ANISATVM Mynſicht.

℞. Olei Aniſi diſtillati ℥vj. florum ſulphuris ℥j. miſce, & in vaſe vitreo digerantur, & circulentur tandiu, donec oleum aniſi tincturam ſulphuris perfectiſsimam extraxerit: poſtea aufer oleum rubicundiſsimum per inclinationem, filtra, & ad vſum ſerva.

*VIRES.*

*E*ST Balſamum perfectiſsimum, calefaciens, & ſiccans, & à putredine præſervans, in quo ſunt omnes virtutes naturalis balſami, & vis conſervatiua maxima. In catarrhis pectoralibus, tuſsi aſthmate, phthiſi, pleuritide, colica, peſte, febribus, morbis epidemicis, epilepſia, lue venerea; necnon in omnibus apoſtematibus, & putrefactionibus corporis, miranda præſtat.* Doſis à gr. iij. ad gr. vj. *in vehiculis appropriatis.*

BALSAMVM SVLPHVRIS TEREBINTHINATum, ſeu Rubinus ſulphuris.

℞. Florum ſulphuris ℥iij. ſpiritus Terebinthinæ ℥vj. vel ℥vij. Digerantur in vaſe vitreo, donec ſolvatur ſulphur, & ſpiritus Terebinthinæ rubicundus reddatur, hinc decanta, ac ſerva.



UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

## *VIRES.*

M*Iriſicè prodeſt contra phthiſim; quippè valet ad ulcera pulmonum conſolidanda, præſervat à peſte, aliiſque morbis contagioſis. Item ſingularis eſt in calculo renum, & veſicæ.* Doſis à gr. iij. ad gr. viij.

Nota: Cum oleo Terebinthinæ rectificato promptiùs, quàm cum ſpiritu ſuccedit.

Melius tamen ſuccedit operatio ſi ſulphur cum ſale tartari miſceas, vel ſuper ignem lentiſsimum in crucibulo torreas in maſſam rubicundam, & poſtea extraxeris tincturam vt dictum. v. g.

℞. Florum ſulphuris ℥jv. liqua, & adde ſalis tartari puriſsimi ℥iß. agita optime cum ſpatula, vt exactè miſceantur, ſemotis ab igne ſerva maſſam, quam *Hepar ſulphuris* appellatur. Ex hac maſſa pulverata, & oleo diſtillato quo volueris para Balſamum ſulphuris vt dictum. Sic parantur: Balſamum ſulphuris Aniſatum, fœniculatum, ſuccinatum, Benzoinatum, Iuniperinum, Camphoratum, Terebinthinatum, &c.

*Hepar ſulphuris.*

Hoffmannus in clave cap. de ſulphure inquit, quod hæc Balſama ex ſulphure cum oleis diſtillatis præparata in phthiſi, aut exulceratione pulmonum, aut aliorum viſcerum ex humoribus ſalſis hæmoptyſin cauſantibus orta in vſum trahi non debent; nam in tali caſu vel prævia adfuit, vel adhuc coniuncta adeſt inflammatio, eaque non ſine acido inflammante, ac dolorifico. Olea autem ſtilatitia calida ſunt, inflammabilia, ac reſinoſa, acidumque occultum habent. Inſuper tam apertè ventriculo membranaceo inimica ſunt, abſumendo humidum illius radicale, hepati autem, aliiſque viſceribus phlogoſin excitando, vt quidam ſibi ſitim perpetuam adſciverint, quidam cachexiam bilioſam, quidam hydropem calidum, alij cruentum alvi fluxum, ſcabiem ſiccam, febres hecticas, &c.

***

BAL-



## BALSAMVM CATHOLICVM MYNSICHT.

℞. Thuris, Myrrhæ electæ, & aloes ſuccotrinæ ana ℥ß. ſtyracis ℥ij. Benzoini ℥iij. Balſami Peruviani ſolidi, & flor. hyperici ſemine prægnat. ana ℥j. Moſchi orientalis, & Ambræ griſeæ ana ℈ß. ſemina, & flores hyperici ponantur in vaſe vitreo cum ſp. vini alkoholiſati ℔iij. quod optime obſerva per 24. horas: deinde decanta, & decantato ſpiritui rubore imbuto inde ſupra dicta ingredientia ſubtiliter pulverata; ſtent in digeſtione per 20 dies ad ſolem, vel in ventre equino, vel in cineribus calidis, & hoc exacto tempore ſepone à fæcibus, ſpiritum decantando per inclinationem, & in vaſe vitreo optimè clauſo cuſtodi.

## *VIRES.*

C*Arnes mortuas à corruptione præſervat, & perennat, unde ſi vitulinæ fruſtum, vel carnis genus aliud ter, vel quater hoc balſamo irrores, incorruptibile evadit, & in mumiam abibit; quanto magis carnes vivas à corruptela præſervavit. Omnia vulnera tuto curat: ſanguinem effuſum, coagrumatum liquat, & ad inſenſibilem tranſpirationem ſolicitat: oſſium fracturas ferruminat: inflammationes prohibet, affectas partes roborat, ſanguinis fluxus impedit, tumores diſcutit, & dolores demulcet. In omnibus vulneribus in quacumque corporis parte cum materia, affluxu intemperie, carnis excreſcentia, oſsis caria, eryſipelate, ſordidis, verminoſis, in ipſa gangræna, & cancro præſentaneum, & ſalutare eſt medicamentum. In aurium ulceribus non habet ſimile, tumoribus adapertis præſens eſt medela. Dentium dolorem ſolo à tactu tollit, ſtuporem abigit, & mobiles firmat. Gingivis exeſis, & exulceratis, laxis, & putridis medetur. Fauces, & uvulam exulceratas curat. In omnibus oculorum affectibus promptum eſt medicamentum. Dolorem iſchiaticum, podagricum, cæteroſque articulares frequenti inunctione, ſi*

*non*

*non tollit, ſaltem demulcet. Solo afflatu capite dolenti bus, vertiginoſis, & apoplecticis ſuccurrit. Flatus diſſi pat, & dolores colicos ſola inunctione externa ſedat. Catarrhalibus fluxionibus, tuſſi, aſthmati, empyemati, phtiſi, pulmonum vomicæ, & alijs pectoris affectibus præſentaneum eſt medicamentum, tam ore ſumptum, quam pectore inunctum. Specificum eſt ſtomachicum, tam in eius regione illitum, quam ore propinatum; ſtomachum confortat, digeſtionem promovet, appetentiam excitat omnibus morbis indè ortum ducentibus, vt inteſtinorum affectibus, lienteriæ, cæliacæ, diarrhææ, &c. Subvenit. Inſigne eſt cardiacum in cordis tremore, palpitatione, lypothimia, & ſyncope. Summum eſt Bezoar in febribus malignis, & peſtilentibus.* Doſis ad ʒij.

## CAPVT IX.

### *De Decoctis.*

### DECOCTVM ANTISCORBVTICVM & Spleneticum.

℞. Seri lactis caprini recenter facti, & probè depurati ℔v. cui immergantur radicum recentium cichorij ſylveſtris ℥ij pimpinellæ recent. ℥iß. herbarum recentium cochleariæ, naſturci hortenſis, & cerefolij ana ℥ij. capparum aceto conditor. ℥iß. tamarindor. ℥j. cremoris tartari ʒij. facta digeſtione, & vnica ebullitione, fiat colatura, & clarificatio, addendo ſacchari albi ℥iv. ſp. ſalis ammoniaci acidi chalybiati q. ſ. pro guſtu grato, fiat decoctum clarum. Doſis ab ℥j. ad ℥iv.

### SERVM LACTIS EXTRAHENDI RATIO.

℞. Floris cinaræ aculeatæ, ſive cardui ſativi contuſi ʒij. aquæ tepidæ ℥iv. infunde per horas duas, hinc expreſſionem ſupra ℔xij. lactis caprini recentis, & tepe-

fas



lacti injice, & agita vas pauliſper, & deſine requieſcere, & frigeſcere; & ita apparet lac optimè coagulatum; deinde per pannum trajecta abſque expreſſione, & ſubſtantia butyroſa manet in panno, caſeoſa verò, & ſeroſa recipitur in vas ſubjectum: hic liquor compoſitus ex duplici ſubſtantia, ſeroſa, ſcilicet, vt dictum, & caſeoſa igne exponitur ad duos fervores; tandem percolatur, & manet in panno caſeoſa ſubſtantia, in vaſe verò ſubjecto ſeroſa, quæ accipitur quoties in ſchedulis ſerum lactis præſcribitur. Vires vide lib. I. cap. VIII.

### DECOCTVM APERITIVUM.

℞. Endiviæ, cichorij, & fumariæ ana M. j. eupatorij, borraginis, bugloſſi, cuſcutæ, & ſcolopendrij ana M. ß. glyzyrrhizę raſæ, radic. fœniculi, apij, petroſelini, & paſſularum exacinatar. ana ℥ß. ſem. aniſi, & fœniculi ana ʒij. comarum thymi, & epithymi ana ʒiß. corticum tamaricis, & capparum ana ʒij. fol. ſennæ ℥ij. polypodij quercini ℥j. agarici ℥ß. Incidenda incindantur, & contundenda contundantur craſſo modo, & infundantur in ℔vj. aquæ, poſt coquantur vna ebullitione, & poſt ſex horas coletur.

### VIRES.

A*Peritivo hoc porrò in viſcerum obſtructionibus, & contumacibus eorum affectibus Medici vtuntur: diuturnos enim iecoris, lienis, & venarum meſaraicarum infarctus permeat, ac expellit, ictero, & febribus antiquis, necnon hydropi opportunum eſt.* Doſis ab ℥ii. ad ℥vi.

### DECOCTVM PVGINVM.

℞. Folior. ſennæ ℥i. polypodij contuſi ℥ii. fœniculi, & aniſi ana ℥ß. epithymi ʒii. zingiberis, & cinnamomi

ana

UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

ana ʒiß. thymi ʒv. trium flor. cordialium ana ℈j. prunorum N. vj. paſſular. exacinat. ʒvj. aquæ hordei ℔vß. fiat decoctio ad medietatis aq. conſumptionem, removeatur ab igne, & quando vtetur, coletur.

*VIRES.*

S*Olutivum eſt inſigne, diureticum, ac carminativum;* Doſis ab ℥j. ad ℥iij.

DECOCTVM SOLVTIVUM DONZELLII.

℞. Polypodij ℥j. ſennæ, & tartari vini albi ana ℥ß. anisi ʒij. fiat decoctio in aqua S. A. ad remanentiam ℔ß. aquæ.

DECOCTVM COMMVNE HORDEI.

℞. Hordei in linteo aſpero fortiter fricati ℔j. aquæ tepidæ ℔xx. coquantur ad medietatis aquæ conſumptionem, & poſt ſex horas coletur, & vtetur.

DECOCTVM CORDIALE.

℞. Radicum viperinæ, & acetoſæ ana ℥j. fol. acetoſæ, & bugloſſi ana M. j. ſem. citri, ſeu limonum contuſor. ʒj. trium flor. cordialum ʒij. fiat decoctio S. A. ad ℥viij. vel ℥x. remanentiam.

DECOCTVM PECTORALE.

℞. Hordei integri mundi P j. radicis liquiritiæ raſæ ℥ß. prunorum N. viij. caricarum N. iv. capilli veneris, & ſcabioſæ ana M. ß. fiat decoctio S. A. ad remanentiam ℥viij.

DECOCTVM ADSTRINGENS MYNSICHTI.

℞. Radicum tormentillæ, & ſerpentariæ ana ℥j. cydonior. exiccator. ʒvj. ſem. lapathi acuti, & antheræ roſar. ana ʒij. vrticæ mortuæ cum floribus rubris ʒiß. nucis moſchatæ, cinnamomi acuti, galangæ minor. & caryophyllor. ana ʒj. ſebeſten N. jx. coquantur in aquæ plantaginis ℔iij. ad tertias, & in colatura clara diſſolve camphoræ ʒj. & ad libitum cum miva cydoniorum edulcora.



*VIRES.*

I*N dyſenteria, cæteriſque alui fluxibus, &c. experimentum eſt, necnon hæmorrhagiam variam curat. Doſis mane, ſtomacho ieiuno bonum hauſtum.*

DECOCTVM AD CALCVLVM

℞. Radicis liquiritiæ raſæ, & rad. Iridis ana ℥iß. rad. petroſelini, & fœniculi ana ℥ij. ſem. maluæ, althææ, fœniculi, & rad. ſaxifragiæ ana ʒvj. ſem. quatuor frigidor. maior. excorticat. ana ʒv. ciceris rubror. ℥vj.? ſebeſten, & ficuum ana N. xxx. hordei mundi & loti ℥ij. Inciſa, & contuſa craſſiuſcule, coquantur S. A. in aquæ pluvialis ad remanentiam ℔iv.

*VIRES.*

A*Bſtergit, lenit, dolores ex calculo, ac vrinam promovet [illegible] continuo [illegible].* Doſis ad ℥iv.

IVSCVLA VIPERINA SEBASTIANI Baltholi ex Donzellio.

V*Na vipera, aut duæ, capitibus, extremiſque caudarum exemptis, ſenectis decorticentur, eviſcerenturque, quæ de his alba ſuperſunt corpora contundantur, vel centerantur, ac ſimul cum ſucco, qui centerendo effluxit, pinguedine, cæteriſque viſceribus, iniiciantur in vas vitreum amplum non multum lati orificij, iiſque affundantur aquæ cinnamomi ex vino diſtil-

UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

diſtillatæ ℥ß. aquæ fontis ℥iij. ac illico vas ſubere; madidaque pergamena arctè occludatur; adaptetur deinde in B. M. in quo per quatuor horas ebulliat, ac poſt reſrigerationem vas aperiatur, & quicquid in eo continetur, per linteum fortiſsimè exprimatur; nam inde iuſculum ℥vj. excidet, quarum tres ex viperino balſamo conſtant.

## VIRES.

H*OC iuſculo frigido, vel calido manè ieiuno ſtomacho ſi cachecticus vtatur, infra 20 dies mirabitur effectus: corpus enim veluti renovat, pertinaci cachexia laborantes priſtinæ reſtituit ſanitati, & quaſi iuveneſcere facit.*

Plurimi Decocti veniunt etiam in officinis ſub nomine aquarum, de quibus vide infra cap. de Aquis.

## CAPVT X.

### *De Infuſionibus.*

### INFVSIO ROSARVM PERSICARVM; SEV Alexandrinarum, vel Pallidarum ex 9. Infuſionibus, ſeu Permutationibus.

℞. Aquæ puræ tepidæ ℔xviij. foliorum roſarum Alexandrinarum recentium ℔vj. ſummitte eas in vaſe vitreato ſupra ignem, vt madefiant, tunc impone in vaſe terreo vitreato, quod *Tina* vocatur, & optimè obturato, macerentur in loco tepido per octo horarum ſpatium, ſingulis horis ſpatula lignea Roſas ſubmittendo: ſubinde exprime Roſas fortitèr manibus, vel non nimis fortitèr ſub prælo. Colaturam iterum calefac, & ſubmitte alias ℔vj. foliorum Roſarum Alexandrinarum recentium, vt madeant, iterumque macera vt antea, per alias octo horas, iterumque, vt antea exprime, idque repette vſque ad novem infuſiones, ſeu permutationes, ſemper Roſas novas recentes



tes infundendo. Infuſio clarificetur per ſedimentum, decantetur, percoletur, & reponatur in vaſe vitreo anguſti orificij, cooperto oleo, vt à corruptione conſervetur: quæ mutari debet quotannis.

Infuſio Roſarum Rubrarum, ſeu Noſtratum ex 9. infuſionibus paratur eodem modo.

Infuſio violarum ex 9. infuſionibus paratur etiam eodem modo, accipiendo violas integras cum ſuis calicibus.

### INFVSIO CATHARTICA.

℞. Folior. ſennæ ʒiij. ſalis tartari, ſeu ſalis vegetalis ℈j. aquæ tepidæ ℔ß. infunde per noctem, poſtea cola, & propina, pro doſi, juxta Medici præſcriptum.

Sennæ ʒiij. ſufficiunt animandis ℥vj. aquæ, quoniam aqua extrahit tantum, quantum ferendo ſibi ſatis eſt, & reliquum abijcit. Vnde ſennæ ʒvj. in aquæ ℥vj. non magis purgabunt quam ſennæ ʒiij in ſimili aquæ quantitate maceratæ. Ratio eſt, quia ſi ſemel aquæ pori ſunt repleti, tunc aqua non poteſt amplius recipere, licet ſennam centies addas. Elegans exemplum ſuggerit Gaſſendus de variorum ſalium in aqua ad certam quantitatem ſolutione. Cum ergo quolibet menſtruum vltrà modum ſuæ receptivitatis recipere non poſſit, peccant ij. qui pro vnica portione ſennæ ℥iß. cum diverſis alijs purgatibus preſcribunt, & multò magis, qui ſpecies catharticas multum reſinoſas infuſionibus adijciunt, quoniam vis purgatrix in reſinoſa ſubſtantia conſiſtens ab aqua ſimplici extrahi nequit, ſed pro eiuſdem extractione ſpiritu aliquo ardente opus eſt: Ex horum numero ſunt Jalappa, mechoacanna, turbith, agaricum, &c. Hæc autem, vt notatum habemus in extracto catholico, probè obſerventur in medicamentorum preparatione.

### ACETVM THERIACALE EX AVGVSTANA.

℞. Radicis chelidonij maioris ℥iß. oſtrucij, ideſt Impe- *Oſtrutium.*

ratoriæ, gentianæ, biſtortæ, valerianæ, pimpinellæ, di-ctamni albi, carlinę, & zedoariæ ana ℥j. rad. plantaginis maioris, corticum citri, & ſem. eiuſdem ana ʒiß. folior. ſcordij, cardui benedicti, & dictamni cretici ana P. ij. granor. Juniperi ℥ij. nucleorum nucum Juglandium ℥ij. ſantali citrini ʒß. Infundantur omnia in aceti rutacei ℔v. atque ſic in vaſe vitreo probe clauſo infuſa permaneant.

### *VIRES.*

M*Orbis venenatis auxiliatur, putredinem humorum arcet, ſudores proiicit, peſtilentibus contagia diſsipat.* Doſis ab ℥ß. ad ℥ij. & vltra.

## ACETVM RVTACEVM EX AVGVSTANA.

℞. Folior. rutæ, ſcordij, cardui benedicti, & tanaceti ana M. j. Baccarum Juniperi, & radicis angelicæ ana ℥ij. Zedoariæ, & corticum citri ana ℥ß. Incindantur minutim, dein infundantur in aceti optimi ℔vj.

### *VIRES.*

C*Onvenit cum aliis Bezoardicis, & inſervit etiam pro aceto Theriacale ex Auguſtana parando.* Doſis ab ℥ß. ad ℥ij.

## ACETVM THERIACALE ANTONII de Sgobis.

℞. Radicum angelicæ, imperatoriæ, vincetoxici, folior. rutæ, ſcordij, ſalviæ, baccar. Juniperi, ſem. citri, folior. centaurij minoris, roris marini, cuticulæ citri, & ligni aloes ana ℥ß. aceti diſtillati ex vino optimo ℔v. fiat infuſio in B. M. vaſe vitreo diligentiſsime clauſo per dies xij. Poſt in infuſione, forti filtrata, diſſolve Theriacæ Andromachi ℥ij. Infundantur rurſus, in B. M. tepido per dies quinque, ſicque ſervetur ad vſum. *Convenit cum præcedentibus.*



## ACETVM ROSATVM MESVES.

℞. Foliorum roſarum rub. ſiccar. ℔j. aceti albi fortiſsimi ℔viij. Inſolentur in vaſe vitreo ad tincturam extrahendam, filtretur, vſuique reponatur. *Prodeſt in omnibus inflammationibus.*

Eodem modo parantur omnia aceta ſimplicia, vt acetum ſambucinum, & ſimilia.

## ACETUM SCYLLITICVM MESVES

℞. Scyllæ laminas medias inter cor, & corticem, ſicca eas in vmbra filo appenſas, tanto intervallo ne ſe contingant, per quadraginta dies, hinc accipe ſcyllæ ſic pp. ℔j. aceti albi optimi ℔viij. Inſolentur per alios quadraginta dies, in vaſe vitreo optimè clauſo, mox filtra, vſuique repone.

### *VIRES.*

A*Ttenuat, incidit, abſtergit, prodeſt in obſtructionibus hepatis, lienis, & menſium ſuppreſsione; mucilaginem pulmonum incidit, tuſsientibus ſuccurrit, &c.* Doſis à ʒj. ad ℥j.

## ACETVM SENNÆ SOLVTIVUM.

℞. Aceti albi optimi ℔ß. folior. ſennæ ʒiii. ſem. aniſi ℈j. infundantur per diem, colatura vtetur in juſculis, condimenti loco ad ℥ij.

Donzellius ait, quod aceta lenitiva multa afferunt ſymptomata, cum acetum ventriculi fibras conſtringat, & vim catharticam non parùm reprimat.

## VINVM ABSYNTHII.

℞. Abſynthij ſicci M. j. ſalis eiuſdem ℈j. vini albi optimi ℔ß. ſtent in infuſione per noctem, colatura vtetur



ALERE FLAMMAM VERITATIS
UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

*VIRES.*

A*ppetitum promovet, ſtomachum confortat, concoctionem iuvat, &c.* Doſis ab ℥j. ad ℥iij.

## VINVM EMETICVM.

℞. Croci Metallorum ʒj. vini albi generoſi ℔ß. ſtent in infuſione per 24. horas, ſed neceſſitate vrgente, ſine brevis ebullitio, decantetur, filtretur per chartam, & vtetur.

*VIRES.*

V*omitum ciet; miſtum etiam cum liquoribus appropriatis, prodeſt ad dolores capitis, ad ventriculi impuritates, in epilepſia, arthritide, melancholia hypocondriaca, febribus, lue venerea, pleuritide, & ſimilibus.* Doſis ab ℥ß ad ℥iv.

*Miſtum cum catharticis ſecurius operatur per ſuperiora, at inferiora: exitur etiam in clyſteribus ab* ℥iv. ad ℥vj.

Loco croci Metallorum, poteſt accipi vitrum Antimonij pulveratum vel Mercurius vitę, ſeu Regulus Antimonij pulveratus; ſed cum Mercurio vitę erit Doſis ad ℥ij.

Poteſt etiam inſervire pro Aqua Benedicta Rulandi, ſeu Aqua Turpida Rulandi, vt ab aliquibus vocatur, &c.

Præparatio Antimonij, ex qua vinum ſeparaſti, poteſt inſervire pro alijs ſępe numero vicibus, ad vinum emeticum parandum.

## VINVM CHALYBEATVM.

℞. Vini albi optimi ℔viij. Limaturæ Martis, ſeu Chalybis ℔j. limaturæ ſuſpendantur, in nodulo incluſæ, in vaſe vitreo vinum continenti, & optimè clauſo ſtent in infuſione per dies ℓ x, ſingulis diebus multoties agitando.





*VIRES.*

*Valet ad cachexias, obſtructiones, &c.* Doſis ad ℔ß.

## VINVM MARTIATVM COMPOSITVM:

℞. Limaturę Martis ℔j. vini albi optimi ℔viij. caſsiæ ligneæ, Arthemiſiæ maioris, Agrimonij, & radicis eryngij ana ℥j. ſabinæ ℥ß. caryophyllor. ʒiij. croci ʒij. Infundantur omnia contuſa, quæ contundenda, in vaſe vitreo probè clauſo, per dies octo, ſæpe agitando, mox decantetur liquor, & vtetur: poteſt infundere, vt antea ſupra reſiduum ℔vj. vini albi generoſi, & procedi vt dictum.

*VIRES.*

M*irificè prodeſt in opilationibus, ſcirrhis, cachexijs, menſium ſuppreſsionibus, &c.* Doſis ab ℥j. ad ℥iv.

## VINVM SANCTVM CONTRA MORBVM Gallicum.

℞. Smilacis aſperæ, ligni ſancti, polypodij, & folior. ſennæ ana ℥ij. vini albi optimi ℔viij. Infundantur in vaſe ſtricti oris per dies tres, colaturæ dentur ℥iv. mane, & ſero.

## CEREVISIA APERIENS.

℞. Quinque radicum aperitivarum maiorum, cichorij, filicis maſculi, liquiritiæ, baccar. Juniperi, & ſem. fœniculi ana ℥ij. linguæ cervinæ, hepaticæ, hederæ terreſtris, & ſummitatum tamaricis ana M. ij. paſſularum ſolis exacinatarum ℔ß. Infundantur in ℔ix. cereviſiæ per dies duos, colatura vtetur in obſtructionibus, & rachitide ab ℥j. ad ℥vj. bis in die.



UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

## VINVM FEBRIFVGVM.

℞. Corticum Gentianæ Indicæ pulveratæ ℥jv. ſalis abſynthij, ſalis tartari, & ſalis ammoniaci ana ʒj. folior. Abſynthij, Centaurij minor. gentianæ, & plantaginis ana M. j. vini albi ℔iv. Inſundantur per 24 horas, colentur, & vtetur. Doſis ad ℔ß.

## VINVM STYPTICVM.

℞. Balauſtiarum, Myrti, Roſarum rub. Nucum cupreſi, corticum granatorum, folior. lauri, & roris marini ana P. j. vini rubri auſteri ℔v. coquantur ad ℔ii. conſumptionem.

## CAPVT XI.

*De Syrupis, Iulapijs, Mellibus, & Rob, & Hydromellite.*

## SYRVPVS CORALLIORVM QVERCETANI.

℞. Coralliorum Rubrorum pp. ℥ii. ſucci Berberum, vel limonum perfectè depurati, & filtrati ℔ij. Infundantur in vaſe vitreo ſtricti oris optime clauſo per triduum in B. V. Inde ℞. Huius ſucci rubefacti clari, & diligenter à fæcibus ſeparati ℔j. ſacchari candidi ℔ß. diſſolvatur ſaccharum in ſucco, & coquantur in eodem balneo vaporoſo ad ſyrupi conſiſtentiam, coletur, & reponatur.

### VIRES.

*Commendatur ad reſtaurationem facultatum naturalium, ad vitia hepatis, & ventriculi, ex debilitate ortis, ad fluxus hepaticos, dyſentericos, & lientericos.* Doſis ad ℥ii.





Eodem modo parantur ſyrupi omnium Gemmarum.

## SYRVPVS BENEDICTVS EX D. IOSEPHO Galeano.

℞. Succi Taraxaci ℔ij. ponatur in vaſe vitreo affundendo Roſarum rubr. viridium non pœnè apertarum ℥iij. ſp. ſulphuris ʒii. relinquantur donec rubicundiſſima extrahatur tinctura, quæ cum ſacchari albiſſimi q. ſ. ſyrupiſetur in vaſe vitreo, & aromatiſetur cum ℥j. confectionis Alchermes.

### VIRES.

*Prodeſt contra graviſſimas cordis paſsiones, venena arcet. Valet etiam in febribus malignis, acutis, peſtilentibus, &c. Necnon maximoperè ſitim extinguit.* Doſis ad ℥iß.

## SYRVPVS DE TESTVDINIBVS, SEV. Reſumptivus Renodei.

℞. Carnis Teſtudinum, ideſt abiectis cauda, collo, & pedibus ℥iv. hordei mundi ℥ii. carnis dactyllor. ℥j. paſſularum, & glycyrrhizæ raſæ ana ʒvi. ſebeſten, & iuiubarum ana N. xiii. ſeminum bombacis, limonum, cucumeris, & citruli, flor. violar. & nenupharis ana ℥ß. ſemin. lactucæ, & papaveris albi ana ʒii. vngulæ cavallinæ, ideſt tuſſilaginis, & pulmonariȩ ana M. j. fiat decoctio S. A. coletur, & clarificetur, in colaturæ ℔iv. diſſolve ſacchari albi ℔ii. ſacchari roſati, & Diatragacanthi frigidi ana ʒv. fiat ſyrupus S. A.

### VIRES.

*Confert iis, qui à morbo chronico reſurgunt, macie confectis, tabidis, phthiſicis: & ſimilibus.* Doſis ad ℥ij.



DIRECCION GENERAL DE BIBLIOTECAS

## VINVM FEBRIFVGVM.

℞. Corticum Gentianæ Indicæ pulveratæ ℥jv. ſalis abſynthij, ſalis tartari, & ſalis ammoniaci ana ʒj. folior. Abſynthij, Centaurij minor. gentianæ, & plantaginis ana M. j. vini albi ℔iv. Infundantur per 24 horas, coletur, & vtetur. Doſis ad ℔ß.

## VINVM STYPTICVM.

℞. Balauſtriarum, Myrti, Roſarum rub. Nucum cupreſi, corticum granatorum, folior. lauri, & roris marini ana P. j. vini rubri auſteri ℔v. coquantur ad ℔ii. conſumptionem.

## CAPVT XI.

*De Syrupis, Iulapijs, Mellibus, & Rob, & Hydroſellite.*

## SYRVPVS CORALLIORVM QVERCETANI.

℞. Coralliorum Rubrorum pp. ℥ii. ſucci Berberum, vel limonum perfectè depurati, & filtrati ℔ij. Infundantur in vaſe vitreo ſtricti oris optime clauſo per triduum in B. V. Inde ℞. Huius ſucci rubefacti clari, & diligentèr à fœcibus ſeparati ℔j. ſacchari candidi ℔ß. diſſolvatur ſaccharum in ſucco, & coquantur in eodem balneo vaporoſo ad ſyrupi conſiſtentiam, coletur, & reponatur.

### VIRES.

*Commendatur ad reſtaurationem facultatum naturalium, ad vitia hepatis, & ventriculi, ex debilitate ortis, ad fluxus hepaticos, dyſentericos, & lientericos.* Doſis ad ℥ii.





Eodem modo parantur ſyrupi omnium Gemmarum.

## SYRVPVS BENEDICTVS EX D. IOSEPHO Galeano.

℞. Succi Taraxaci ℔ij. ponatur in vaſe vitreo affundendo Roſarum rubr. viridium non pœnè apertarum ℥iij. ſp. ſulphuris ʒii. relinquantur donec rubicundiſsima extrahatur tinctura, quæ cum ſacchari albiſsimi q. ſ. ſyrupiſetur in vaſe vitreo, & aromatiſetur cum ℥j. confectionis Alchermes.

### VIRES.

*Prodeſt contra graviſsimas cordis paſsiones, venena arcet. Valet etiam in febribus malignis, acutis, peſtilentibus, &c. Necnon maximoperè ſitim extinguit.* Doſis ad ℥iß.

## SYRVPVS DE TESTVDINIBVS, SEV Reſumptivus Renodei.

℞. Carnis Teſtudinum, ideſt abiectis cauda, collo, & pedibus ℥iv. hordei mundi ℥ii. carnis dactyllor. ℥j. paſſularum, & glycyrrhizæ raſæ ana ʒvi. ſebeſten, & iniubarum ana N. xiii. ſeminum bombacis, limonum, cucumeris, & citruli, flor. violar. & nenupharis ana ℥ß. ſemin. lactucæ, & papaveris albi ana ʒii. vngulæ cavallinæ, ideſt tuſsilaginis, & pulmonariæ ana M. j. fiat decoctio S. A. coletur, & clarificetur, in colaturæ ℔iv. diſſolve ſacchari albi ℔ii. ſacchari roſati, & Diatragacanthi frigidi ana ʒv. fiat ſyrupus S. A.

### VIRES.

*Confert ijs, qui à morbo chronico reſurgunt, macie confectis, tabidis, phthiſicis: & ſenilibus.* Doſis ad ℥ij.



UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN
ALERE FLAMMAM VERITATIS
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

## SYRVPVS DE ERISIMO LOBELII

℞. Eryſimi totius recentis. M. vj. radicum enulæ, liquiritiæ, & radicum tuſſilaginis ſucco adhuc prægnantium ana ℥ij. herbarum borraginis, cichorij, & capilli veneris ana M. iß. flor. cordialium, anthos, & ſtœchadis ana M. ß. ſem. aniſi ʒvj. paſſular. enucleatar. ℥ij. Inciſis, & contuſis fiat decoctio S. A. in ſufficienti quantitate aq. hordei, hydromelitis, & ℥vj. ſucci eryſimi ad remanentiam ℔iij. & cum ſacchari q. ſ. fiat ſyrupus S. A.

### *VIRES.*

*Efficaciſſimus eius vſus eſt ad mucilagines pulmonum incidendas, & educendas, adeò vt beneficio eius iuvenculas diuturnia raucedine laborantes, ſe curaſſe teſtatur Auctor.* Doſis ad ℥ij.

## SYRVPVS DE POMIS SIMPLEX MESVES

℞. Succi Pomorum dulcium, & acidorum ana ℔v. coquantur ad conſumptionem medietatis, & reſidere permittantur, vt clareſcant, deinde percolentur, & poſtea addantur ſacchari albiſsimi ℔iij. fiat ſyrupus S. A.

### *VIRES.*

*Commendatur ad cordis corroborationem, ad ſyncopem; ad cordis tremorem, ad imminuendum ſuccum melancholicum, ad obtundendam bilis acrimoniam.* Doſis ad ℥ij.

*** *** ***





## SYRVPVS DE POMIS REGIS SABORIS cum Croco.

℞. Succi bugloſsi, & borraginis ana ℔ij. ſucci Pomorum dulcium redolentium ℔iij. folliculorum ſennæ ℥iv. Infundantur per dies duos; hinc bulliant ebullitione vna, poſtea cum colatura, & ſacchari ℔iij. fiat ſyrupus, addendo inter coquendum, croci in manicam incluſi ʒij. coletur, vſuique ſervetur.

### *VIRES.*

*Commendatur ad recreationem ſpirituum vitalium, ad exhilarationem mentis, ad contemperandum, & ſubducendum humorem melancholicum, ad attenuandos craſſos, & lentos humores, ad diſcutiendos flatus, ad clarificandum ſanguinem, ad lubricandum aluum, & cætera bona efficienda.* Doſis ab ℥ij. ad ℥iv.

Vtitur etiam ſine additione croci, & appellatur ſyrupus Regis Saboris ſine croco.

## SYRVPVS ACIDO CITRI EX MESVE.

℞. Succi Citriorum acidorum ℔xij. coque in vaſe vitreo igne lento, ad tertiæ partis conſumptionem, coletur, & reſidere, ac clareſcere permittatur: inde accipe huius ſucci clari ℔vij. ſacchari ſyrupiſati ℔v. coquantur ad iuſtam conſiſtentiam, in vaſe vitreo, ſeu vitreato.

### VIRES.

*Prodeſt ad bilis fervorem compeſcendum, ad febres acutas, ad æſtuantem calorem, ad ſitim ardentem extinguendam, &c.* Doſis ad ℥iß.

***



UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

## SYRVPVS DE ACIDO LIMONVM.

PAratur, vt ſyrupus de Acido Citri, & convenit cum eo.

## SYRVPVS AGRESTÆ, SEV DE OMPHACIO ex Meſue.

Paratur eodem modo.

### *VIRES.*

AD *ventriculum roborandum eſt præcipuum remedium; etiam in prægnantibus datur magno cum emolumento, ad efficiendum, quod ventriculus non recipiat excrementa aliarum partium; choleræ morbo etiam medetur; ad febres biliofas; ad ſitim immodicam, ad fervorem viſcerum, & hypochondriorum exhibetur, contra venena etiam reſiſtere fertur.* Doſis ad ℥ij.

## SYRVPVS GRANATORVM ACIDORVM.

Paratur eodem modo.

### *VIRES.*

COnfert *bilioſis, & morbis ex ſalſa pituita genitis.* Doſis ad ℥ij.

## SYRVPVS GRANATORVM DVLCIVM.

Paratur eodem modo.

### *VIRES.*

VAlet *ad tuſsim, pleuritidem, & ſitim extinguendam.* Doſis ad ℥ij.

SY-



## SYRVPVS CYDONIORVM.

℞. Succi Cydoniorum ℔x. coque ad conſumptionem medietatis, & cum ℔iij. ſacchari albi fiat ſyrupus S. A.

### VIRES.

IN *conſtringendo ventris fluxum, & hepaticam dyſenteriam, & ad confortandum ſtomachum debilem, valde prodeſt.* Doſis ad ℥ij.

## SYRVPVS ACETOSVS SIMPLEX, SEV Oxymel ſaccharinum.

℞. Sacchari clarificati ℔v. aq. fontis ℔iv. aceti vini albi ℔iij. coquantur in ſyrupum S. A.

### *VIRES.*

HVmorem *craſſum incidit, & attenuat, obſtructiones levat, aperit, & abſtergit, ſaluberrimus eſt in aſtibus calidis, ac bilioſis, ex materia mixta natis, bilis impetum frangit, reprimit, incraſſat, & extinguit, vrinas movet, ſudores elicit, ac peſtilentiæ, putredinique reſiſtit.* Doſis ad ℥ij.

## SYRVPVS BERBERUM.

℞. Succi Berber. depurati ℔ii. ſacchari ℔iß. fiat ſyrupus S. A.

### *VIRES.*

REfrigerat, *& modicè attenuat; febribus malignis confert, bilem reprimit, ac immodicam ſitim compeſcit.* Doſis ad ℥iß.

*** *** ***

SYRV-

UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

## SYRVPVS ACETOSÆ, SEV ACETOSELLÆ.

Paratur eodem modo.

### *VIRES.*

F*Ebribus bilioſis admodum gratus eſt, peſtilentibus ſaluber; viſcerum igneum calorem moderatur, ipſaque confirmat, & valdè refrigerat.* Doſis ad ℥iß.

## OXYSACCHARVM NICOLAI.

℞. Succi Granatorum acidor. ℔iij. ſacchari ℔iij. Aceti albi ℔j. fiat ſyrupus S. A.

### *VIRES.*

P*Rodeſt in variolis, ac morbillis, refrigerat, incidit; & mundificat craſſos humores, præpart bilioſos, & melancholicos, &c.* Doſis ad ℥ij.

## OXYMEL SIMPLEX MESVES.

℞. Mellis ℔ij. aceti albi ℔j. aquæ fontis ℔jv. fiat ſyrup. S. A.

### *VIRES.*

I*Ncidit pituitam, attenuat craſſa, & viſcida, ac detergit, obſtructa aperit, &c.* Doſis ad ℥ij.

## OXYMEL SCYLLITICVM MESVES.

℞. Mellis deſpumati ℔iij. Aceti ſcyllitici ℔ij. coquantur ad ſyrupi conſiſtentiam, coletur, vſuique ſervetur.





### *VIRES.*

A*D cerebri, pulmonis, ventriculi affectus pituitoſos, aut melancholicos, etiam contumaces valet, in epilepticorum inſultibus etiam vtitur, ipſoque paroxyſmo, aſthmaticis quoque plurimum confert, venarum obſtructiones etiam inveteratas reſerat, craſſoſque humores potenter incidit.* Doſis ad ℥iß.

Nota: Cave, ne in præparatione Medicamentorum internorum acida continentium, vaſa ænea inſtituas, quia magna ſymptomata ſubſequentur.

## SYRVPVS ABSYNTHII MESVES.

℞. Abſynthij Romani ℔ß. roſar. rub. ℥ij. ſpicæ ℥ij. vini albi electi, & ſucci cydoniorum ana ℔iß. In his macera per 24. horas prædicta, mox coque lento igne in vaſe vitreato ad medietatis conſumptionem, hinc cum colatura, & mellis, aut ſacchari ℔ij. fiat ſyrupus S. A.

### *VIRES.*

V*Entriculi, hepatis, aliarumque viſcerum imbecillitati, & cachexiæ ſuccurrit, appetentiam dejectam excitat, inteſtinorum, & viſcerum vim retentricem confirmat, flatus diſcutit, felle ſuffuſos, & auriginoſos iuvat, humoreſque per urinas propellit. Datur in albo, & pituitoſo menſium fluore.* Doſis ad ℥ij.

Zuvelſerus de hoc ſyrupo cenſurat, inquiens quod in illius præparatione partes ſpirituoſiores ſpicæ, roſæ, & vini (quod ſpiritibus orbatum vappam relinquit, & inutile phlegma) exhalent. Tachenius in Hippocratia Chymica Capite vltimo reſpondet hunc, & alios ſyrupos fuiſſe à veneranda antiquitate inventos, vt cuique individuo propinari poſſint: Cum autem quamplurimi odores ſpicæ præſertim, & roſę, ægrè, neque ſine ſtomachi ſubverſione perferant, imò digeſtioni



UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

reluctentur, vt patet in cibis nimio aromate conditis; qui ventriculi fermentum peſſundant, hanc ob cauſam pro hoc ſyrupo Sapientiſſimi Veteres Abſynthium ponticum vt minùs odorum, ſtomacho tamen roborando aptiſſimum elegerunt, atque ſimul cum ſpica, & roſa in vino vetere coxerunt, vt vnà cum vini ſpiritu, cui odor facillimè aſſociatur, penitus abſcederet, quod probat ſucci cydoniorum additio; niſi enim hæc veterum intentio fuiſſet, huius ſyrupi loco in vſum vocaſſent Cydoniten, & Abſynthiten, vt in Dioſcoride videre eſt, lib. 5. Remanens cum ſaccharo a cano ſitu defendebant, & in ſyrupum inſpiſſabant. Huc vſque Tachenius.

## SYRVPVS MENTHÆ COMPOSITVS ex Meſue.

℞. Succi Cydoniorum muzorum, ideſt de aciditate, & dulcedine participantium, ſucci cydoniorum dulcium, ſucci granatorum muzorum, ſucci granatorum acidorum, & ſucci granatorum dulcium ana ℔ß in his infundantur, & macerentur per 24. horas folior. Menthę ſiccæ ℔iß. folior. roſar. rubrar. ℥ij. Coquantur ad conſumptionem medietatis, & cum mellis, aut ſacchari ℔ij. & colatura fiat ſyrupus.

### *VIRES.*

*Ventriculum frigidum roborat, obiđ nauſeam, vomitum, ſingultum, fluorem alui ſedat.* Doſis ad ℥iß.

## SYRVPVS MENTHÆ SIMPLEX EX ſucco Meſues.

℞. Succorum depuratorum Menthæ, granatorum dulcium, & acidorum, ſacchari, & mellis ana p. æq. fiat ſyrupus. S. A. *Convenit cum ſuperiori.*

SY-



## SYRVPVS ADIANTHI.

℞. Aquæ tepidæ ℔iij. Capill. veneris recentis ℔j. ſtent in infuſione per ſpatium xij. horarum, hinc colentur, colatura deſinetur vt ſubſideat, decantetur, & cum decantato liquore, & ſacchari ℔iij. fiat ſyr. S. A.

### *VIRES.*

*Prodeſt ſtomachi, pectoris, pulmonum, renum, & vteri affectibus; harum enim partium obſtructiones aperit, & materiam obſtruentem tergit, & expellit; confert etiam ſyrupum ex capilliſ veneris paratum, docuit Meſues in libro ſimplicium, pleuritidi, & peripneumoniæ, licet huius ſyrupi præparationem in Antidotario non explicaverit.* Doſis ab ℥j. ad ℥iv.

## SYRVPVS ALTHÆÆ FERNELII.

℞. Radicis Althææ ℥ij. graminis, aſparragi, glycyrrhizæ, & vuarum paſſarum ana ℥ß. cicerum rub. ℥j. Cymarum Althęæ, maluæ, helxines, pimpinellæ, plantaginis, & adianthi vtriuſque ana M. j. quatuor ſem. frigidor. maior. & minor. ana ʒiij. coquantur in aquæ ℔vij. dum quatuor ſuperſint; deinde cum colatura, & ſacchari albiſsimi ℔iv. fiat ſyrupus. S. A.

### *VIRES.*

*Ardorem vrinæ demulcet, ac citra manifeſtum calorem, craſſam, obſtruentemque pituitam, nec non viſcidam, purulentamque renum ſaniem, & arenulas, blandè, ac clementer expurgat.* Doſis ad ℥ij.

*** *** ***

SY-

## SYRVPVS DE MVCILAGINIBVS MATHEI de Gradibus.

℞. Aquæ tepidæ ℔ivß. folior. maluarum, granor. Alkekengi, & ſem. papaveris albi ana ℥iv. Coquantur ſimul ad remanentiam ℔iij. colaturæ adde ſeminum Althææ, maluæ, & cydoniorum ana ℥j. gummi tragacanthi ʒiij. ſtent in infuſione per octo horas, deinde fiat expreſsio, & pro vnaquaque ℔j. mucilaginis, adde ſacchari albi ℥viij. vt fiat ſyrupus craſſus.

### *VIRES.*

*Commendatur ad ardorem vrinæ compeſcendum, ſua enim viſcoſitate, & benignitate qua pollet, vrinarios meatus lenit, demulcet, & ab acribus excrementis pertranſeuntibus deffendit.* Doſis ad ℥iß.

## SYRVPVS GLYCYRRHIZÆ EX MESVE.

℞. Glycyrrhizæ raſæ, & parum contuſæ ℥ij. capillor. veneris ℥j. hyſſopi ſicci ℥ß. macerentur ſimul per diem integrum in aquę ℔iv. poſtea fiat decoctio ad medietatis conſumptionem, deinde colentur, colaturæ clarificatæ adde mellis optimi, penidiorum, & ſacchari ana ℥viij. coquantur ad conſiſtentiam craſſam, & adde aquæ roſar. ℔ß. fiat ſyr. S. A.

### *VIRES.*

*Commendatur ad tuſsim antiquam, & ad expurgandam thoracem, & pulmones. Chriſtophorus tamquam medicamentum principaliter pectoris, & pulmonis paſsionibus conferens, ac abſterſiuum, ſubtiliatiuum, & deſiccatiuum laudavit. Syluius eundem ſyrupum conuenire etiam pleuriticis in initijs affirmavit, & incipientibus thoracis, ac pulmonis affectibus.* Doſis ad ℥iß.

SY-



## SYRUPVS HYSSOPI MESVES.

℞. Hyſſopi mediocriter ſicci, radicis apij, fœniculi, petroſelini, & liquiritiæ raſæ ana ʒx. hordei mundi ℥ß. tragacanthi, ſem. maluæ, & cydoniorum ana ʒiij. capilli veneris ʒvj. iuiubarum, & ſebeſten ana N. xx. vuarum paſſar. enucleatar. ℥iß. caricarum, & Dactyl. pinguium ana N. x. aquæ tepidæ ℔viij. coquantur ad conſumptionem ℔v. cum expreſsione, & ℔ij. penidiorum alborum fiat ſyrupus.

### *VIRES.*

*Vtitur eo in morbis thoracis invaleſcentibus, ex frigida, craſſa, & lenta materia natis, vbi attenuatione, deterſione, ac expurgatione maiori opus eſt, aſthmaticos, & tuſsiculoſos iuvat, obſtructiones liberat, hypochondriorum doloris vtilis, ac renum calculo ſalutaris.* Doſis ad ʒij.

## SYRVPVS DE IVIVBIS MESVES.

℞. Iuiubarum. N. LX. violar. ſem. maluæ ana ʒv. capillor. veneris, hordei mundi, & glycyrrhizæ ana ℥j. ſem. papav. albi, melonum, lactucæ, cydonior. & gummi tragacanthi ana ʒiij. aq. tepidæ ℔vj. coquantur ad tertiæ partis conſumptionem, addendo ſub finem violas, capillum veneris, & ſemen melonum; cum colatura, & ſacchari ℔ij. fiat ſyrupus. S. A.

### VIRES.

*Ad tuſsim ſiccam, arteriæ aſperitatem, omneſque thoracis, & ſpiritualium partium affectus, à fluxionibus calidis ortum habentes accommodatur, ſputum tenue ſuo lentore maturat, incraſſat, glutinat, & expectorat, violato viribus affinis, ſed minus refrigerat.* Doſis ad ℥ij.

Z SY-

UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

## SYRVPVS PRASSII EX MESVE.

℞. Praſsij, ſeu Marrubij non adeò ſicci ℥ij. glycyrrh. ℥j. capill. veneris, & hyſſopi ſicci ana ʒvj. calaminthæ, aniſi, rad. apij, & fœniculi ana ʒv. rad. iridis, ſem. malvæ, & fœnugræci ana ʒiij ſem. lini, & cydonior. ana ʒij. paſſular. enucleatar. ℥v. caricarum pinguium N. xvj. coquantur in aquæ puræ ℔x. S. A. ad medietatis conſumptionem; expreſsioni adde, penidiorum, & mellis deſpumati ana ℔ij. fiat ſyrupus.

### *VIRES.*

*THoracem, & pulmonum expurgat, pituitæ craſſæ, lentæ, viſcidæ, antiquæque tuſſi prodeſt, ſuppuratorium egrigè diſſolvit, deſiccat, incidit, tergit, educit, & inſpectum promovet, quales affectus ſenibus, & natura frigidis ſunt familiares.* Doſis ad ℥ij.

## SYRVPVS LACCÆ FRANCISCI DE Pede Montio.

℞. Ficuum ℥vij. Laccæ ablutæ ʒv. lentium, ſem. aniſi, & fœniculi, & gummi tragacanthi ana ʒiij. aq. tepidæ ℔ivß. fiat decoctio ad conſumptionem ℔iiß. & poſt ſex horas coletur, anteà iterum calefaciendo, cum colatura, & ſacchari ℔ij. fiat ſyrupus craſſus.

### *VIRES.*

*FAcit exire variolas apparentes, & morbillos, & alia degenera eorum exeuntium, & occultorum.* Doſis ab ℥j. ad ℥iij.

## SYRVPUS DE SVCCO HÆDERÆ TERRESTRIS

℞. Succi Hæderæ Terreſtris depurati ℔iij. ſaccari albi ℔iß. fiat ſyr. S. A.

*VI-*



### *VIRES.*

*AD Internos abſceſſus, & ſanioſa ſputa ſalubris phthiſi medetur, vaſa rupta glutinat, apoſtemata purulenta mundificat, & ſanat, urinas, menſes, ac ſudores promovet.* Doſis ad ℥iß.

## SYRVPVS HÆDERÆ TERRESTRIS ex decocto.

℞. Hæderæ Terreſtris recentis ℔j. aq. tepidæ ℔vß. coquantur ad conſumptionem ℔iß. & poſt ſex horas coletur, hinc cum colaturæ ℔iv. & ſacchari ℔ij. fiat ſyrupus. Convenit cum ſyrupo de ſucco Hæderæ Terreſtris.

## SYRVPVS TVSSILAGINIS, SEV DE FARFARA.

Paratur eodem modo, ex ſucco, aut per decoctionem.

### *VIRES.*

*REfrigerat, lenit, humectat: calidis obid pectoris vitiis apprimè convenit, tuſſi pleuritidi, peripneumoniæ, ac phthiſi ſalutaris, nec non catharris ſalſis acribus, & in pectus, fauceſque delabentibus per quam idoneus;* Doſis ad ℥ij.

## SYRVPVS PIMPINELLÆ.

Paratur eodem modo.

### *VIRES.*

*ATtenuat, aperit, abſtergit, ſudores movet, venena curat, obſtructiones hepatis renum, pulmonum, & menſium reſerat. Valet etiam in calculo, ſtranguria, doloribus colicis, tuſſi, aſthmate, peripneumonia, in cruditate, ac imbecillitate ventriculi, lac auget, mundificat,*



UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN ® DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

*ac conſolidat vulnera.* Doſis ad ℥ij. & ultra.

SYRUPUS PILOSELLÆ, SEU HISPIDULÆ Renodei.

℞. Sum̄itatum floridarum, & recentium Piloſellæ ℔ij. infundantur in ℔v. aquæ tepidæ; deinde lento igne ebulliant; colaturæ ℔iv. adde ſacchari ℔iij. fiat ſyrupus S. A.

*VIRES.*

AD *plurimos pulmonis affectus depellendos maximè idoneus eſt, eius convulſiones ſanat, & ulcera retardat. Exhibetur potiſsimum iis, quibus à capite, aut aliis partibus in thoracem fit defluxio, de quibus pulmones pituitoſo humore multo infarciuntur: Siquidem humoris irruentis impetum cohibet, fluxum coquit, partem affectam roborat, ac expectorationem movet.* Doſis ad ℥ij.

SYRUPUS SCORDII.

℞. Succi Scordij depurati ℔iij. ſacchari ℔iß. fiat ſyrupus S. A.

*VIRES.*

C*Onvenit in peſtilentibus, & malignis febribus, lumbricos necat, menſes, ſudoremque cit, vaſa rupta glutinat, &c.* Doſis ad ℥ij.

SYRUPUS PLANTAGINIS.

℞. Succi Plantaginis coeti, & depurati ℔ij. ſacchari ℔iß. fiat ſyrupus, S. A.

* * *

VI



*VIRES.*

A*Abſtergit, incraſſat, fluxiones qualeſcumque ſiſtit, ob id in alvi fluxione, ſanguinolenta exſputione, mictione involuntaria, menſium profluvio, febribus, & ſimilibus valet.* Doſis ad ʒiij.

SYRUPUS PORTULACÆ SIMPLEX.

Paratur eodem modo.

*VIRES.*

R*Efrigerat, ſitim, & febrium ardorem, ventriculi, ac hepatis caliditatem extinguit, & emendat; etiam adverſatur fluori ſanguinis ex utero, vel ex venis hæmorrhoidalibus; dyſentericis, & ſanguinem ſpuentibus confert.* Doſis ad ʒiß.

SYRUPUS BETONICÆ SYMPLEX.

Paratur eodem modo.

*VIRES.*

V*Alet ad morbos frigidos præſertim capitis; Epilepſiam, Cephaleam, Hemicraniam, Paralyſim, convulſionem, pectoris ſcilicet, ad tuſsim, difficultates reſpirationis ad empyema, ad extergendum pus, & materiam in pectore contentam; appetitum excitat, ſtomachi concoctionem iuvat, & acidum ructantibus mirifice prodeſt: Hepatis, ac lienis icteritias tollit, hydropem curat, uteri menſes promovet, ictericis affectionibus opitulatur; nam veſicæ urinam provocat, & renes abſtergit. Conveniens remedium eſt morbis articulorum, arthritidi, podagræ, dolori coxendicum, & ſimilibus, & tandem morbis oculorum confert, ut dibilitati viſus, &c.* Doſis ad ℥iß.

## SYRVPVS FVMARIÆ SIMPLEX.

Paratur eodem modo.

*VIRES.*

L*Enitet alvum ſubducit, humores acres educit, & aduſtos. Hepar refrigerat, & humores in venoſo genere, & in ambitu corporis vitioſos mundificat, & extergit, obſtructiones aperit, ventriculum roborat, & eius vis pertranſit ultra hepar; maximo cum iuvamento exhibetur ad omnes cutis affectus, ad ſcabiem, pruritum, pſoram, lepram, &c.* Doſis ad ℥ij.

## SYRVPVS LVPVLORVM.

Paratur eodem modo.

*VIRES.*

V*Alet ad clarificandum ſanguinem, ad ſedandam illius excalefactionem, ad removendam ictericiam, ad curandas febres cholericas, & ſanguineas, ad educendos humores aduſtos, & ad aperiendas oppilationes hepatis, & meſenterij.* Doſis ad ℥ij.

## SYRVPVS BORRAGINIS.

Paratur eodem modo.

*VIRES.*

R*Oborat cor, eiuſque tremorem, & ſyncopem ſanat; maniacos, & melancholicos iuvat. Bonum generat ſanguinem, intellectum acuit, memoriam reddit bonam, gutturis aſperitates lenit.* Doſis ad ℥ij.

Syrupus Bugloſſi paratur eodem modo, & convenit cum eo.





## SYRVPVS CICHORII SIMPLEX.

Paratur eodem modo.

*VIRES.*

O*Pitulatur caliditati, & obſtructioni hepatis, inflammationes, & febrium caliditates arcet. Renum etiam temperiei calidæ confert, humores acres, ac calidos abſtergit; ſitim remittit.* Doſis ad ℥ij.

## SYRVPVS VRTICÆ.

Paratur eodem modo.

*VIRES.*

S*Olvit alvum, abſtergit renes, expellit calculos, expectorationem, morbillorumque eruptionem promovet; valet etiam in affectibus pulmonum, aſthmate, tuſſi contumaci, pleuritide, peripneumonia, &c.* Doſis ad ℥iß.

## SYRVPVS RIBIS.

Paratur eodem modo.

*VIRES.*

I*Ncendio febrili ſalubris exiſtit, excalefacta viſcera ſaporis ſui iucunditate plurimum recreat, ſitim ſedat, nec non cholericæ, cardiacisque ſuccurrit.* Doſis ad ℥ij.

Eiſdem rationibus parantur omnes ſyrupi ſimplices.

## SYRVPUS ARTEMISIÆ MATTHÆI de Gradibus.

℞. Artemiſiæ. M. ij. Pulegij, calamenthi, origani, meliſſæ, perſicariæ, ſabinæ, majoranæ, chamædryos, perforatæ, idest hyperici, camæpythios, matricariæ cum floribus, centaurij minoris, rutæ, betonicæ, & bu



UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

bugloſsi, ana M. j. radicum fœniculi, aſparragi, bruſci, ſaxifragiæ, erulę, dictamni, cyperi, rubię tinctorum, & radicis pæoniæ ana ℥j. baccarum juniperi, ſem. liguſtici, petroſelini, apij, aniſi, nigellæ, radicis aſari, pyrethri, coſti, carpobalſami, caſsiæ ligneæ, cardamomi, calami aromatici, & plii ana ℥ß. trita, & conquaſſata infundantur in aquę ℔x. per 24. horarum ſpatium; poſtea coquantur ad medietatis conſumptionem; auferatur ab igne, coletur diligentèr, fricando manibus inter colandum; cum colatura, & ſacchari ℔iv. fiat ſyrupus S. A.

### VIRES.

P*otens eſt in aperiendis obſtructionibus ex craſsis, viſcidis, & glutinoſis humoribus ortum ducentibus; incidit, aperit, & potentiſsime prodeſt ad flatus, frigidoſque humores diſsipandos, menſtrua provocat.* Doſis ab ℥ß. ad ℥iß.

## SYRVPVS ARTEMISIÆ DONZELLII.

℞. Artemiſiæ M. iß. ſabinæ M. ß. cinnamomi ℥ß. fiat decoctio S. A. in ℔iv. aquæ, cum colatura, & ſacchari clarificati ℔ij. fiat ſyrupus. Convenit cum priori.

## SYRVPVS BETONICÆ COMPOSITVS.

℞. Betonicę M. iß. majoranę, M. iß. thymi, & roſarum ana M. j. violarum, ſtœchadis, & ſalviæ ana M. ß. ſem. fœniculi, aniſi, & ameos ana ℥ß. radicis pæoniæ, polypodij, & fœniculi ana ʒv. fiat decoctio in ℔viij. aquæ S. A. ad remanentiam ℔iij. colaturæ adde ſucci betonicæ ℔ij. ſacchari ℔iij. fiat ſyrupus S. A.

### VIRES.

V*Alet ad morbos frigidos, præſertim capitis, epilepſiam, cephalæam, paralyſim: convulſionem pectoris, ad tuſ-*



*ſsim, & difficultatem reſpirationis. Appetitum excitat, hepatis, ac lienis ictteritias tollit, menſes promovet, morbis oculorum confert, &c.* Doſis ad ℥iß.

## SYRVPVS DINARII; SEV BYZANTINVS Meſues.

℞. Succi endiviæ, & ſucci apij ana ℔ij. ſucci lupulorum, ſucci Bugloſsi, & borraginis ana ℔j. depurentur, & deſpumentur, dum maneant ℔iv. quibus adde ſacchari optimi ℔iiß. fiat ſyrupus S. A.

### VIRES.

C*Ommendatur à Meſue ad icterum, & febres putridas; bilioſas, & phlegmaticas, ſolutu contumaces.* Doſis ad ℥iß.

## SYRVPVS VIPERINÆ, SEU CONDRILLÆ.

℞. Radicum ſcorçonerę recentium, & mundatarum ℔.j. contundantur optimè, & coquantur in ℔vj. aquæ ad medietatis conſumptionem, deinde cola, & colaturæ adde ſacchari optimi ℔iij. fiat ſyr. S. A.

### VIRES.

V*Alet ad corroborandum, & refrigerandum cor, & hepar, ſua frigiditate calorem vitiis ſedat, morſui venenoſarum ſerpentum ſiſtit, &c.* Doſis ab ℥j. ad ℥iij.

## SYRVPUS CORTICVM CITRI CVM Aroma ex Meſue.

℞. Corticum citri à parte carnoſa ſeparatarum, & recentium ℔j. aq. puræ ℔v. coquantur ad conſumptionem ℔ij. cum colatura, & ſacchari ℔j. fiat ſyrupus, aromatizando cum Moſchi gr. iiij.

*VI.*

UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

### V I R E S.

S*Tomachum confirmat, oris gratiam, ſeu bonum anhelitus odorem concilitat, cor, & cerebrum corroborat, reliquum etiam corpus, & viſcera omnia confortat.* Doſis ad ℥iß.

Servatur etiam ſine Moſcho, & dicitur ſyr. corticum citri ſimplex, aut ſine aroma.

## SYRVPVS CORTICVM CITRI ALIVS.

℞. Corticum exteriorum citri recentium ℔j. vini albi optimi ℔iij. ſtent in infuſione ſupra cineres calidos per 24. horas, in matrace vitreo optime clauſo, hinc cum colatura, & ſacchari tabellati ℔ij. fiat ſyrupus S. A. convenit cum priori.

## MIVA CYDONIORVM SIMPLEX MESVES.

℞. Succi cydoniorum depurati ℔xij. coquantur ad medietatem: hinc adde vini albi veteris ℔v. coquantur lento igne, crebro deſpumando, ad tertiæ partis conſumptionem, poſtquam reſederit cola, & colaturæ adde Mellis, vel ſacchari ℔iij. coquantur denuum ad iuſtam conſiſtentiam, vt fiat ſyrupus S. A.

### V I R E S.

A*Dverſus alui profluia efficax eſt, ventriculum, cæteraque viſcera firmat, ac vomitionem prohibet.* Doſis ad ℥ij.

## MIVA CYDONIORVM AROMATICA Meſues.

℞. Succi cydoniorum acidorum ℔xx. vini albi optimi ℔x. coquantur cum facilitate, ſemper deſpumando, ad



ad tertiæ partis conſumptionem, colentur, & dimittantur clareſcere, & adde mellis optimi, aut ſacchari ℔vj. coquantur ad ſyrupi conſiſtentiam, imponendo, inter coquendum ſequentia, in linteo ligata: cinnamomi, & cardamomi maioris ana ℥iij. caryophyllor. ʒij. Zingiberis, Maſtiches, Ligni aloes, & Macis ana ʒiß. croci ʒj. omnia excepto croco, parum terantur, & nodulo ligata, vt dictum, ſuſpendantur, identidem conſricando in ipſo medicamento, donec craſſeſcat, deinde ſublatum ab igne aromatiza cum moſchi ℈j. Galliæ Moſchatæ ex Meſue ʒij. fiat ſyrupus S. A.

### V I R E S.

V*Entriculum frigidum, & humidum, & à pituitoſis humoribus laxum conſtringit; ob id diarrhæam inde natam refrenat, præcipuè verò lienteriam cohibet, concoctricis facultatis vires auget, omnemque ventriculi vim frigore ſopitam excuſcitat, ac ſtomachi exolutiones avertit.* Doſis ad ℥iß.

## SYRVPVS CHALYBIS SIMPLEX.

℞. Limaturæ chalybis ℥iv. vini albi optimi ℔ij. ſtent in infuſione loco frigido in vaſe vitreo per dies octo, mox cum colatura, & ſacchari ℔j. fiat ſyrupus S. A.

### V I R E S.

P*Rodeſt in opilationibus, cachexijs, chloroſis, &c.* Doſis ab ℥j. ad ℥iij.

## SYRVPVS CHALYBIS COMPOSITVS.

℞. Radicum apij, petroſelini, aſparragi, bruſci, fœniculi, & rubiæ tinctorum ana ℥ß. pimpinellæ, artemiſiæ, betonicæ, chamædryos, calaminthæ, & adianthi ana M. j. florum bugloſſi P. j. cicerum rubrorum P. ß.

UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

P. ß. aquæ puræ tepidæ ℔ iiij. coquantur S. A. colaturæ adde chalybis pp. & in panno linteo ligati ℥ ij. ſacchari ℔ ij. fiat ſyrupus S. A. valet ad ea quæ ſupra dicta, ſed efficaciùs.

## SYRVPVS CHALYBIS APERIENS CATHARticus Daquin.

℞. Limaturę Chalybis in nodulo laxo, & ſuſpenſo ligatæ ℔ vj. radicis fœniculi, cichorij, & rubiæ tinctorum ana ℥ iij. tartari albi contuſi ℥ ij. aquæ ferventis, in qua ſtritula chalybis accenſa ſepties extincta ſint ℔ ix. macerentur ſupra cineres calidos per duodecim horas in vaſe vitreo optimè cooperto; poſtea bulliant lento igne per horam, addendo folior. rutæ, lupuli, lapati acuti, agrimoniæ, & capillorum veneris ana M. iij. bulliant iterum ad tertiæ partis conſumptionem; colentur, expreſsioque ſervetur. Interim ℞. folior. ſennæ ℔ ß. ſeminis carthami contuſi ℥ iv. tartari vitriolati ℥ i. macerentur horis xij. in eiuſdem aquæ chalybeatæ ℔ iv. hinc leviter bulliant, colentur, & exprimantur; colatura cum ſacchari ℔ ß. cum ovi albumine clarificetur, & ſervetur. Tunc prioris decocti colatura, ovi albumine, cum ſacchari ℔ v. clarificetur, lentoque igne coquantur, ferè ad electuarij ſolidi conſiſtentiam; quo tempore liquor clarus poſterioris decocti, priori decocto permiſceatur, & lento igne ad ſyrupi conſiſtentiam coquatur, qui refrigeratus olei cinnamomi diſtillati gr. vj. ſaccharo pulverato exceptis aromatizandus erit.

### *VIRES.*

V*Alet contra opilationes omnes, reſtituit roſium colorem per opilationes perditum, benignè purgat materias viſcidas, & tartareas, quæ obſtructiones efficiunt, datur feliciter pro ſanandis cachexijs hydrope, menſtruorum ſuppreſsione, ictero, & ſimilibus.* Doſis ab ℥ ß ad ℥ ij.

SY-



## SYRVPVS MARTIS.

℞. Limaturæ martis cum aqua pp. ℔ ß. tartari ſolubilis ℥ ß. miſceantur optimè in mortario lapideo, & includantur in nodulo, ſuſpendanturque in olla terrea vitreata, in qua ſint ℔ v. aquæ ferrariæ optimè chalybeatæ, & tepidæ; cui addantur quinque radicum aperitivarum maior. corticum radicis tamaricis, & rad. eryngij ana ℥ j. artemiſiæ, origani, pulegij, agrimoniæ, adianthi, & aſpleni ana M. j. ſtent in infuſione loco tepido per dies 4. poſtea coquantur per quadrantem horæ, hinc cum colatura, & ſacchari ℔ iv. fiat ſyrupus craſſus, cui addatur infuſio ſequens. ℞. Rhabarbari, & cinnamomi ana ℥ ß. ſol. ſennæ ℥ ij. tartari martialis ſolubilis ℥ j. infundantur per 24. horas in aquæ tepidæ ℔ iij. colatura addatur ſyrupo, & ad iuſtam conſiſtentiam coquantur, vituique reponatur.

### *VIRES.*

P*Rodeſt in omnibus opilationibus tam virginum, quam mulierum, aperit, et ſolvit inveteratas obſtructiones, utiliter exhibetur in cachexia hydrope menſium ſuppreſsione, & ſimilibus.* Doſis ab ℥ ß. ad ℥ ij.

## SYRVPVS DE SERO, ET CHALYBE ZACVTI.

℞. Capillor. veneris, aſpleni, & eupatorij ana M. j. paſſular. ſine acinis. & ſem. aniſi ana P. ij. ſem. petroſelini, fœniculi, & ſem. quatuor frigidor. maior. ana ℥ ß. cicerum rubror. rad. endiviæ, petroſelini, eryngij, gramminis, bugloſsi, ſcorzoneræ, fœniculi, ruſci, aſparragi. ana ʒ ij. rubiæ tinctorum, rumicis, corticum radic. capparum, & tamariſci ana ℥ j. ſucci pomorum redolentium ℥ ij. lupulorum, & fumariæ ana M. j. fol. ſennæ ʒ ij. flor. cordialium ʒ ij polypodij, epithymi, & cinnamomi ana ʒ ij. hordei P. ij. prunor. ſine oſſi-

UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

oſsibus N. xx. Infunde per noctem in ℔viij. ſeri lactis caprini, bulliant omnia lento igne ad medietatis conſumptionem. Colaturæ adde Rhabarbari electi ʒiij. rhapontici ʒiß. Agarici Trochiſcati ʒij. iterum facta leviſsima ebullitione exprimantur. Tunc ℔j. chalybis pp. igneatur, & ſepties extinguatur in prædicta colatura. Hinc adde pulveris Lapidis Bezoaris ligati, & infuſi per noctem ʒij. colaturæ adde ſyrupi borraginis, & capill. veneris ana ℥v. ſyrupi byzantini ℥ij. ſyr. cichorij Nicolai cum duplicato rhabarbaro, & ſyr. endiviæ Gentilis ana ℥iß. ſyrupi fumariæ compoſiti ℥j. Theriacę antiquæ. Mithridatij, & confectionis Hyacinthorum ana ʒij. cum ſacchari albiſſim. fiat Iulapium S. A. & aromatizetur cum pulveris Dia margaritonis frigidi ʒiij

*V I R E S.*

I*N febre alba, quam Alij pallidam virgineam, amatoriam; vocare ſolent, eximius eſt, obſtructiones enim reſerat, menſes cit, & roſeum colorem faciei conſiliat, nec exercitium poſtulat, obid naturis debilioribus eſt maxime conveniens, omnibusque indicationibus mirè ſuccurrit.* Doſis ℥iv. *mane ieiuno ſtomacho per 40 dies.*

## SYRVPVS ENDIVIÆ GENTILIS.

℞. Succor. endiviæ, & hepaticæ depurator. ana ℔iij. hordei mundi, quatuor ſem. frigidor. maior. & capillor. veneris ana ℥ß. roſarum, violar. lentis aquaticæ, flor. nenupharis, & polytrici ana ℥j. Infundantur per 24. horas, mox coquantur ad remanentiam ℔iv. quibus adde ſantalor. albor. & rubror. berber. ſem. cydonior. ligni aloes, cinnamomi, & corticum citri ana ʒj. ſtent in infuſione per horas xij. deinde cum colatura, & ſacchari ℔iij. fiat ſyrupus.

S. A.

*.*

*VI-*



V I R E S.

V*Alet ad refrigerandum hepar, & hypochodria, & renes, ad humectandas, & ad deobſtruendas opilationes, præſertim in febribus contractas, & ad retundendam bilis acrimoniam.* Doſis ad ℥ij.

## SYRVPVS CYCHORII CVM RHABARBARO Nicolai Florentini.

℞. Endiviæ domeſticæ, & ſylveſtris, cichorij, & taraxaconis ana M. ij. cicerbitæ, hepaticæ, lactucæ domeſticæ, ſcariolæ, fumariæ, & lupuli ana M. j. Hordei non mundati, & Alkekengi ana ℥j. Glycyrrhizæ, capillor. veneris ceterach, polytrici, adianthi, & cuſcutæ ana ʒvj. radicum fœniculi, apij, & aſparagi ana ℥ij. aquæ puræ tepicæ ℔xvj. fiat decoctio S. A. percoletur, & cum colatura, & ſacchari albiſſ. ℔iv. fiat ſyrupus, pro cuius vnaquaque libra inter coquendum in manicam adijciatur Rhabarbari optimi ℥ß. ſpicę nardi ℈iv. ſæpè manicam exprimendo.

*V I R E S.*

P*Rodeſt ad refrigerationem excalefacti hepatis, ad deobſtruenda hypochondria, ad tollendam ictericiam; ad corroborandum ſtomachum, & primam corporis regionem blandè purgandam, ad contemperandos humores acres, & calidos, ad abſtergendos humores craſſos, & lentos, curandaſque lienis obſtructiones, & renum ſarcinam exonerandam.* Doſis ab ℥j. ad ℥iv.

Aliquoties paratur hic ſyrupus cum duplicato Rhabarbaro, ideſt, addendo pro vnaque libra ſyrupi, ℥j. Rhabarbari. *Syrupus cichorij cum duplicato Rhabarbaro.*

## SYRVPVS DOMINI AVGVSTINI.

℞. Corticum Myrobalanor. citrinor. Rhapontici vulga-

garis viridis, foliorum ſennæ mundæ, epithymi & ivæ arthriticæ ana ℥iß. polypodij quercini mundi ℔ß. flor. fumiterræ, & lupulor. ana ℔ß. glycyrrhizæ raſæ ℥j. paſſular. ſine acinis ℥iij. ſem. aniſi, & fœniculi ana ℥ß. florum borraginis, bugloſsi, & violarum ana M. j. fiat omnium decoctio S. A. in ℔xvij. aquæ fontis, lento igne quouſque remaneant ℔ix. colaturæ adde ſuccor. depuratorum fumariæ, & lupulorum ana ℔ij. & cum ſacchari ℔viij. fiat ſyrupus S. A.

### *V I R E S.*

*Vſurpatur ad morbos melancholicos, & pituitoſos curandos, nam humorem melancholicum, & pituitoſum cum facilitate evacuat, obſtructiones aperit, morbis frigidis cerebri prodeſt, hepar mundificat, & morbo Gallico valenter affectis prodeſt.* Doſis ad ℥ij.

## SYRVPVS DVARVM RADICVM MESVES.

℞. Radicum apij, fœniculi, & endiviæ ana ℥iij. ſem. apij, fœniculi, & aniſi ana ℥j. ſem. endiviæ ʒß. coquantur S. A. in ℔x. aquæ ad medietatis conſumpt. colaturæ adde ſacchari ℔iij. coquantur ad ſyrupi craſſioris conſiſtentiam, tunc adde aceti albi ℥viij. & igne lento uſque ad conſiſtentiam ſyrupi decoctio continuetur, coletur, uſuique ſervetur.

### *V I R E S.*

*Bilem craſſam, ac pituitam incidit, obſtructa hepatis tergit, lienis, renum, & iecoris infarctus penetrat, & urinas promovet.* Doſis ad ℥ij.

Paratur etiam hic ſyrupus abſque aceto, ad mulieribus ſubminiſtrandum.

Dicitur Duarum Radicum, quia radix endiviæ non eſt, ex quinque radicibus diureticis numeratis.





## SYRVPVS QVINQVE RADICVM EX Chriſtophoro de Honeſtis.

℞. Corticum radicum apij, fœniculi, petroſelini, ruſci, & aſparragi ana ℥ij. ſem. apij, fœniculi, & petroſelini ana ℥j. coquantur S. A. in ℔x. aquæ ad conſumptionem medietatis, colaturæ adde mellis ℔iv. coquatur, ulterius, addendo in finem aceti vini albi optimi ℔j. fiat ſyrupus S. A. Appellatur etiam Oxymel Compoſitum.

*Oxymel Compoſitum.*

### *V I R E S.*

*Valet ad digerendas materias phlegmaticas, frigidas, melancholicas, craſſas, & viſcoſas, & permixtas cum cholera craſſa: unde principaliter mitigat febres quotidianas, & ſimiliter etiam quartanas, convenit etiam in oppilationibus ſtomachi, & hepatis, urinas, & ſudores, cocta iam materia, proiectat.* Doſis ab ℥j. ad ℥iij.

Servatur etiam ſine aceto ob notatum ſupra.

*Syrupus quinque radicum ſine aceto.*

## SYRVPVS EVPATORII MESVES.

℞. Radic. apij, fœniculi, & endiviæ ana ℥ij. glycyrrhizæ, ſchœnanthi, cuſcutæ, abſynthij, & roſarum ana ʒvj. adianthi, fumariæ, cardui Mariæ, flor. aut radic. bugloſsi, aniſi, fœniculi, & eupatorij ana ʒv. rhabarbari, & maſtiches ana ʒiij. ſpicæ, aſari, & folij ana ʒij. coquantur in ℔viij. aquæ ad conſumptionem tertiæ partis, hinc, cum colatura, & ſacchari ℔iv. ſucci endiviæ & ſucci apij ana ℔ij. fiat ſyrupus S. A.

### *V I R E S.*

*Commendatur ad corroborationem ventriculi & hepatis; ad aperiendas obſtructiones; ad curandum incipientem hydropem; ad ſanandos hypochondriorum dolores; ad ſanan-*



UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN ® DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

*das febres diuturnas, ad viſcerum harmoniam rectific.ndam, ad reſolvendos flatus. Chriſtophorus præter enarratos bonos effectus conferre dixit cachexiæ, fœdo corporis, ac faciei colori, & corruptioni appetitus. Sylvius affirmavit etiam coctionem firmare, cacochymiam tollere, & per orinas ducere peccantes humores.* Doſis ad ℥ij.

## SYRVPVS FVMARIÆ COMPOSITVS Meſues.

℞. Myrobalanor. citrinor. & chebulor. ana ʒxx. flor. borragnis, bugloſsi, violar. cuſcutæ, & abſynthij ana ℥j. liquiritiæ, & roſarum ana ℥ß. epithymi, & polypodij ana ʒvij. prunorum N. C. paſſular. ſine acinis ℔ß. pulpæ tamarindor. & caſsiæ fiſtulæ ana ℥ij. coquantur omnia præter caſsiam, & tamarindos in ℔xij. aquæ ad conſumptionem trium librarum, colaturæ adde pulpas, & eas diſſolve, deinde adde ſucci fumariæ cocti, ac depurati, & ſacchari albi ana ℔iij. fiat ſyrupus S. A.

### VIRES.

*Commendatur ad roborandum ventriculum, & hepar, ad aperiendas obſtructiones, & abſtergendos cutis morbos, præcipue ab humore ſalſo, vel vſto natos, ad ſcabiem, lepram, pſoram, impetiginem, &c.* Doſis ad ℥ij.

## SYRVPVS MYRTI.

℞. Succi granor. Myrti ℔xij. coquantur ad tertiæ partis conſumptionem, ex quo clarificato accipe ℔vij. ſacchari albiſsimi ℔v. fiat ſyrupus S. A.

### VIRES.

*Commendatur hic ſyrupus, ad corroborandum ventriculum, & viſcera omnia, ad ſiſtendum alui fluxum antiquum, contra tuſsim, & ſanguinis fluxus, vel ex ore, vel*



*vel ex inteſtinis, vel ex utero, vel renibus, vel venis hæmorrhoidalibus, ſumptus cum aq. chalybeata, vel alia aqua ſtillatitia appropriata; confert etiam ſuperfluo fluxui orinæ, ac diabeticæ paſsioni.* Doſis ad ℥iß.

## SYRVPVS FLORVM TVNICÆ.

℞. Florum Tunicæ exungulator. & recent. ℔ij. infundantur in ℔iv. aq. tepidæ per 24. horarum ſpatium loco calido, hinc colentur, & iteretur infuſio eodem modo, poſtea cum colatura, & ſacchari clarificati, & ad conſiſtentiam tabellarum cocti ℔iv. fiat ſyrupus.

### VIRES.

*Cephalicus, ac cardiacus eſt inſignis, ſtomachum roborat, prodeſt in vertigine, apoplexia, ſyncope, ac palpitatione cordis, lumbricos fugat, partum allevat, &c.* Doſis ad ℥ij.

## SYRVPVS FLORVM HYPERICI.

Paratur eodem modo.

### VIRES.

*Calculoſis, ac renum dolores patientibus auxilio eſt, orinas movet, vermes enecat, nec non cordis, cerebrique vires adauget.* Doſis ad ℥iß.

## SYRVPVS PAPAVERIS ERRATICI.

℞. Aquæ tepidæ ℔iij. flor. recent. Papaveris erratici ℔j. ſtent in infuſione per horas octo, coletur, & reiteretur infuſio ſecunda, & tertia vice, deinde cum colaturæ, & ſacchari ana partibus æqualibus fiat ſyrupus S. A.

*VIRES.*

*AD ardentium febrium vehementes æſtus adhibetur, quorum incendia potenter extinguit, ac calores efficaciter mitigat, vigiliaſque arcet, calidis præſertim pectoris malis, vt poti peripneumoniæ, acribus diſtillationibus, faucium inflammationibus, ac pleuritide, cui à proprietate quam maximè prodeſſe creditur, ſalutaris exiſtit.* Doſis ad ℥ij.

SYRVPVS FLORVM POEONIÆ.

Paratur eodem modo.

*VIRES.*

*VAlet ad conuulſionem, epilepſiam, ac ſpaſmum, comitialis morbi inſultus frangit, menſes ducit, & vterinis affectibus conducit.* Doſis ab ℥j. ad ℥iij.

SYRVPVS POEONIÆ MAGISTRALIS.

℞. Radicum Pœoniæ Maſculi ℔j. contundantur, & coquantur in ℔vj. aq. ad dimidias; demum coletur decoctum, & reſidere ſinito, vt clareſcat, deinde accipe quod clarum ſit, & cum ſacchari tantundem fac ſyrupus. S. A.

*VIRES.*

*VAlet epilepticis, contra Regium morbum, & renum, ac veſicæ dolores.* Doſis ab ℥j. ad ℥iij.

SYRVPVS KERMES EX MESVE.

℞. Granorum Kermes ℥iß. coquantur in ℔iv. aq. ad conſumptionem ℔ij. & cum colatura, & ſacchari ℔j. fiat ſyrupus.

*VI-*



*VIRES.*

*CArdiacus eſt, ſpiritus vitales reficit, vapores tetros diſcutit, parturientibus ſubvenit, exulceratis renibus medetur, morbillos erumpere facit.* Doſis ad ℥ij.

SYRVPVS ROSARVM SICCARVM.

℞. Aquæ puræ tepidæ ℔v. Roſar. rubr. ſiccar. ℥iv. infundantur per octo horas, mox colatura facta, & calefacta, infunde Roſar. ſiccar. ℥iv. & poſt alias octo horas iterum exprime, & tertia vice, vt antea infunde ℥iv. Roſar. ſiccar. his peractis cum colatura, & ſacchari ℔iij. fiat ſyrupus.

*VIRES.*

*AD omnem alui fluorem ſiſtendum valet, ad cœliacos, lienterios, & dyſentericos probè iuvat, partes internas roborat, vlcera detergit, ac glutinat, vomitum compeſcit, nec non vteri rheumatiſmum cohibet.* Doſis ad ℥ij.

RHODO SACCHARI CVM AQVA Cinnamomi.

℞. Aquæ Caſsiæ lacteſcentis diſtillatæ ℔j. ſacchari clarificati, & tabellati ℔iij. fiat ſyrupus.

*VIRES.*

*STomachum, & ſpiritus roborat, digeſtionemque iuvat.* Doſis ab ℥ß. ad ℥ij.

RHODO SACCHARI, A MESVE SYRVPVS Roſatus dictus.

℞. Succi Roſar. rub. ℔iij. ſacchari ℔ij. fiat ſyropus S. A.

 *VI-*

UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

### VIRES.

*Febrium, thoracis, & ventriculi incendium, caloremque flammeum extinguit, ſitim inexpletam ſedat.* Doſis ab ℥j. ad ℥iv.

### SYRVPVS VIOLARVM SIMPLEX EX Meſue.

℞. Aquæ tepidæ ℔vj. flor. violar. recent. ℔ij. ſtent in infuſione per horas octo, mox exprimantur, & colaturæ tepefactæ adde iterum flor. violar. recentium ℔ij. procede vt antea, hinc cum colatura, & ſacchari ℔iv. fiat ſyrupus. S. A.

### VIRES.

*Confert in morbis calidis pectoris, & hepatis, in faucium inflammationibus, in tuſſi ſicca, & ardorem vrinæ.* Doſis ab ℥j. ad ℥iv.

### SYRVPVS VIOLARVM EX QVINQVE infuſionibus.

Paratur eodem modo, reiterando infuſiones violarum, ad quinquies.

### VIRES.

*Convenit cum priori, ſed cum maiori efficacia.*

### SYRVPVS VIOLATVS VIOLACEVS, ſeu Cœruleus.

℞. Succi ex floribus violarum, à parte herbacea expurgatarum ℔ij. ſacchari albiſsimi ſubtiliter pulverati ℔iv. miſce, & fiat ſyrupus, in vaſe vitreo, lento igne cinerum.

*Vi-*



### VIRES.

*HIC ſyrupus eſt hodierna die frequentiſsimus, & in colore, odore, & ſapore iucundiſsimus, & in operatione efficaciſsimus, eaſdem namque præſtat, imò cum maiori efficacia vtilitates, quas ſyrupi prædicti ex infuſione violarum.* Doſis ad ℥ij.

### SYRVPVS VIOLATVS VIOLACEVS ALIVS.

℞. Aquæ tepidæ ℔ij. florum violar. à parte herbacea expurgatar. ℔j. ſtent in infuſione per 24 horas, mox exprimantur: colaturæ tepefactæ, adde iterum flor. violar. eodem modo paratarum ℔j. procede, vt antea, poſtea cum colatura, & ſacchari albiſsimi ſubtiliter pulverati ℔iv. fiat ſyrupus, vt ſuperius, qui convenit cum eo.

### SYRVPVS VIOLARVM EX 9. INFVSIOnibus.

℞. Infuſionis violarum ex 9. permutationibus (*vide ſupra Cap. X.*) ℔vj. ſacchari albiſsimi ℔iv. fiat ſyrupus S. A.

### VIRES.

*EDucit choleram, & alterat exceſſum eius, in acutis morbis, viſcerum inflammationibus, ac ſitim explebili commendatur, ac alvum emolliendo bilis acrimoniam retundit, ſicca tuſſi medetur, gutturis aſperitates lenit, thoracis, & pectoris, totiuſque ventris inferioris affectibus calidis ſuccurrit.* Doſis ab ℥j. ad ℥iv.

### SYRVPVS NIMPHÆÆ.

℞. Flor. Nimphææ albæ ℔j. aquæ tepidæ ℔iij. ſtent in infuſione per horas octo; hinc exprimantur, & reite-

 ra-

retur in tubo ſimili modo ſecunda, & tertia vice: deinde cum colatura, & ſacchari ℔iij. fiat ſyrupus S. A.

### *VIRES.*

*INſigniter refrigerat, ſomnum allicit, viſcerum æſtus mitigat, veneris inſomnia inhibet, ſemen immodice fluens reſtringit, ſitim temperat, ac febrium ardores compeſcit.* Doſis ad ℥ij.

## SYRVPVS PAPAVERIS ALBI EX Fernelio.

℞. Capitum papaveris albi mediocriter maturorum, & recentium ℥viij. capitum papaveris nigri recentium ℔ß. aquæ pluvialis ℔iv. coquantur ad conſumptionem ℔ij. hinc cum colatura, fiat ſyrupus addendo ſacchari, & penidij ana ℥viij. vſuique ſervetur.

### *VIRES.*

*VAlet in arcendis defluxionibus calidis, tenuibus, & acribus in thoracem ruentibus, quæ aſperam arteriam, faucesque exaſperant, & vigilare cogunt, proinde tuſſim ex defluxionibus iis enatam pellit: lentore autem ſuo gutturis aſperitatem lenit, caloris incendium mitigat, ſitim explet, ſomnum conciliat cum proprijs viribus, refrigerando nimirum, & humectando, tum ex accidenti, ſedata videlicet, tuſſi, quæ in ſomnium parit.* Doſis ad ℥j.

## SYRVPVS CVCVRBITÆ MESVES.

℞. Cucurbitam magnam maſſa involutam, & clivano coque: hinc: ℞. Eius ſucci expreſſi ℔v. ſacchari albi ℔iij. fiat ſyrupus S. A.

### *VIRES.*

*MAgnas vires habet in ſiti, & magno incendio extinguendo, febres ardentes, bilioſaſque reliquas gut-*



*turis aſperitates, ac pleuritidem emendat.* Doſis ad ℥ij.

## SYRVPVS MECONII.

℞. Meconij ʒj. diſſolvatur in ſ. q. vini albi, & cum ſacchari ℔j. fiat ſyrupus S. A.

### *VIRES.*

*SPiritus commotos, inquietos, ſeditioſoſque compeſcit, torporem inducit, ſomnum conciliat, doloreſque ſopit,* Doſis ad ℥ß.

## SYRVPVS MYRRHÆ.

℞. Myrrhæ electæ ℥ß. teratur cum ℥iv. ſacchari candi, & fiat diſſolutio in albuminibus ovorum, eo modo, quo paratur oleum Myrrhæ per deliquium.

### *VIRES.*

*OPtimus eſt ad tuſſim inveteratam, aſthma, & ulcus renum.* Doſis ad ℥ß.

## SYRVPVS TEREBINTHINÆ DONZELLII.

℞. Milij ſolis, herniariæ, ſeu polygonij minimi, ſem: geniſtæ, & ligni viſci quercini ana ℥j. coquantur in aq. capiller. veneris quod ſufficiat S. A. In colatura diſſolve Terebinthinæ venetæ ℥j. primum in ovi vitello incorporatæ, & cum ſacchari albiſſimi ℔iß. igne lento fiat ſyrupus S. A.

### *VIRES.*

*COnfert in affectibus omnibus renum, ſed præcipuè in calculo, & gonorrhæa.* Doſis ab ℥ß. ad ℥ij.

SY-

UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

## SYRVPVS CINNAMOMI AVGVSTANÆ.

℞. Cinnamomi acuti ℥iv. teratur, & imponatur in cucurbita vitrea, cui addantur aquæ cinnamomi cum vino diſtillatæ ℔ij. aquæ roſar. ℥ij. digerantur per dies duos, hinc colentur & cum ſufficienti quantitate ſacchari fiat ſyrupus abſque decoctione.

### *VIRES.*

V*Itales ſpiritus recreat, cor, ac ventriculum à frigore languidum reficit, oris anhelitum emendat, coctionem iuvat, nec non vires corporis fulcit.* Doſis ad ℥iß.

## SYRVPVS KINKINÆ.

℞. Corticum Kinkinæ ℔ß. vini albi ℔iv. ſalis abſynthij ʒß. Infundantur per tres dies; poſtea coquantur lentiſſimo igne ad tertiæ partis conſumptionem, expreſſioni adde ſacchari ℔iij. fiat ſyrupus S. A. Doſis ad ℥ij. in febribus.

## SYRVPVS SCORIÆ FERRI MAGISTRALIS.

℞. Scoriæ Ferri pp. ℔j. paſſularum enucleatarum ℔ij. Baccar. Juniperi, aniſi, & origani, ana P. ij. croci ʒj. omnia præter crocum infundantur in ℔vj. aquæ per 24. horarum ſpatium, poſtea coquantur ad tertiæ partis conſumptionem, cum colatura, & ſacchari ℔iv. fiat ſyrupus, addendo inter coquendum crocum, in panno ligatum.

### *VIRES.*

V*Alet in obſtructionibus, cachexijs, chloroſis, & ſimilibus.* Doſis ad ℥ij.

*** *** ***

SY-



## SYRVPVS MERCVRIALIS COMPOSITVS.

℞. Polypodij ℥j. prunorum N. LX. trium flor. cordialium P. iij. ſucci mercurialis ℔iij. infuſionis roſarum perſicarum ℔j. Infundantur per 24 horas, deinde cum colatura, & ſacchari ℔iv. fiat ſyrupus S. A.

### *VIRES.*

B*Élioſos, & aquoſos humores evacuat, uterum impurum mundificat, & conceptioni habilem efficit.* Doſis ad ℥iij.

## SYRVPVS MERCVRIALIS SIMPLEX.

℞. Succi Mercurialis depurati, & cocti ℔iij. ſacchari ℔ij. fiat ſyrupus S. A.

### *VIRES.*

M*Odeſtè alvum ſubducit, ſanguinemque purificat.* Doſis ab ℥j. ad ℥iij.

## SYRVPVS MERCVRIALIS MAIOR, VVLGO de *larga vida*.

℞. Succi Mercurialis depurati ℔iv. ſucci Borraginis, & Bugloſſi ana ℔ij. Mellis optimi ℔vj. Radicis Gentianæ ℥iv. rad. Iridis ℥ß. Radices infundantur in ℔ iß. vini albi per 24. horas: Mel deſpumetur, & omnia ſic parata, & colata ponantur in vaſe vitreo, ſeu vitreato, & coquantur in ſyrupum, vſuique reponatur.

### *VIRES.*

S*Anguinem mirificè mundificat, & impuritates humorum blandè evacuat.* Doſis ab ℥j. ad ℥iij

SY-

ALERE FLAMMAM VERITATIS
UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

## SYRVPVS STOECHADIS COMPOSITVS Meſues.

℞. Flor. Stœchadis ℥iij. & ʒvj. thymi, calaminthæ, & origani ana ʒx. aniſi, & pyrethri ana ʒvij. piperis longi ʒij. zingiberis ʒij. paſſularum enucleatarum ℥iv. aquę ℔viij. coquantur S. A. ad conſumptionem ℔ij. hinc cum colatura, & ſacchari, aut mellis ℔v. coquantur in ſyrupum; cui immergantur in linteo raro ligata: cinnamomi, calami aromatici, ſpicæ, croci, zingiberis, piperis nigri, & longi ana ʒiß. inter coquendum.

### VIRES.

*Affectibus cerebri frigidioribus, & pituitoſioribus convenientior, ubi calore maiori, incidentibus, & tenuantibus, indigemus; extendum eſt: cerebri, ac nervorum frigidis noxijs remedio eſt, bonum cauſam pituitam ſcilicet craſſam, & viſcidam potenter diſſecans, digerens, ac tenuans, paralyſi, ſpaſmo, convulſioni, nec non epilepſiæ medetur; facit etiam ad pectus anhelo ſum à diſtillatione dependente, ac ventriculum confortat.* Doſis ad ℥ij.

## SYRVPVS STOECHADIS SIMPLEX ex Velez.

℞. Flor. ſtœchadis ℔j. aq. tepidæ ℔ivß. coquantur ad conſumptionem ℔iß. deinde cum colatura, & mellis ℔iij. fiat ſyrupus S. A.

### VIRES.

*Ventriculum, cor, cerebrum, ac hepar confortat, calefaciendo, ſiccando, abſtergendo, attenuando, ac aperiendo; in affectibus nervorum, & pectoris, in lethargo, paralyſi, vertigine, apoplexia, menſium ſuppreſsione, ac venenis etiam prodeſt.* Doſis ab ℥j. ad ℥iij.





## SYRVPVS THYMI EX MESVE.

℞. Summitatum Thymi ℥ij. calamenthi, menthæ ſiccæ, ana ʒv. aniſi, dauci, fœniculi, & apij ana ℥ß. paſſular. enucleatar. ℥ivß. Coquantur S. A. in ℔iv. aquæ ad conſumptionem ℔j. & ℥viij. & cum colatura, & mellis ℔ij. fiat ſyrupus, & aromatizetur cum ʒij. Galliæ ex Meſue.

### VIRES.

*Calefacit, incidit, tenuat, ob id omnem frigidam intemperiem thoracis, pulmonis, ventriculi, hepatis, aliarumque partium iuvat.* Doſis ab ℥j. ad ℥iij.

## SYRVPVS EPITHYMI MESVES.

℞. Epithymi ℥iiß. myrobalanor. citrinor. & Indor. ana ℥iß. & ʒiij. cuſcutæ, & fumariæ ana ʒx. thymi, calaminthæ, bugloſsi, myrobalanor. emblicor. & bellericor. liquiritiæ, polypodij, agarici, & ſtœchadis ana ʒvj. roſar. ſem. fœniculi, & aniſi ana ʒiiß. prunor. N. xx. paſſular. enucleatar. ℥iv. tamarindor. ℥iiß, aquæ tepidæ ℔vij. coquantur ad conſumptionem ℔iiß. mox cum colatura, & ſacchari ℔iij. fiat ſyrupus, addendo tamarindos nunc, cum ſapæ vini ℔ij. & iterum coquendo ad iuſtam conſiſtentiam, coletur, vſuique reponatur.

### VIRES.

*Bilem aduſtam in ſcabie, & pruritu, & in elephantiaco affectu incipienti, & præterea in mania, & melancholia præparat, & evacuat.* Doſis ad ℥iij.

## SYRVPVS POLYPODII COMP. EX Salvatore Franchione.

℞. Radic. Polypodij quercini recentis mundati, & contuſi ℔vj. Rhapontici, & glycyrrhizæ ana ℔ß. folior. ſen-

UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN ® DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

ſennæ, & epithymi ana ℥iij. cortic. myrobalanor. citrinor. chebulor. & indor. ana ℥j. flor. cordialium M. iß. ſem. aniſi, & fœniculi ana ℥iß. paſſular. ſine acinis, & prunor Damaſcenor. ana ℥ix. ſucci fumariȩ ℔j. coquantur S. A. in ℔xv. aquæ, excepto ſucco fumariæ, poſt cum colatura, ſucco fumariæ, & ſacchari ℔v. fiat ſyrupus S. A.

### *VIRES.*

*Efficatiſſimus eſt in educendis humoribus craſſis, & atrabilariis, ac ad tollendas obſtructiones lienis, ad ſcabiem, lepras, & quartanas febres curandas, & ſimiles affectiones.* Doſis ad ℥ij.

## SYRVPVS AGARICI ET RHABARBARI.

℞. Radicum Apij, & fœniculi ana ℥j. hyſſopi, capillor. veneris, adianthi, polytrici, ſcolopendriæ, endiviæ, & cichorij ana M. j. quatuor ſem. frigid. maior. ana ℥ß. ſeminis aniſi, & rad. liquiritiæ ana ʒiij. paſſular. enucleatar. ℥j. trium flor. cordialium ana P. j. coquantur S. A. in ℔viij. aque fontanæ ad conſumptionem ℔v. & in vna parte colaturæ infundantur per horas 12. folior. ſennæ, & Agarici trochiſcati ana ʒvj. & in alia parte Rhabarbari electi ℥iß. & expreſſionibus factis cum eis, & ſacchari albiſsimi ℔iiß. fiat ſyrupus S. A.

### *VIRES.*

*Valet ad curandas febres longas, ad tollendas obſtructiones hepatis, lienis, venarum meſaraicarum, ad inducendum bonum faciei colorem, ad ſubducendam aluum, ad leniter purgandos humores billoſos, pituitoſos, & melancholicos, etiam per vrinæ vias, ad curandam ictericitiam, & cætera ſimilia perficienda.*
Doſis ad ℥ij.





## SYRVPVS SMILACIS ASPERÆ MAGISTRAlis pro lue venerea ex Ioſepho Galeano.

℞. Radic. ſmilacis aſperæ ℔j. Ligni Guaiaci, rad. chinæ electæ, rad. Arundinis, ſantali rub. rad. borraginis, bugloſsi, cichorij, malvæ, pentaphyl. & quatuor ſem. frigidor. maior. ana ℥j. Herbarum fumiterræ, lupuli, & epithymi ana M. j. ſem. aniſi, ſœniculi, & coriandri pp. ana ℥ß. flor. cordialium ana M. j. betonicæ, ſtœchadis, roſar. rub. ivæ arthr. & moſchatæ ana P. j. incindenda incindantur, contundenda contundantur, & coquantur S. A. in aq. borraginis, bugloſſi, & cichorij ana q. ſ. deinde colentur, & colaturȩ clarificatȩ adde ſyr. de fumaria comp. violati ex 9. infuſion. & Roſati ſolut. ana ℔ß. ſacchari opt. clarificati, & cocti ℔iiß. coquantur omnia ad ſyrupi conſiſtentiam qui in fine coctionis aromatizetur ſequenti nodulo: ℞. Macis ʒij. cinnamomi opt. ʒvj. zingiberis ʒß. ſpicæ ʒj. pulveriſentur ſubtiliter, & cum linteo ſubtile fiat nodulus.

### VIRES.

*Adverſus luem veneream, dolores articulares, & melancholiam hypochondriacam, admiraculum vſque prævalet. Corpus univerſum ab humoribus peccantibus, præcipuè atrabilaribus, inquibus Gallica lues præſidet, tutò, citò, ac iucundè, exonerat, & expurgat. Sanguinem maſſam ita ab eius inquinamentis puram reddit, vt indè cor exhilaret, ſpiritus vivificet, & priſtinam revocet ſanitatem.* Doſis ab ℥ij. ad ℥iij.

## SYRVPVS SMILACIS ASPERÆ VVLGO *de los Remedios.*

℞. Smilacis Aſperæ ℥xvj. raſurȩ ligni ſancti ℔ß. aquæ pu-

ALERE FLAMMAM VERITATIS
UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

puræ tepidæ ℔xij. coquantur igne lento ad conſumptionem medietatis: hinc colentur, colaturaque ſervetur, & reſiduum piſtetur in mortario lapideo, & coquatur iterum in ℔viij. aquæ ad medias, iterumque coletur, colaturaque ſervetur, & tertia vice reſiduum coquatur in ℔vj. aquę ad medias cum ℥j. ariſtolochiæ, addendo ſub finem coctionis, mediocriter tritorum ſeminum ebulorum, & ſeſeleos ana ℥ij. deinde colaturæ omnes miſceantur, & cum ſacchari, & mellis ana ℔iij. fiat ſyrupus S. A.

*VIRES.*

*Valet ad morbos frigidos, & quaſcumque podagras; omniſque nervorum, & iuncturarum dolores, tàm à lue venerea, quàm ab alijs cauſis genitos erradicandos.* Doſis ad ℥ij. *ſub mane per viginti dierum ſpatium, & ſi neceſitas urgeat, ſerò patiens tantundem capiat, & exerceatur validè.*

## SYRVPVS DE SPINA INFECTORIA, SEV Spina Cervina, Domeſticus dictus.

℞. Baccarum Spinæ Cervinæ, hoc eſt Rhamnus Catharticus, circa finem Septembris, aut Octobris initio collectarum quantitatem ſufficientem; contundantur in pila lapidea; deinde exprimendo colentur: ſuccus expreſſus coquatur lento igne, donec quarta pars abſumatur, atque iterum coletur: deinde ℞. huius ſucci colati ℔ij. ſacchari ℥xvj. Coquantur ſimul donec ſyrupi conſiſtentiam craſſam acquirat, adijciendo in fine Aniſi, Maſtiches, ana ʒiij. zingiberis, cinnamomi, & caryophyllor. ana ʒiß. in panno linteo inciſa, vt fiat ſyrupus S. A.

*VIRES.*

*Bilem, pituitam, & ſeroſos humores maximè purgat, undè maximè prodeſt in cachexia, & hydrope, ac arthritide.* Doſis ad ℥iß.





## SYRVPVS CARTHAMI, SEV COMITIS.

℞. Folior. ſennæ, & ſem. Carthami ana ℥iv. polypodij ℥viij. flor cordialium P. iij. Tartari Laxativi ℥ß. cinnamomi acuti ʒj. ſem. aniſi ℥ß. Polypodium mundum, & contuſum infundatur per 24. horas in aquæ tepidæ ℔vj. cum Tartaro Laxativo: hinc bulliant, addendo gradatim ſemen carthami contuſum, & reliqua, donec ℔iij ſuperſint, deinde cum colatura, & ſacchari ℔iij. fiat ſyrupus S. A.

*VIRES.*

*Febribus inveteratis, quotidianis, quartanis, viſcerum obſtructionibus, & affectioni hypochondriacæ mirè opitulatur: humoris enim craſſos, & tartareos incidit, extenuat, necnon leniter per aluum educit.* Doſis ad ℥iv.

## SYRVPVS SENNÆ EX HYERONIMO DE LA Fuente.

℞. Fol. ſennæ ℔j. aquæ tepidæ ℔ivß. coquantur lento igne ad conſumptionem ℔iß. & poſt ſex horas iterum tepefiat, & coletur, colaturæ adde infuſionis roſarum Alexandrinarum ex 9. infuſionibus ℔iij. ſacchari albi ℔iv. fiat ſyrupus. S. A.

*VIRES.*

*Valet ad purgandam bilem vtramque, & melancholiam, mundificat cerebrum, cor, hepar, ſplenem, pulmonem, & membra ſenſuum: confortat ventrem, & generat gaudium.* Doſis ab ℥j. ad ℥iv.

N. Si loco prędictę decoctionis ſennæ, ſumantur ℔iij. Infuſionis Catharticę præſtantior hic ſyrupus erit, in operationibus ſuis, ob notatum de ſenna in lib. I. cap. VIII. in electione ſua, & lib. II. cap. X. in infuſione cathartica.



UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

## SYRVPVS REGIS PHILIPI II. EIVSDEM.

℞. Folior. ſennæ ℥j. infundantur in ℥x. aquæ fœniculi calefactæ, per hor. octo, coletur, & colaturæ adde infuſionis roſar. alexandrinar. ex 9. permutationibus, & infuſionis violarum ex quinque permutationibus ana ℥iv. ſacchari ℔j. fiat ſyrupus S. A.

### VIRES.

B*ilem, humores ſeroſos, melancholiam, & cholerã aduſtam purgat: cerebrum, cor, hepar, & ſplenem mundificat. Ægritudinibus pulmonum confert. Ventrem confortat, gaudium generat, inflammationibus oculorum confert, fœdam calidam ſedat, pectus lenit, vrinam cum leniſione provocat, & eius affectibus prodeſt.* Doſis ad ℥iv.

## SYRVPVS PRINCIPIS EIVSDEM.

℞. Succi Roſar. Perſicar. ℔iij. ſacchari ℔ij. fiat ſyrupus S. A.

### VIRES.

C*onvenit cum ſyrupo Roſar. Perſicar. ex 9. infuſionibus.* Doſis ab ℥j. ad ℥iv.

## SYRVPVS DE FLORIBUS PERSICORVM.

℞. Flor. Perſicorum recentium ℔j. macerentur horis 12. in ℔iij. aquæ calentis, expreſſo pollinodum, & colato liquori ℔i. florum perſicorum recentium infunde, idque quater, aut quinquies iteretur. Poſtrema de hinc colatur. recipe ℔iij. ſacchari albi ℔iiß fiat ſyrupus S. A.





### VIRES.

A*quas, & bilem educit, vermes necat, ac meſenterium infarctu liberat, ſeroſos humores per alvum exturbat.* Doſis ab ℥j. ad ℥iij.

## SIRVPVS AVREVS.

℞. Sacchari clarificati, & ad conſiſtentiam tabellarum cocti, & roſarum perſicarum recentium, nondum perfectè apertarum, & exungulatarum ana p. æq. ſtent in infuſione loco tepido per 24. horarum ſpatium exprimantur fortitèr, & colatura coquatur in ſyrupum, S. A.

## SYRVPVS AVREVS ALIVS.

℞. Foliorum Roſar. Alexandrinar. ſub mane collectarum, & ut dictum paratarum, & ſacchari albiſsimi pulverati ana p. æq. fiat ſtratum ſuper ſtratum in vaſe terreo vitriato, ſtent per dies duos, mox exprimantur fortitèr, & fiat ſyrupus S. A.

### VIRES.

A*lvum purgando renes refrigerat, & roborat, bilem purgare dicitur, hinc in billioſis febribus commendatur.* Doſis ab ℥ij. ad ℥v.

## SYRVPVS PERSICVS EX LAGVNA.

℞. Infuſionis Roſarum Alexandrinarum, ex 9. permutationibus ℔vj. ſacchari albi ℔jv. fiat ſyrupus. S. A.

### VIRES.

O*ptimus eſt ad purgandam bilem, & humores ſeroſos in venis contentos.* Doſis ab ℥j. ad ℥v.



ALERE FLAMMAM VERITATIS
UANL
UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN ®
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

## SYRVPVS ROSARVM RVBRARVM ex 9. Infuſionibus.

℞. Infuſionis Roſar. Rubrar. ex 9. permutationibus ℔vj. ſacchari albi ℔iv. fiat ſyrupus. S. A.

### *VIRES.*

C*Ommendatur ad corroboranda viſcera, caput nempè, cor, hepar, ac ventriculum, & inteſtina, bilem contemperat, & ſuaviter educit, relinquendo in ſtomacho, inteſtinis ac in ipſo hepate vim aliquam aſtringentem.* Doſis ab ℥j. ad ℥iv.

## SYRVPVS EMETICVS.

℞. Succi cydoniorum recentis ℔j. vitri Antimonij ℥ß. Infundantur in vaſe vitreo, & committantur loco calidiori per dies tres, vel quatuor, ſæpius agitando, poſtea coquantur lento igne, ſtatimque filtretur; ſucco filtrato addantur ℥viij. ſacchari, & coquantur rurſus ad ſyrupi conſiſtentiam. Doſis in adultis à ʒij. ad ℥j. cum aqua cinnamomi, &c. in tenellis. gr.j. vel gr.ij.

## SYRVPVS DE PETO SIMPLEX QVERCETANI.

℞. Succi Peti ℔iv. hydromellis ſimp. ℔j. oxymellis ſimp. ℥iv. omnibus ſimul mixtis, fiat digeſtio in B. M. per dies duos, vel tres, vt defæcetur: hinc decanta, ac digere iterum, vt ſupra, donec materia ab omni fæculentia depurata fuerit, & adde poſtea ſacchari ℔ij. fiat ſyrupus. S. A.

### *VIRES.*

A*D diverſos omnes affectus aſthmaticos, in quibus pulmonum bronchia, limpha craſſa, ac viſcoſa infarciuntur, et inter ceptâ reſpiratione ſuffocationis periculum imminet, vel iſ præſtat. Doſis capiatur dimidiâ à principio tantò* *ſucu-*



*ſumma opus eſt circunſpectione, poſtea verò Doſis augenda erit.*

## SYRVPVS DE PETO COMPOSITVS Eiuſdem.

℞. Succi Peti depurati ℔iiß. hydromellitis ſimp. ℔j. in quibus macera per dies duos, vel tres in B. M. folior. hyſſopi, polytrichi, adianthi, flor. tuſsilaginis, ſtœchados, violarum, & bugloſsi ana P. ij. ſem. bombacis, vrticæ, & cardui benedicti ana ℥j. cinnamomi, macis, & caryophyllor. ana ʒj. deinde fortiter exprimantur, & digerantur denuò ad perfectam fœcum depurationem: cum colatura, & ſacchari tantundem fiat ſyrupus.

### *VIRES.*

A*D anhelosos, & aſthmaticos, alioſque affectus omnes pulmonum, à frigidis, & craſsis humoribus ſubortos, qui pulmonum bronchijs inhærentes, vel tuſsim antiquam, vel ipſam diſpnæam pariunt, excelentiſsimum eſt remedium, aluum leniter ſolvendo.* Doſis à ℥ij.

## IVLEP ANISI.

℞. Sacchari Iulepiſati ℔j. olei Aniſi diſtillati ʒj. conquaſſentur ſimul, vſuique ſervetur.

### *VIRES.*

C*Octionem ventriculi adiuvat, ſtomachum confortat, diſtributionem chyli ex ventriculo ad hepar promovet: flatus diſcutit, cor etiam roborat, & excrementa pituitoſa diſſolvit.* Doſis ad ℥iß.

## IVLEP VIOLARVM.

℞. Sacchari albiſsimi ℔iv. aquæ fontis ℔v. ſacchari violati ℔j. coquantur, & fiat iulep S. A.



UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN ®
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

*VIRES.*

F*Ebribus medetur, pectoris affectibus, inflammationibus, pleuritidi, tuſſi, gutturis, & faucium aſperitati opitulatur, confert hepatis caliditati.* Doſis ad ℥ij.

### IVLEP ROSARVM MESVES.

℞. Aquæ Roſar. Rubrar. diſtillatæ ℔v. ſacchari clarificari ℔iv. fiat iulep. S. A.

*VEL*

℞. Aquæ in qua Roſæ ſunt maceratæ, & lento igne coctæ ℔v. ſacchari ℔iv. fiat iulep S. A.

*VIRES.*

C*Onfert maximoperè febribus acutis, ad ſtinguendam ſitim, ad remitendum illarum fervorem; eſt confortativum ſtomachi, hepatis, cerebri, & cordis; reſiſtit putredini.* Doſis ad ℥iij.

### MEL ROSATVM EX DOCTORE FLORES.

℞. Succorum Roſarum Perſicarum, Roſarum Rubrar. Mellis, & ſacchari ana p. æq. fiat ſyr. S. A.

*VIRES.*

B*Landè, & ſecurius purgat, roboratque ventriculum, & inteſtina.* Doſis ab ℥ij. ad ℥iv.

### MEL PERSICVM, SEV RHODOMEL ex Meſue.

℞. Succi Roſar. Perſicar. ℔vj. Mellis ℔iv. fiat ſyrupus S. A.

*VI-*



*VIRES.*

C*Onvenit cum ſyrupo Roſar. Alexandrinar. ex 9. infuſionibus, ſed calidior eſt eo; utitur etiam in clyſteribus* ad ℥iv. *plus, minus vi.*

### MEL ROSATVM PRO VVLNERIBVS ex Meſue.

℞. Succi Roſarum Rubrar. & Mellis ana p. æq. fiat ſyrupus S. A.

*VIRES.*

D*igeſtivum eſt materiarum phlegmaticarum, contentarum in ſtomacho, & meſeraicis, ac etiam in inteſtinis: utitur etiam in abſtergendo vicera tam interna, quam externa. Doſis ſi per os detur.* ad ℥iv.

### MEL ROSATVM SIMPLEX.

℞. Roſarum rubrar. recent. ℔iij. Aquæ fontanæ puræ, & tepidæ ℔xij. ſtent in infuſione per horas 24. ab hinc reiectis prioribus Roſis, totidem recentes colaturæ infundantur, reitereturque id tertium, tandem colatæ infuſionæ accipe ℔v. Mellis ℔iv. coquantur, vt artis eſt.

*VIRES.*

V*Entriculum roborat, detergit, viſcidoſque ſuccos expurgat, coctionem iuvat, putredini adverſatur, humores crudos, concoquit, oris phlegmones, prout, & gingivarum, tonſillarumque inflammationes placat.* Doſis ad ℥ij.

### MEL VIOLARVM.

Paratur eodem modo.

 *VI-*

UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

### *VIRES.*

*REſfrigerat, lenit, & humectat, aluumque emollit, vtitur principalitèr in enematis, vbi bilis, & caloris acrimonia levanda, aut obtundenda eſt.*

## MEL NENVPHARVM.

Paratur eodem modo, & convenit cum melle violarum: etiam paratur, vt Mel Mercuriale.

## MEL MERCVRIALE AVGVSTANÆ.

℞. Succi Mercurialis ℔iv. Mellis ℔ij. coquantur in ſyrupum S. A. vtitur in clyſteribus.

## MEL ANTHOSATVM.

℞. Mellis Roſati ſimp. ℔iij. flor. roris marini recent. M. vj. ſtent in Infuſione loco calido, horis 24. deinde exprimantur, & fiat colatura, quæ de coquatur, S. A.

### *VIRES.*

*COlicos, ac vterinos dolores mitigat, ob calorem benignum viſcera foventem, quibus etiam robur addit, cerebri, cordis, & ventriculi vires augens, & crudam in inteſtinis, ac circa meſenterium pituitam concoquens, flatibus diſcutiendis idoneum.* Doſis ad ℥iß. *Additur in enematis, vbi pareſis ex colica metuitur, nervoſas enim partes à noxis defendit.*

## MEL PASSVLATVM.

℞. Vuarum paſſar. ℔iv. Aquæ ℔xij. Macerentur horis 24. deinde decoquantur ad remanentiam tertiæ partis: colentur, & colatura decoquatur ad mellis conſiſtentiam, & reponatur.

*VI-*



### *VIRES.*

*PEctoris vitijs, præcipuè verò diſtillationi acri, & calida, à ſalſis humoribus obortæ conducit, aſperam arteriam lenit, & humectat, tenuem expectoratum promovet, tuſſim itidem, ac raucudinem mitigat.* Doſis ad ℥ij.

## MEL ANACARDINVM.

℞. Anacardia recentia, tere, & in aqua decoque, donec melliginem quamdam in rubeo colore fuſcam remittant, eam aquæ innatantem auferto, ac reponito.

### VIRES.

*MEmoriæ iacturam reſarcit, labentes ſenſus refricat, oblivionem diſcutit, ac mentem exacuit; morbis cerebri frigidis, & humidis conducit, nervorumque reſolutioni opitulatur.* Doſis ad ℥ß.

## MEL EMBLICORVM.

℞. Myrobalanor. emblicor. N. L. contundantur mediocritèr, decoquantur in ℔iij. aquæ ad conſumptionem ℔ij. Reſiduo adde mellis tantundem, & ad iuſtam conſiſtentiam decoque.

### *VIRES.*

*COR, cerebrum, iecur, necnon ventriculum ſolidat; corporis odorem commendat, ac hilaritatem parit.* Doſis ad ℥iß.

## MEL CENTAVRII.

℞. Centaurij minoris recentis q. v. contunde, & colloca in vaſe vitreo, cui ſuperaffunde vini albi optimi ad emi-

UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

eminentiam trium, vel quatuor digitorum; ſtent loco tepido per noctem, deinde coquantur ad meſſetaris vini conſumptionem, colentur, & liquor colatus iterum coquatur ad mellis conſiſtentiam, vſuique reponatur.

*VIRES.*

S*Pleneticum, & hepaticum eſt inſigne, abſtergit, vulnera aperit, ſerum per poros, birioſos, & pituitoſos humores per aluum educit, prodeſt in febribus, menſtruis ſuppreſsis, ſcorbuto, arthritide, & lumbricis.* Doſis ad ʒij.

## DIANVCVM; SEV ROB NVCVM EX Meſue, & Galeno.

℞. Succi corticum exteriorum Nucum, in diebus canicularibus extracti ℔iv. coquantur vnico feruore, tunc adde Mellis ℔ij. coquantur ad mellis craſsitiem. Appellatur etiam *Diacaryon.* *Diacaryon.*

*VIRES.*

S*Tomachicum eſt medicamentum, admodum efficax ad oris phlegmonas, & ſynanchas, diſtillationes in fauces, & alias præfocantes, pueris, mulieribus, naturiſque humidis, magnoperè accommodatum.* Doſis ad ℥j. *gargariſando.*

## DIAMORON NICOLAI.

℞. Succi Mororum Bati, ideſt fructus Rubi ℔j. ſucci Mororum Celſi, ideſt fructus Mori arboris ℔ß. Mellis ℔j. ſapæ vini ℥iij. ſuccos Mororum prius depuratos, cum melle, & ſapa in vaſe vitreato ſuauitèr decoque ad iuſtam conſiſtentiam, cola, ac ſerva.

***

*VI-*



*VIRES.*

A*D faucium ardores ſerpentia oris vlcera gulæ, columellæ, & tonſillarum inflammationes, anginæ; ut principia efficax exiſtit, eſtque eius vſus præ cæteris celeberrimus.* Doſis ad ℥ij.

## ROB SAMBVCINVM.

℞. Succi granorum maturorum ſambuci q. v. inſpiſſetur per ſe lento igne ad mellis ſpiſsitudinem, vſuique reponatur.

*VIRES.*

I*Ctericos, & Idropicos iuuat, ſudores quoque potenter prolicit, ac ſerum acre, nec non billoſi iecoris abundantiam, & eryſipelata ante ſudorem ſumptum eijcit: & etiam affine eſt viribus ebulino Rob.* Doſis ad ʒiij.

## ROB EBVLINVM.

Paratur eodem modo.

*VIRES.*

B*Ilem, pituitam, aquaſque modeſtè detrahit, ſudores mouet, ac ob prædicta Hydropicos adiuuat: Leucophlegmatia medetur, & podagricis, procurato ab eius ſumptione ſudore benefacit.* Doſis ad ʒiij.

## ROB IVNIPERINVM.

Paratur eodem modo.

*VIRES.*

F*Rigidis ventriculi, vteri, ac inteſtinorum malis magnopere prodeſt; vrinas, menſes, calculoſque eijcit, renes, & veſicam à mucoſitate repurgat, flatus ventris diſcutit, venena pellit, ob id probè aduerſus aëres infectionem, & contagioſos morbos antidotum familiare exiſtit, ad pe-*

*ctus*

UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS
®

*lum à crudo, craſſo, & tenacitèr, in ſundis phlegmate expurgat.* Doſis ad ℨiij.

Efficitur etiam extractum more ſolito ex Baccis Iuniperi, & dicitur *Theriaca Germanorum.*

*Theriaca Germanorum.*

## HYDROMEL VINOSVM EX QVERCETANO.

℞. Mellis optimi partem vnam, Aquæ pluviæ partes quinque, tepefiant, vt optimè miſceantur, deinde ferbeſſant iterum, atque iterum, ſpumam auferendo, & ad tertiæ partis conſumptionem leviter coquendo, vel ad iuſtam conſiſtentiam, cuius ſignum bonum erit, quando recens ovum iniectum ſupernataverit: tunc materiam mediocriter calentem per Hippocratis manicam tranſmitte. Hinc colloca colatum liquorem in vaſe appropriato ſupra furnum, in quo panes quotidie coquuntur, & relinque illic menſem, vel vſque ad fermentationis, & de fœcationis gratiam. In cellam muſculam traduces. Vſus tamen erit ante ſemeſtre: Interea Hydromel vinoſum, ſimile fit vino Malvatico.

## HYDROMEL AQVOSVM.

℞. Mellis optimi ℔ß. aquæ fontanæ ℔v. coque, & detrahe ſpumam, & cum non ampliùs ſpumaverit cola, & repone in phiola vitrea.

### VIRES.

*PRodeſt in morbis frigidis capitis, nervorum, ſenum tuſſi, aut quando abſceſſus internus ruptus eſt in ventre infimo, alia vè parte, cum detergendi, roborandi, & à putredine præſervandi adeſt indicatio. Vtitur pro potu bordinario.*

⁂

CA-



# CAPVT XII.

## *De Aquis.*

## AQVA CINNAMOMI LACTESCENS.

℞. Cinnamomi groſsè contuſsi ℔ß. aquæ roſar. & vini albi electi ana ℔iij. macerentur per dies tres, mox per retortam vitream igne arenæ diſtillentur, vſuique aqua diſtillata reponatur optimè clauſa.

### VIRES.

*R Ecreat omnes animæ functiones, cor, caput, ventriculum, &c. confortat.* Doſis ad ℥ß.

## AQVA CINNAMOMI SPIRITVOSÆ ex Poterio.

℞. Cinnamomi electi ℔j. ſp. vini ℔iij. aquæ roſarum ℔ß. macerentur triduo in fimo equino, hinc diſtillentur per B. M. & diſtillabit aqua fragrantiſsima.

### VIRES.

*EPilepſiæ confert, animales ſpiritus recreat, memoriam auget, & refrigerato ventriculo ſuccurrit.* Doſis ad ℥ij.

## AQVA CINNAMOMI BUGLOSSATA Mynſicht.

℞. Aquæ Bugloſsi ℔vj. cinnamomi acuti ℔j. flor. recent violarum, & roſar. ana ℔iij. corticum radic. bugloſsi ℥iij flor. borraginis, & Meliſſę ana ℥j ſpec. Diarri odoribis Abbatis ℥ß. miſceantur, & poſt debitam digeſtionem per B. M. diſtillentur.

VI-

UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN ®
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

*ſtus à crudo, craſſo, & tenacitèr, in facilè phlegmate expurgat.* Doſis ad ʒiij.

*Theriaca Germanorum.* Efficitur etiam extractum more ſolito ex Baccis Iuniperi, & dicitur *Theriaca Germanorum.*

## HYDROMEL VINOSVM EX QVERCETANO.

℞. Mellis optimi partem vnam, Aquæ pluviæ partes quinque, tepefiant, vt optimè miſceantur, deinde ferbeſcant iterum, atque iterum, ſpumam auferendo, & ad tertiæ partis conſumptionem leviter coquendo, vel ad iuſtam conſiſtentiam, cuius ſignum bonum erit, quando recens ovum iniectum ſupernataverit: tunc materiam mediocritèr calentem per Hippocratis manicam tranſmitte. Hinc colloca colatum liquorem in vaſe appropriato ſupra furnum, in quo panes quotidie coquuntur, & relinque illic menſem, vel vſque ad fermentationis, & defœcationis gratiam. In cellam muſculam traduces. Vſus tamen erit ante ſemeſtre: Interea Hydromel vinoſum, ſimile fit vino Malvatico.

## HYDROMEL AQVOSVM.

℞. Mellis optimi ℔ß. aquæ fontanæ ℔v. coque, & detrahe ſpumam, & cum non ampliùs ſpumaverit cola, & repone in phiola vitrea.

### VIRES.

P*Rodeſt in morbis frigidis capitis, nervorum, ſenum tuſsi, aut quando abſceſſus internus ruptus eſt in ventre infimo, alia vè parte, cum detergendi, roborandi, & à putredine præſervandi adeſt indicatio.*

*Vtitur pro potu bordinario.*

***





# CAPVT XII.

## *De Aquis.*

## AQVA CINNAMOMI LACTESCENS.

℞. Cinnamomi groſsè contuſsi ℔ß. aquæ roſar. & vini albi electi ana ℔iij. macerentur per dies tres, mox per retortam vitream igne arenæ diſtillentur, vſuique aqua diſtillata reponatur optimè clauſa.

### VIRES.

R*Ecreat omnes animæ functiones, cor, caput, ventriculum, &c. confortat.* Doſis ad ʒß.

## AQVA CINNAMOMI SPIRITVOSA ex Poterio.

℞. Cinnamomi electi ℔j. ſp. vini ℔iij. aquæ roſarum ℔ß. macerentur triduo in fimo equino, hinc diſtillentur per B. M. & diſtillabit aqua fragrantiſsima.

### VIRES.

E*Pilepſiæ confert, animales ſpiritus recreat, memoriam auget, & refrigerato ventriculo ſuccurrit.* Doſis ad ʒij.

## AQVA CINNAMOMI BUGLOSSATA Mynſicht.

℞. Aquæ Bugloſsi ℔vj. cinnamomi acuti ℔j. flor. recent. violarum, & roſar. ana ℔ij. corticum radic. bugloſsi ℥iij. flor. borraginis, & Meliſſę ana ℥j. ſpec. Diarrhodonis Abbatis ℥ß. miſceantur, & poſt debitam digeſtionem per B. M. diſtillentur.



UANL UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN ® DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

*V I R E S.*

C*Oncoquit, emollit, venenis reſiſtit, cerebrum, cor, ventriculum, hepar, ſplenemque confortat. Oculos clarificat; urinam movet; necnon renibus, & veſicæ convenit.* Doſis ad ℥iij.

AQVA THERIACALIS LEMORTIS.

℞. Radicis valerianæ, Imperatoriæ, Angelicæ, Petaſitidis, Galangæ minoris, & ſem. dauci vulgaris ana ℥j. Baccarum Iuniperi ℥iv. Baccar. Lauri ʒv. caryophyllorum ʒvj. folior. ſcordij M. iij. Corticum Arantiorum, & Myrrhæ ana ℥ij. folior. Meliſſæ, Lavendulæ, & Chelidonij ana M. ij. Rutæ M. j. ſalis tartari ℥ß. theriacæ fermentatæ ℔ß. ſp. vini ℔viij. Infundantur præparata ad infuſionem, & digerantur ſimul, vaſe vitreo optime clauſo, per dies quatuor, poſtea diſtillentur ad abſtractionem ℔iv. liquorem diſtillatum accurate ſerva.

*V I R E S.*

P*Ræſtantiſsima eſt in ſudoribus movendis; deinde ventriculum roborat, flatus diſcutit, ſanguinem attenuat, humores craſſos incidit, &c.* Doſis à ʒij. ad ℥ß. *in vehiculis appropriatis.*

AQVA THERIACALIS CROLLII, SEV Sp. Theriacalis Camphoratus.

℞. Theriacæ Andromachi ℥v. Myrrhæ rubræ ℥iiß. croci ℥ß. camphoræ ʒij. Miſtis ſuperfunde ſp. vini rectificati ℥x. ſtent in loco tepido in cucurbita impoſito capitello bene clauſa dies 24. hinc diſtillentur in B. M. lentiſsimo calore: ſic ſpiritus prodit elegans, quem reaffunde materiæ in cucurbita, digere, atque denuo diſtilla, idque vice tertia repete.

Sol-



Solet etiam omitti camphora, & tunc appellatur ſpiritus theriacalis ſimplex.

*Spiritus Theriacalis ſimplex.*

*V I R E S.*

E*Gregius eſt eius vſus in peſte, ſudorem cit, venenoque reſiſtit.* Doſis ad ʒj.

AQVA DE TRIBVS.

℞. Sp. tartari rectificati ℥iij. ſp. vitrioli ℥j. Aq. Theriacalis Camphoratæ ℥v. miſce, ac ſerva.
Appellatur etiam Mixtura de Tribus, Mixtura Simplex, & Diaphoreticum ſuperacutis.

*V I R E S.*

S*Udorem cit, putredini reſiſtit, magnarumque virium cenſetur in febribus malignis.* Doſis ad ʒj.

AQVA THERIACALIS PETRI SALÆ.

℞. Succorum Rutæ Caprariæ, Acetoſæ, Scordij, & Citri ana ℔j. quibus adde Theriacę Magnæ ℥j. macerentur omnia in vaſe vitreo in balneo aquæ tepidæ; poſtea diſtillentur ad ſiccitatem vſque, vſui ſervetur.

*V I R E S.*

P*Rodeſt ante ictatulum ſumpta in febribus peſtilentibus malignis,* Doſis ad ℥j.

AQVA THERIACALIS QVERCETANI.

℞. Radicum Angelicæ, Zedoariæ, Caryophyllatæ, barbæ hircinæ, tormentillæ, petaſitid. & enulæ campanæ ana ℥iß. raſuræ corticis ligni Indici ℥vij. ſantali citrini, cinnamomi, macis, baccar. juniperi, ſem.

car-

UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS
ALERE FLAMMAM VERITATIS

cardui benedicti, ſem. citri, & corticum eiuſdem ana ℥j. dictamni albi, ſcabioſæ, menthæ, chelidonij, ſcordij, rutæ, meliſſę, & ſcorçoneræ ana M. j. flor. centaurij minoris, hyperici, geniſtæ, calendulæ, borraginis, & bugloſsi ana P. j. Vini Maluatici, vel eius loco Moſchatelini ℔iij. ſucci limonum, aquarum nucum viridium, meliſſę, vimariæ, & cardui benedicti ana ℔j. Macerentur omnia ſimul in B. M. per dies quatuor: deinde exprimantur, & expreſsioni adde Theriacæ ℥iij. Confectionis Hyacinthor. ℥j. Confect. Alchermes ʒvj. Diamargaritonis frigidi, & diacorallij ana ʒiij. Diambræ, & Diamoſchi ana ʒij. Croci, & Myrrhæ ana ℥ß. ſacchari candi ℔ß. macerentur denuo per duos, tres ve dies, ac per B. M. poſtea diſtillentur, vel per cineres, ad ſiccitatem.

*Vini Maluatici vices quid.*

### *V I R E S.*

O*Mnibus cordis pathematis, peſtiferiſque affectibus miro progreſſu confert, ſudoremque mouet. Vt præſtantius euadat remedium, ſal ex capite mortuo, aut fæcibus incineratis, extractum addes.* Doſis ad ℥j.

## AQVA THERIACALIS CEPHALICA Eiuſdem.

℞. Radic. Pœoniæ, viſci quercini, & Acori vulgaris ana ℥iij. baccar. iuniperi maturar. & ſem. pœoniæ ana ℥j caryophyllor. & macis ana ʒvj. caſtorij ℥ß. flor. ſtœchadis, calendulæ, betonicæ, anthos, ſalviæ, liliorum convallium, & tiliæ ana P. ij. Incindenda incindantur, contundenda contundantur, & macerentur per triduum ad ignem balnei calidi, in vini albi generoſi ℔ij. aquarum pœoniæ, ſalviæ, & calendulæ ana ℔j. deinde exprimantur fortitèr, huic expreſsioni adde Theriacæ Magnę ℥iv. confectionis Anacardinæ ℥iß. Diamoſchi, & Aromatici Gabrielis ana ℥j. Macerentur denuo ad ignem lentum B. M. deinde



de exprimantur, & diſtillentur igne cinerum, ad ſiccitatem, vt fiat aq. Theriacalis.

### *V I R E S.*

C*Ephalica eſt inſignis, & affectibus cerebri deploratis, nempè apoplexiæ, paralyſi, epilepſiæ, & ſimilibus morbis conducit. Datur ex parvo cochleari argenteo ad* ℥j.

## AQVA APOPLECTICA CHARAZ.

℞. Summitatum maioranæ flor. tiliæ; lilior. convallium, anthos, lavendulæ, ſalviæ, & primulæ veris ana M. iij. ſp. vini rectificati, & aq. flor. arantiorum ana ℔iij. Macerentur ſimul ad ſolem per dies octo: hinc diſtillentur per balneum arenę, & aqua diſtillata vſui reponatur.

### *V I R E S.*

V*Alet in corroborandis partibus nobilibus, & cerebro; tam ad præcavendam, quam ad fugandam apoplexiam, vt & ad omnes cerebri morbos.* Doſis ad ℥j.

## AQVA ANTIEPILEPTICA LANGII.

℞. Florum liliorum convallium recentium M. xij. lavendulæ ℥j. roris marini, ſtœchados, nucis moſchatæ, viſci quercini, radicis pœonię, & dictamni ana ℥ß. cinnamomi ʒvj. piperis longi, & cubebar. ana ʒij. Infundantur in ℔vj. vini generoſi per octiduum: poſtea diſtillentur per cucurbitam vitream.

### *V I R E S.*

P*Reſtantiſsima eſt ad epilepſiam, vertiginem, letargum & ſimilia.* Doſis ad ℥j.



UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

## AQVA MIRABILIS; SIVE ANTIAPOPLECtica Langij.

℞. Florum primulæ veris, roris marini, maioranę, & vincetoſici ana M. j. radicis calami aromatici, & ariſtolochiæ rotundæ ana ℥iß. ſem. ſileris montani, fœniculi, & pœoniæ ana ℥j. cubebar. nucis moſchatæ, & caryophyllor. ana ʒiij. cinnamomi, & ligni aloes ana ʒij. piperis longi, ſagapeni, opopanacis, myrrhæ, & gummi juniperi ana ʒiß. aq. herbarum paralyſis, ſalviæ, & betonicæ ana ℔j. aq. flor. tiliæ ℔iß. Infundantur omnia per octiduum, poſtea leni arenæ calori diſtillentur.

### *VIRES.*

E*Gregia eſt, & mirabilis in præſervatione apoplexiæ; conducit omnibus ægritudinibus frigidis nervorum, curans paralyſim, oris torturam, ſpaſmum, & loquelam reſtituens.* Doſis ad ℥j.

## AQVA HYSTERICA EX AVGVSTANA: vulgo Panacis eraclei.

℞. Radic. pœoniæ ſub Luna creſcenti collectæ ℥iij. ſem. eiuſdem ℥iß. ſileris, montani, & viſci quercini ana ℥iv. myrrhę electæ, & caſtorij ana ℥ß. radic. leviſtici, dictamni albi, & zedoariæ ana ℥ij. Aq. Meliſſæ ℔iv. vini albi electi ℔iij. ſimul infundantur per dies x. loco calido: mox diſtillentur S. A.

### *VIRES.*

O*Mnes ſuffocationes uteri, & graviſſima inde nata ſymptomata curat, ac mitigat.* Doſis ad ℥j.

*** *** ***
*** ***

AQVÆ



## AQVA ANTICOLICA, SEV CARMINATIVA Mynſicht.

℞. Flavedinis cort. arantiorum ℥vj. radicis zedoariæ ℥iij. baccar. lauri excorticatar. & gummi juniperi ana ℥iß. calami aromatici, galangæ minoris, & cinnamomi acuti ana ℥j. ſeminum 4. calidor. maiorum, & minor. cerefolij, nigellę, & anethi ana ʒiij. craſsiuſculè contuſa, infundantur per octiduum, in vini malvatici ℔viij. poſtea adde aquæ ex ſucco chamæmeli ter diſtillatæ, & ſerpylli cum vino diſtillatæ ana ℔j. ac in B. M. per alembicum diſtillentur.

### *VIRES.*

C*Olicæ paſsioni, quæ à cauſa frigida, & humida, vel flatibus originem trahit, præmiſsis univerſalibus, mirè medetur.* Doſis ab ℥ß. ad ℥ij.

## AQVA MAGNANIMITATIS.

℞. Formicarum maiorum M. ij. ſp. vini q. ſ. ad eminentiam digiti vnius, vel duorum: digere vaſe clauſo, donec putrefactione in liquorem abierint: hinc diſtilla per B. M. & aromatiza tantillo cinnamomi.

### *VIRES.*

C*Alefacit intenſè, incidit: vſus eius præcipuus eſt in atrophia, ſive intrinſecus, ſivè extrinſecus.* Doſis ad ʒij.

## AQVA HIRVNDINVM VSITATA EX Auguſtana.

℞. Pullorum Hirundinum vivo corpore laceratorum, aut diſſectorum N. xxiv. Ligni viſci quercini ℥iij. ſem. pœonię excorticati ℥j. radicis eiuſdem ℥ij. aquę liliorm convallium, flor. ſambuci, pœoniæ, & tiliæ ana ℥xxxij. ſtent in infuſione lo-

Cc 2 co-

UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN ® DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

co calido per horas 24. deinde diſtillentur per B.M. re-ſervetur liquor ſtillatitius in vſum.

### *VIRES.*

A*Dverſus epilepticos inſultus potens eſt, apoplexiam antevertit, vertiginem curat, incubo, ac paralyſi auxiliatur, ac infantum convulſionibus ſtrenuè medetur.* Doſis ad ℥iß.

Pulli Hirundinum poſt diſtillationem in retorta indantur, & ſal volatile extrahatur, rectificetur, & miſceatur cum ſua aqua, vt preſtantior evadat.

## AQVA CARYOPHYLLORVM AROMATICA ex Batcana.

℞. Florum recentium caryophyllor. hortenſium ℔iij. dactyllorum ℔j. aniſi, & glycyrrhizæ ana ℥j. macerentur in ℔xxxjv. fœcum vini, & diſtillentur per alembicum ℔jv. quibus adde ſacchari candidi ℥jv. & ſuſpende in nodulo caryophyllor. aromaticor. N. jv. moſchi, & ambræ griſſeæ ana gr. v.

### *VIRES.*

C*Or, cerebrum, cæteraque viſcera roborat, digeſtionem iuvat, & appetitum excitat.* Doſis ad ℥ij.

## AQVA REGINÆ VNGARIÆ.

Florum recentium roris marini ℔iij. ſpiritus vini alcoholiſati ℔vj. macerentur, ac diſtillentur S. A.

## ALIO MODO GENVINO.

℞. Florum roris marini nuper ſiccorum ℔j. ſp. vini alcoholiſati ℔vj. procede vt dictum, & ſtillabitur ſp. dephlegmatus, ac eſſentiæ roris marini imprægnatus.





### *VIRES.*

V*Alet in apoplexia, letargo, paralyſi, & iſterica paſſione* à ʒj. ad ʒij. *vſurpatur etiam exterius in combuſtione, doloribus, tumoribuſque à frigidis humoribus oriundis, in contuſione, paralyſi, & vbicumque ſpiritus excitandi ſunt, ſanguiſque extravaſatus reſolvendus.*

Poteſt parari in momento, guttas nonnullas olei roris marini diſtillati ſpiritui vini inſtillando.

## AQVA CORDIALIS FRIGIDA MYNSICHT.

℞. Conſervæ roſarum rubrar. ℔iß. fructus Rubi idæi ℔j. ſpecierum Diarrhodonis Abbatis, Diamargaritonis frigidi ana ℥iß. ſem. oxalidis ℥j. ſantalor. omnium ana ℥ß. flor cordialium ana ʒij. miſce, & infunde in aq. acetoſellæ, nimpheæ, fragorum, violarum, borraginis, & bugloſsi ana ℔j. miſta digerantur per aliquot dies: poſtea adde aquæ cinnamomi bugloſſitę ℔iß. ſuccor. depurator. cydonior. limonum, & citri ana ℔ß. denuo miſce, & in B. M. per alembicum abſtrahe.

### *VIRES.*

I*N omnibus ardentibus febribus, & aliis morbis ſummè calidis, & corroſivis, ſuavitèr, & ſupramodum cor exæſtuans refocillat, vnde omnium viſcerum inbecillitatem firmat.* Doſis ad ℥ij.

## AQVA CORDIALIS CALIDA EIVSDEM.

℞. Cinnamomi acuti ℥iv. radicis caryophyllatæ ʒiij. caryophyllor. & terræ ſigillatæ ana ℥j. cardamomi vtriuſque, galangæ minoris, macis, zedoarię, flavedinis cortic. arantior. cortic. citri, & ſem. ocymi ana ℥j. ligni aloes, croci, ſpicæ, & pullegij ſicci ana ʒiij. flor. borrag. & bugloſsi ana ʒiß. pulveriſata, & miſta infunde in vini

malvatici ℔iv. per alembicum, poſtea adde aq. cinnamomi cum vino diſtillatæ, & ſol. rutæ ana ℔ß. roris marini, lavendulæ, meliſſæ, & ſalviæ ana ℔j. miſce, & per alembicum in B. M. abſtrahe.

*VIRES.*

F*Rigidis cordis affectibus valdè opitulatur, ejus palpitationem, & ſyncopem curat, corpus univerſum vividum reddit, & cor exhilarat.* Doſis ad ℥ij.

## AQVA ANTIPHTHISICA, VVLGO, *de la Palata.*

℞. Teſtudinis eviſcerati N. j. Pullorum Gallinarum etiam eviſceratorum N. ij. Ranarum eodem modo paratarum N. xij. panis albiſsimi recentis ℔j. folior. borraginis, & lactucæ ana ℥iv. Panis ſcindatur in taleolas, & humectetur cum aqua roſarum, animalia eviſcerata, vt dictum, piſtentur, & ex omnibus fiat ſtratum ſuper ſtratum in alembico vitreo, hinc diſtillentur. S. A.

*VIRES.*

A*Nalepticum, ac reſumptivum eſt medicamentum, proſtratisque pthiſicis, aſthmaticis, peripneumonicis, tabidis, conſumptis, & à morbo longo extenuatis, vel iis, qui cibos ſolidiores aſſumere nequeunt.* Doſis ad ℥ij.

## AQVA MILLE FLORUM, SEV FLORVM omnium.

℞. Stercoris vaccæ, vel bovis recentis, Majali tempore herbas depaſcentis collecti q. v. diſtilla per B. M. vel cinerum, cavendo ne empyreuma acquirat.





*VIRES.*

R*Efrigerat, diſcutit; adhibetur internè in dolore colico, nephritico, urina ſuppreſſa, febribus, &c.* Doſis ad ℥iv.

## AQVA TROPHORVM CORNV CERVI.

℞. Cornua Cervi novella, ſanguine adhuc turgida, in fruſtula tenuiſsima concide, & diſtilla in retortam per B. M. aut vaporis, per ſe, vel pauco vino generoſo, donec omnis liquor egrediatur.

*VIRES.*

V*Tiliſsima eſt in febribus ardentibus malignis. Doſis cochlear ſemis per ſe, vel cum aliqua aqua appropriata.*

## AQVA CONTRA GONORRHÆAM EX Quercetano.

℞. Pulv. menthæ, dictamni, & radicis ireos ana ʒj. pulv. ſem. agnicaſti, rutæ, & lactucæ ana ʒvj. terebinthinæ venetæ ℥iv. vini albi ℥xx. injiciantur in alembico, & diſtillentur per B. V.

*VIRES.*

D*Etergit vaſa ſpermatica in gonorrhæa fœtida, & virulenta affectibus, ſi prius adhibita ſint medicamenta anodyna, acrimoniam humoris mitigantia.* Doſis à ʒij. ad ℥j. *ſubmane per aliquot dies.*

## AQVA CONTRA GONORRHÆAM Donzellij.

℞. Cinerum ex tota planta fabarum q. v. adde aquæ flu-



UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN ®
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

viatilis ad eminentiam duorum, vel trium digitorum; macerentur, & abſtrahatur aqua per decantationem, filtra, ac ſerva. Doſis ℥iv. ſubmane, in gonorrhæa virulenta.

## AQVA ONONIDIS MATHIOLI.

℞. Corticum radicum ononidis recent. ℔iv. minutim incidantur, macerenturque in vini albi ℔viij. & diſtillentur per B. V.

### *VIRES.*

R*Enum calculos frangit, vrinam cit, ac viſcidos humores diſſolvit.* Doſis ad ℥iij.

## AQVA VVLNERARIA CONTRA SPVTVM. ſanguinis.

℞. Radicum conſolidæ maioris, gentianę, biſtortæ, & ariſtoloschiæ ana ℥iij. folior. oxalidis, polygonati maioris, ſeu centinodiæ, agrimonii, plantaginis, capillor. veneris, ſcabioſæ, meliſſæ, ſummitatum hyperici, & folior. olivarum ana M. ij. flor. roſar. rubrar. ſambuci, & tiliæ ana P. j. Aquæ puræ tepidæ ℔viiß. Radices contuſæ coquantur in prædicta aqua ad conſumptionem ℔iß. hinc adde herbas, & coquantur ad conſumptionem ℔j. & ℥iv. vltimo adde flores & coquantur ad conſumptionem ℥iij. removeatur vas ab igne, & obturetur deinde tranſactis horis ſex fiat colatura, cui adde ſucci vrticæ depurati ℔iß. aceti roſati ℥iij. & iterum bulliat vna ebullitione, poſtea ſemota ab igne adde rhabarbari mediocritèr torrefacti, cinerum ranarum, cancrorum fluviatilium, & pulveris ſanguinis hirci, & rubiæ tinctorum ana ℥i. & cum ſaccharo fiat aqua vulneraria ad gratum ſaporem Doſis ℥vi. mane, & veſpere.

PO-



## POTIO VVLNERARIA QVERCETANI.

℞. Cinerum teſtarum aſtacorum, & ranarum ana ℥ß. corallij rub. pp. & ſpodij ana ʒiij. mumiæ ʒij. macerentur in ℔j. aquæ ſpermatis ranarum, ad calorem B. M. per 24. horas: dein fiat expreſsio, & colatura, dequa exhibe cochlearia ij. cum eodemmet decocto foveatur extrinſecus vulnus ſanguinolentum. *Prohibet ſanguinem ex vulneribus erumpentem.*

## AQVA ALBA SYDENHAMII.

℞. Cornu Cervi calcinati pp. ℥iv. micæ panis albiſsimæ ℥ij. aq. communis ℔ij. coquantur ad conſumptionem medietatis, poſtea agitentur, & colentur per linteum, & propinetur liquor in fluxione ventris.

## AQVA LAC AVGENS.

℞. Summitatum hyperici ℥ß. ſem. anethi, fœniculi, aniſi, & nigellæ ana ℥j. contundantur, & coquantur in ℔iv. aquæ ad remanentiam ℔iß. Colaturæ propinentur pro vna quaque doſi ℥iv. cum ʒj. cryſtalli montanę pp.

## AQVA BENEDICTA RVLANDI EX Brendelio.

℞. Vitri Antimonij per ſe ſine additione facti ʒj. pulveretur, & inundatur in ℔j. vini generoſi, macerentur in loco non admodum calido, donec cutim contrahat vinum decanta, & filtra.

## ALIO MODO.

℞. Croci metallorum à gr. iij. ad ℈ß. vini generoſi ab ℥ß. ad ℥ij. macerentur, & neceſsitate vrgente ebulliant,

co-

UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN ® DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

colenturque per chartam. Vires vide ſupra vinum emeticum Cap. X.

## AQVA ANTIVENEREA CAROLI MUSITANI.

℞. Sarſæ parillæ minutim inciſæ ℥ j. viſci quercini ℥ iß. limaturæ cornu cervi, & raſura eboris ana ℥ ß. antimonij crudi minutim inciſi, & petræ pumicis contuſæ ana ℥ iij. hæc duo ligentur in petia linea, & ſimul cum aliis infunde in aq. fontis ℔ vj. detineantur per 24. horas in infuſione, demum bulliant lento igne ad tertiæ partis conſumptionem, in fine addendo cinnamomi acuti ʒ j. cola, & ad vſum ſerva. Bibitur huius aquæ amphora vna, id eſt ℔. tribus vicibus partitis, ſcilicet, mane, in prandio, & cœna: reaſſuſio pro potu quotidiano inſerviat, eius vſum per menſem chymicum continuando.

## AQVA ANTIMONIALIS.

℞. Smilacis aſperæ ℥ iv. ligni ſancti ℥ vj. radicis chinæ, & viſci quercini ana ℥ ij. fol. ſennæ ℥ iij. capilli veneris, aſpleni, agrimoniæ, & ſem. fumariæ ana ℥ j. trium flor cordialium P. ij. ſem. aniſi, & rad. liquiritiæ raſæ ana ℥ ß. fiat decoctio S. A. in ℔ xviij. aquæ ad conſumptionem ℔ viij. addendo inter coquendum Antimonij, & lapidis pumicis ana ℥ ij. tartari ſolubilis ℥ ß. in panno ligatis: colaturæ vtetur.

### *VIRES.*

*Valet in lue venerea, hydropi auxiliatur, lienem extenuat, & eiuſque ſcirrhos curat, obſtructioneſque, & ſimilia.* Doſis ℥ iv. *ſubmane, & ſero totidem.*

## AQVA HERMETICA MERCVRII.

℞. Argenti vivi ℥ j. Aq. Graminis ℔ j. bulliant ebullitione



tione vna, poſtea decanta, & cola, relicto in vaſe mercurio, qui poteſt inſervire vt antea, pro quacumque præparatione.

### *VIRES.*

*Omnes generis lumbricos certiſsimè interimit.* Doſis ad ℥ iv.

## AQVA ALVMINOSA GVIDONIS.

℞. Succorum depurator. Agreſtæ, & Plantaginis ana ℔ iij. Succi Portulacæ ℔ iv. Aluminis petræ ℔ ijß. albuminum ovorum N. xxx. diſtillentur per Alembicum æneum, cum ſuo refrigeratorio.

### *VIRES.*

*Prodeſt in cacochimia, vlceribus morbi Gallici cum intemperie calida, in frigidando, & exiccando.*

## AQVA ALVMINOSA FALLOPII.

℞. Aquæ Plantaginis, & Roſarum ana ℔ j. Aluminis rupei, & Mercurij ſublimati ana ʒ ij. Alumen, & Mercurius pulverentur, & omnia ſimul bulliant in phiola ad conſumptionem medietatis aquarum, deinde detineantur in loco frigido per 5. dies, poſtmodum colentur, vſuique liquor colatus ſervetur.

### *VIRES.*

*Vlcera mundificat, exeditque carneas excreſcentias.* Id est Caditana

## AQVA ALBA MERCVRII CHYRVRGICA.

℞. Mercurij ſublimati corroſivi, & aquæ fortis ana ℥ ij. infunde in vaſe vitreo ad diſſolutionem Mercurij: hinc adde

UANL UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

adde aquæ fontanæ ℔v. ſalis communis ℥iij. diſſolve prius ſal in aqua, filtra, & miſce cum ſolutione Mercurij.

### *VIRES.*

*Potenter mundificat, vlcera corrupta, vt in gangrena, & ſimilium.*

## AQVA DIAPHORETICA IOANINI.

℞. Antimonij crudi, calcis vivæ, & ſalis communis ana ℥ij. triturentur, & infundantur in vini rubri optimi ℔iv. per horas tres, hinc colatura ſervetur.

### *VIRES.*

*Valet ad tumores reſolvendos, & eriſypela corrigenda.*

## AQVA LAMPHRANCI, EX GVIDONE.

℞. Vini albi ℔j. aq. plantaginis, & roſarum ana ℥iij. auri pigmenti pp. ʒij. viridis æris pp. ʒj. miſceantur, & ſerventur in phiola.

### *VIRES.*

*Valet ad mundificanda, exiccanda, & ſananda vlcera ſordida.*

## AQVA PRIMA CALCIS.

℞. Calcis vivæ ℔j. aquæ tepidæ ℔vij. ſtent in infuſione per ſex horas; hinc decantetur aqua ſupernatans, filtretur, & reponatur.

## AQVA SECVNDA CALCIS.

℞. Calcem infuſionis aquæ primæ calcis, cui adde aquæ tepidæ ℔vj. & fiat vt ſupra.

AQVA



## AQVA TERTIA CALCIS.

℞. Calcem, quam ſeparaſti ex duabus prioribus infuſionibus, eique ſuperaffunde aquæ tepidæ ℔iv. fiat vt prima.

## AQVA PHAGÆDENICA, SEV VLCERARIA; vulgo: *Agua Roxa de Vidos.*

℞. Sublimati corroſivi ℥j. aquæ primæ calcis ℔ij. & ℥iij. aquæ vitæ ℥iv. miſceantur diu ſimul in mortario vitreo, vel marmoreo agitando, vſuiq; reponatur.

### *VIRES.*

*Vlcera inveterata, putrida, ſordida, & cancerata mundificat, exedit ſuperfluas carnes, vſurpatur etiam in gangrena. Si valdè fortis erit cum aq. ſecunda mitigabitur.*

## AQVA CALCIS MERCVRISATA.

℞. Aquæ primæ calcis ℔j. Mercurij dulcis pulverati ʒij. bulliant aliquandiu, & ſervetur.

### *VIRES.*

*Valet ad ſcabiem evaneſcendam, fiſtulas, & vlcera maligna detergenda, & cicatrizanda.*

## AQVA CALCIS COERVLEA, SEV COELESTIS, ſeu Saphirea, vel Ophtalmica ex Vidos.

℞. Aquæ primæ calcis ℥ij. aq. ſecundæ calcis ℥iv. aquæ tertiæ calcis ℥vj. Salis Ammoniaci ʒj. omnia miſceantur in vaſe æneo ſæpè agitando, & poſt horas 12. filtretur per chartam, & reponatur.

Ca-

UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN ®
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

### *VIRES.*

*AD omnia ferè oculorum vitia, imò ad vlcera quævis mundanda vtiliſſima eſt cancrum, ambuſtionem, aliaque multa vitia ſanat. Oculis aliquot guttæ inſtillentur. Efficax etiam eſt ad pelles oculorum auferendas.*

## AQVA OPHTALMICA QVERCETANI.

℞. Croci Metallorum ʒj. vel ʒij. infunde in aquæ euphragiæ, fœniculi, aut ſimilis ℥v. vel ℥vj.

### *VIRES.*

*VIrtutis miræ eſt contra amblyopiam, amauroſin, & ſuffuſionem.*

## AQVA OPHTALMICA DONZELII.

℞. Florum cichorij cœruleor. quo tempore Sol Leonem ingreditur q. v. ex illis recentibus adimple vitreum vas anguſti orificij, illudque veſica duplici adhibita diligenter obturabitur; poſtea in paſta farinacea ſepelietur, & in furno cum panibus coquendis immitetur, cocta maſſa retrahetur, vaſque in illa ſepultum retexetur, quod continebit non flores, vt antea, ſed præcipuè liquorem ex illis confectum, liquor ille per rotam diſtillabitur, qui ſervetur vſui.

### *VIRES.*

*HÆC aqua arcanum eſt maximè efficaciæ in morbis oculorum, ſed præcipuè in illorum albugine, nubecula, vngue, ſuffuſione, & caligine.*

***





## AQVA OPHTALMICA BRVNI, SEV Collyrium Bruni.

℞. Aquæ roſarum albar. & vini albi ana ℥iß. aloes hepaticæ ſubtiliter pulveratæ ʒj. fiat collyrium.

### *VIRES.*

*Commendatur ad palpebrarum ſcabiem pruriginoſam.*

## AQVA STYPTICA LEMERI, SEV ARTERIAlis Muſitani.

℞. Colcotaris, Aluminis vſti, & ſacchari candidi ana ʒß. vrinæ pueri ſani, & aq. roſar. ana ℥ß. aq. plantaginis ℥ij. diu ſimul omnia agitentur in mortario: poſtea abſque filtratione ſervetur, & quando vtetur extrahatur per decantationem.

## AQVA ARTERIALIS.

℞. Aquar. plantaginis, roſarum, & portulacæ ana ℥iv. Vitrioli Romani, & aluminis crudi ana ℥ß. ſacchar canti ʒij. infundantur omnia ad diſſolutionem, poſtea filtrentur per chartam, & addantur ſp. vitrioli gr. xij. vſuique ſervetur.

## AQVA ARTERIALIS ALIA EX VIDOS.

℞. Vitrioli albi ex natura ſua ℥iij. Aluminis rupei ℥iß. aquæ fontanæ ℥xxx. diſſolvantur, & colentur per chartam emporeticam quadruplicatam, & adde ſp. vitrioli gr. viij.

### *VIRES.*

*VAlet ad omnes fluxiones ſanguinis, tam internas, quam externas. Doſis ad guttas aliquot in vehiculo convenienti.*



UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

## CAPVT XIII.

*De Spiritibus.*

### SPIRITVS SALIS.

℞. Salis communis partem vnam, terræ figulinæ partes tres. Pulverentur, & miſceantur; hinc diſtillentur per retortam lutatam igne gradato Reverberi, vſque dum nihil ampliùs egrediatur ſpirituum, in recipientem capaciſsimum, impoſitum dum guttulæ acidæ apparent, commiſſuris optimè lutatis.

### ALIO MODO.

℞. Salis communis q. v. ſolve in aquæ q. ſ. in paſta cum terræ figulinæ duplo, & forma paſtillos, exiccatos inde retortæ, & diſtilla, vt dictum.

Poteſt in principio diſtillationis lutari recipiens: vide lib. I. cap. V. de ſpiritibus ex Salibus.

### *VIRES.*

*Omni putredini reſiſtit, hepatis, & lienis obſtructionibus prodeſt, renes, & veſicam expurgat; hydropicis in primis ſingulare remedium præbet.* Doſis ad gr. xij.

### SPIRITVS SALIS GEMMÆ.

Paratur eodem modo, & convenit cum eo.

### SPIRITVS SALIS DVLCIS.

℞. Spiritus Salis rectificati q. v. inijce in cucurbitam vitream cum ſuo capitello vitreo, orificium in parte ſuperiori habente, impone ei recipientem, & colloca in furno ſupra arenam, commiſſuras optimè luta, & vi-



viciſim adde æqualem partem ſpiritus vini rectificati, ſemper orificium obturando: mox ſpiritum diſtillatum inijce, vt antea, & tunc adde paucos carbones accenſos, vt cucurbita aliquantulum caleſiat, & cum refrixerit abſtrahe ſpiritum diſtillatum, commiſſuras iterum luta, & iterum, vt antea per orificium ſpiritum diſtillatum inijce, idque repete vſque quo ſpiritus optimè vniantur.

### *VIRES.*

*Sitim extinguit, prodeſt etiam Ictericis, lumbricos expellit, diureticus & lithontripticus eſt, tartaream mucilaginem potenter reſolvit, &c.* Doſis ad gr. xx.

### SPIRITVS SALIS COAGVLATVS MYNSICHT.

℞. Sal Abſynthii cryſtallinum, vel ſummè rectificatum, huic ſuper adde ſpiritus ſalis tantum, vt cum eo S. A. ſpagyricam coaguletur, & vniatur. Ita tamen, vt ſapore, & vi prævaleat, & exuperet ſpiritus ſalis. Hoc ita coagulatum, & iuſtè iam conſiſtens, in vaſe vitreo ſerva ad vſum. Eſt enim tum circum geſtio eius, tum tractatio multò commodior, quàm ipſius ſpiritus ſalis.

### VIRES.

*Excelentiſsimum eſt medicamentum proprietatem habens balſamicam: totum hominem renovat. Sanguinem purificat, caput, cor, & ventriculum confortat. Incidit, diſcutit, mundificat, & putredinem fugat: præterеaque diureticum eſt efficaciſsimum, adeoque ſpecificum anti hydropicum, omnes quippe aquoſas humiditates, & flatus, omnemque tartaream, & viſcoſam materiam, vnde calculus veſicæ, ac renum procreatur, per vrinam potenter expellens. In iliaca, & colica paſsione, ictericia, febribus diuturnis, & ardentibus, dyſenteria, paralyſi, apoplexia, podagra, lepra, lumbricis, hernia, ſudore anglico, peſte, venenis, &c. præſentaneum eſt auxilium,* Doſis à gr. vj. ad gr. xv. *in vehiculis apropriatis.*



UNIVERSIDAD AUTÓNOMA … DIRECCIÓN GENERAL DE …

## SPIRITVS NITRI.

℞. Nitri rectificati ℔ij. boli communis, vel terræ figulinæ ℔vj. miſceantur optimè, & diſtillentur per retortam igne reverberi, in recipiente capaciſſimo, commiſſuris optimò lutatis, vſquequo nihil amplius ſpirituum egrediatur.

*VIRES.*

V*Alet pro contemperando æſtu febrili, reſtinguenda ſiti, prohibenda angina, & mitiganda colica commodiſſimè.* Doſis ad gr. vij.

## SPIRITVS NITRI DVLCIS.

DVlcificatur, vt ſpiritus ſalis. Tamen ſi valdè dulcem deſideras, adauge ſp. vini duplum, vel triplum, pro vnaquaque parte Sp. Nitri, & ſic obtinebis Spiritum Nitri plus, minus vè dulcem.

Hunc modum ſpiritus acidos, & corroſivos dulces reddimus, vt tutò intrinſecus vſurpari queant: ſpiritus enim vini ſulphur eſt molle, quare conſtringit, & intricat rodentem aciditatem ſpirituum acidorum.

*VIRES.*

B*ilis volatilitatem figit, eiuſque acrimoniam infringit; valet etiam in pleuritide, angina, & ſimilibus febribus ardentibus cum inflammatione partium internarum coniunctis. Item in colica flatulenta mirifice prodeſt.* Doſis ad ℈j.

## SPIRITVS VITRIOLI.

℞. Vitrioli exiccati q. v. imple retortam benè lutatam; colloca in furno reverberi, eique impone recipientem amplum commiſſuris benè clauſis, accendatur ignis gradatim, & continuetur per horas octo; plegma in reci- *Phlegma vitrioli.*

pientem diſtillatum ſerva; & iterum junge recipientem, & luta commiſſuras, & auge ignem fortiter, & ſic continua per dies tres continuos, vel vſque quo vaſa refrigerata appareant, (ſpiritum diſtillatum rectifica, per cineres, ac ſerva) & continua (recipiente iterum adiuncto, & lutato) ſine remiſſione ignis, per alios dies tres, & habes oleum vitrioli.



Retorta ſit ferrea, vel terrea optimè lutata, quia vitrea funditur, & operatio ſuſtratur. *Oleum vitrioli.*

Poteſt etiam abſque ſeparatione phlegmatis diſtillari ſpiritus, & poſtea iniici in cucurbita vitrea, & diſtillari igne arenæ, & quando guttulæ acidæ appareant, aptari recipiens, lutarique, vt dictum, & augendo ignem abſtraitur ſpiritus, & ſic habebis ſpiritum vitrioli rectificatum.

*VIRES.*

I*N varijs febrium generibus ſummè vtilitatis eſt; diureticus, diaphoreticus, incidens, attenuans, putredini reſiſtens, &c. Valet etiam in febribus ardentibus, obſtructionibus hepatis, lienis, & meſenterij, appetitu proſtrato, &c.* Doſis ad gr. xij. Dulcificatur etiam, vt ſpiritus ſalis.

## SPIRITVS VITRIOLI COAGVLATVS Mynſicht.

℞. Sal Acetoſæ cryſtallinum, vel ſumme rectificatum: huic ſuper adde ſpiritus vitrioli tantum, vt cum eo S. A. ſpagyricam coaguletur, & vniatur, vt in ſpiritu ſalis coagulato eiuſdem notatum fuit.

*VIRES.*

I*N corroborando languente ventriculo, cuius digeſtionem promovet, nec non in febribus, ſiti, &c. Secretum eſt: valet etiam in omnibus morbis calidis capitis ſuffocatione matricis, calculo, ictero, peſte, morbis epidemicis, &c.* Doſis eſt in iuſculo ad gratam aciditatem.

## SPIRITVS VITRIOLI VOLATILIS CNÆFFELII.

℞. Phlegmatis vitrioli q. v. in hoc ſolve vitrioli pur-ſi cati tantum, quantum in ſe ſuſcipere vult. Diſtillentur per matracem lento igne cinerum, & aſcendit ſpiritus vitrioli vireſcens, igne in fine adaucto.

### *VIRES.*

*IN epilepſia, vertigine, & capitis affectibus præſtans eſt. Inſuper ad arcendam apoplexiam, & paralyſim medicamentum eſt deſideratiſſimum.* Doſis à ℈ß. ad ℈j.

## SPIRITVS VITRIOLI TARTARISATVS, aliàs Liquor Dianæ ex Hoffmanno.

℞. Vitrioli calcinati ℔iij. ſalis tartari ℔j. miſce exactiſſimè in mortario lapideo, ac diſtilla per retortam lutatam igne aperto, appoſito receptaculo capaciſſimo.

### *VIRES.*

*EGregias vires exhibet ad ſudandum in omnibus internis obſtructionibus, in ſanguine grumoſo, contra ſcabiem; ad mundificandam, & levigandam cutim.* Doſis ad ʒj.
*Ex capite mortuo Parari Poteſt Tartarus Vitriolatus.*

## SPIRITVS VITRIOLI PVRGANS.

℞. Vitri Antimonii pulverati q. v. affunde eſpiritum vitrioli non rectificati ad eminentiam duorum digitorum, digerantur aliquandiu calore leni, ſic fit extractio nigropunicea.

### *VIRES.*

*Purgat per inferiora.* Doſis ad gr. vj. ad gr. x.
Spiritus ſulphuris purgans, paratur eodem modo.

SPI-



## SPIRITVS, SEV OLEVM SVLPHVRIS PER campanam.

SVſpendatur campana vitrea ſupra patinam vitream amplam, ſuperimpone ſcutellam vitream os deorſum, ſuprà eam colloca ſcutellam terream plenam ſulphuris, quod accende, idque repete ſulphur augendo vſque quo, quantitatem deſideratam ſpiritus habeas in ſuppoſitam patinam.

### *VIRES.*

*VEntriculum, hepar, lienem, matricem; veſicam, articulos, & inteſtina, ex humorum abundantia, aut putrefactione male affecta curat; vermes enecat; colicam paſsionem ſanat; epilepticis prodeſt, aliiſque quam plurimis morbis, qui originem à catarrhis, & flatibus ſumunt.* Doſis ad gr. 12. Dulcificatur etiam, vt ſpiritus ſalis.
*Externè in omnibus generis vlceribus; tam recentioribus, quam antiquis, & putridis; impetiginibus, lentiginibus, tumoribus, & inflammationibus debito modo adhibitum præſtantiſſimum eſt remedium.*

## SPIRITVS ALVMINIS.

℞. Aluminis puri q. v. diſtillata per retortam igne arenæ eliciendo phlegma initio lento igne, poſtea igne fortiori prodibit ſpiritus.

### *VIRES.*

*INhibet febrium intermittentium per ſudorem, & fermentationis inhibitionem, diureticus eſt, calculum pellit, obſtructiones lienis aperit, æſtus in febribus compeſcit, & id ſecurius facit, ſi rectificetur, abſtrahendo phlegma*



&

*& dulcificando, ut ſpiritus ſalis.* Doſis ad gr. viij.
*Phlegma adhibetur ad culnera mundificanda, adſtringendaque.*

## SPIRITVS SALIS AMMONIACI VOLATILIS cum Sale Tartari.

℞. Salis Ammoniaci, & Salis Tartari ana ℥viij. triturentur ſeorſim, & ponantur in cucurbita vitrea, quibus adde aquæ pluvialis ℥iij. agita aliquantulum, & impone ſine mora capitellum, & recipientem, commiſſuras luta, ac diſtila ex arena ſpiritum, vſuique caute ſerva.

### VIRES.

*Valet in opilationibus quibuſcumque provenientibus ex humorum corruptione, in febribus malignis, epilepſia, paralyſi, & ſimilibus.* Doſis ad gr. xx.

## SPIRITVS SALIS AMMONIACI VOLATILIS cum Calce.

℞. Salis Ammoniaci ℔ß. diſſolve in aqua itavt aliquid in ſolutum reſtaret. Impone in cucurbita vitrea calcis vivę ℔iß. cui affunde ſolutionem Salis Ammoniaci paulatim, & per vices, alembicum ſemper reaptando: quando omne ſuperfuſum fuerit, receptaculo, & juncturis probè munitis diſtilla leniſſimo igne cinerum ſpiritum fugaciſſimum, ac repone. *Convenit cum ſuperiori.*

## SPIRITVS SALIS AMMONIACI ACIDVS.

℞. Caput mortuum ex diſtillatione Spiritus Salis Ammoniaci cum ſale tartari, diſſolve in aquę q. ſ. filtra per chartam, & evapora ad ſiccitatem, & habes Sal febrifugum Sylvij, ex quo accipe ℔ß. pulveriza, & miſ-

*Sal Febrifugum Sylvij.*



miſce cum triplo boli pulverati, ac diſtillâ per retortam, vt ſpiritus ſalis cummuni, abſque phlegmatis ſeparatione, vſuique ſerva.

### VIRES.

*Lithontripticus eſt inſignis, valet etiam in infirmitatibus malignis.* Doſis ad gr. xij.

## SPIRITVS SALIS AMMONIACI DVLCIS.

℞. Salis Ammoniaci ℔j. Salis Tartari ℥viij. pulveriza, & miſce optimè, pone in retorta, & ſuperinfunde ſpiritus vini optimi ℔ij. diſtilla igne mediocri, & ſpiritus ſalinus ſummè volatilis evadet.

### VIRES.

*Totam maſſam ſanguineam incorruptam à putredine præſervat, fermenta acida præcipitat; ſuffocationi uterinæ, hypocondriacæ, apoplexiæ, epilepſiæ, ſpaſmoque medetur.* Doſis ad ℈j.

## SPIRITVS SALIS AMMONIACI SVCCINATVS.

℞. Succini pulverati ℥iv. Salis Tartari ℔ß. aquæ communis ℥iij. miſceantur, & digerantur per dies 15. in Sole: hinc evaporetur humiditas, & accipe huius maſſæ ℥viij. Salis Ammoniaci ℔ß. pulverentur ſeorſim. & indatur cucurbita, addendo ſpiritus ſuccini ℔j. diſtillentur ad ſiccitatem, vſuique ſpiritus diſtillatus caute ſervetur.

### VIRES.

*Mirificè valet in convulſionibus, in hyſtericis paſſionibus, & ſimilibus, etiam in nervorum infirmitatibus, Diureticus eſt, & deobſtruens, ſanguinem purificat, &c.* Doſis ad gr. xxx.



UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

## SPIRITVS SALIS AMMONIACI ANISATVS.

℞. Salis Tartari, & aq. fontanæ ana ℔ß. ſem. Aniſi contuſi ℥ij. digerantur per dies quatuor, deinde adde Salis Ammoniaci pulverati ℔ß. diſtillentur per arenam. S. A.

### *VIRES.*

V*aldè expectorat; valet etiam in colica, flatus diſcutit, &c.* Doſis ad gr. xx.

## SPIRITVS SATVRNI ARDENS.

℞. Sacchari Saturni (vel potius olei Saturni per deliquium) q. v. diſtilla per retortam vitream lutatam in excipulo capaciſsimo, juncturis benè clauſis, igne gradatim adhibito, donec guttę rubræ cadant, nihilque amplius extillet.

### *VIRES.*

S*Vdorificus eſt, hinc prodeſt in peſte, melancholia hypochondriaca, febribus ardentibus, lue venerea, & ſimilibus, nec non appetitum venereum infringit.* Doſis à gr. ij. ad gr. vj.

## SPIRITVS FVLIGINIS.

℞. Fuliginis electi q. v. imple retortam fictilem, & diſtilla igne aperto gradibus ſucceſsivis, primò elevatur phlegma cum ſpiritu albicante, poſteà oleum flavum, & vltimò rubrum; cum ſale volatile, ſerva ſeorſim.

### *VIRES.*

S*Piritus, ac oleum confortativa ſunt inſignia, mirabilitèr agonizantes exhibita reſocillant. De oleo inquit*

*Hart-*



*Hartmannus, quod ſi poſt guttas tres in aceto exhibitas; ſudor copioſiùs emanarit, ſignum indubitatum ſanitatis; & convaliſcentiæ erit: ſin ſecus, mortis. Atque hoc eſſe veriſsimum ab Hoffmanno non ſemel probatum fuit. Doſis ſpiritus à* gr. vj. ad ℈ß. Doſis olei gr. ij. vel iij. *in vino; vel alio vehiculo convenienti.*

*Sal cum aceto extractum, & in liquorem in loco humido ſolutum cancroſis vlceribus ſemel, atque iterum inungatur; & venenoſitas inſtar vaporis viſibilitèr extrahitur. Tãdem oleum craſsius leni aſpergine ſæpius illitum, cruſtam inſtar cuticulæ ſuperinducit, quæ ſponte ſpatio 5. vel 6. dierum decidens, vlcus conſolidatum eſſe indicat.* Hartman. in praxi chym.

## SPIRITVS ACETI; SEV ACETVM Diſtillatum.

℞. Aceti fortiſsimi q. v. diſtilla ex cucurbita vitrea in B. M. vel cineribus leniſsimo calore: primò aſcendit phlegma inſipidum, quod ſepara, & vbi guttulæ acidæ appareant muta recipientem, & continua diſtillationem, donec omnes ſpiritus aſcenderint.

## ACETUM ALKALISATVM, SEV RADICATVM

℞. Fœcum ex aceto diſtillato diſtillatione relictarum q. v. calcina ad ſiccitatem, deinde affunde aceti diſtillati quadruplum, diſtilla in arena, toties cohobando, donec omne ſal cum aceto diſtillato aſcenderit.

### *VIRES.*

I*Nſerviunt pro metallis diſſolvendis; & etiam propinati refrigerant, & putredinem reſiſtunt.* Doſis ad ʒij.

## SPIRITVS CARMINATIVVS FRANCISCI DE le Boe Sylvij.

℞. Radicis Angelicæ ʒj. rad. Imperatoriæ, galangæ, zinzi-

gi-

UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

giberis, macis, & nucis moſchatæ ana ʒiß. ſollor. roris marini, majoranæ, rutę hortenſis, baſiliconis, & ſummitatum centaurij minoris ana M. ß. baccar. lauri ʒiij. ſeminis angelicæ, leviſtici, & aniſi ana ℥ß. cinnamomi ʒvj. caryophyllor. & cortic. aranticiorum ana ʒj. conciſa, & contuſa craſsè affunde ſp. vini optimi ℥XL. digerantur per biduum in B. M. hinc ad ſiccitatem diſtillentur, quicquid aſcenderit, magmati iterum affunde, per biduum digeratur, mox tres partes quartæ diſtillentur.

*V I R E S.*

*Ad flatus diſcutiendos magnarum eſt virium.* Doſis ad ʒj.

## SPIRITVS VOLATILIS OLEOSVS AROMAticus Sylvij.

℞. Corticum exterior. arantior. & citri, macis, & cinnamomi ana ℥ß. ſalis ammoniaci, & tartari ana ℥iv. ſpiritus vini, & aq. Naphæ ana ℔ß. fiat digeſtio extra ignem in vaſe optime clauſo per dies 15, ſæpè ſingulis diebus vas huc, & illuc movendo; poſtea diſtillentur per cucurbitam vitream, commiſſuris optime lutatis, igne arenæ.

*V I R E S.*

S*Vdorem mirificè promovet, valet in affectibus cordis, epilepſia, letargo, ſcorbuto, paralyſi, febribus malignis, morbis hyſtericis, variolis, menſes movet, &c.* Doſis à gr. vj. ad gr. xx, *in liquore apropriato, ſed (nota) frigido.*

## SPIRITVS VINI.

℞. Vini generoſi q. v. diſtilletur per veſicam, donec pars optima diſtillaverit; diſtillatum rectifica in B. M. toties, quoties neceſſe ſit, uſque quo nihil humiditatis relinquat combuſtulis.

*VI-*



*V I R E S.*

C*Alidus eſt, & ſiccus, penetrantiſſimus; incorruptibilis; putredini reſiſtit, apoplecticos refocillat, &c. Extrinſecus reſolvit tumores frigidos, & ſcirrhoſos, coagulationem ſanguinis in contuſionibus arcet, cruoremque reſolvit, ac diſcutit. Ambuſtis medetur, ſi lintea ſpiritu vini imbuta partibus læſis applicentur, eademque repetantur, donec dolor ab igne penitus evanuerit, & poſtea ſolum bis in die. Eryſipelatis ſummum eſt remedium. Et quod mirum eſt externè applicatus ſanguinem ſiſtit, ſiquidem ab illo ſanguis citiſſimè mirabili cum ſpectaculo coagulari ſolet.* Doſis ad ʒij.

Inſervit etiam loco menſtrui pro plurimis diſſolutionibus, & extractionibus in officinis.

Appellatur etiam Oleum vini, Eſſentia ſubtiliſſima, Incorruptibilis, vulgò Aqua Vitæ, Aqua Ardens, Sulphur Cœleſte, Sulphur Bezoardicum Vegetabile, Menſtruum Cœleſte, Aqua Cœlica, Lullij Cœlum, Clavis Philoſophorum, Corpus Æthereum ex aqua, & igne conſtans, Balſamus Volatilis Liquoris Catholici, &c.

## SPIRITVS CERASORVM NIGRORVM.

℞. Ceraſorum nigrorum q. v. contundantur, è ponantur ad fermentandum uſque quo odorem vinoſum acquirant; tunc per veſicam diſtillentur, & ſpiritum diſtillatum rectifica, ac ſerva.

*V I R E S.*

O*Mnes, & ſinguli modò dicti ſpiritus, vegetabilium virtutes, & qualitates in ſe continent, ex quibus diſtillati fuere.*

* * * * * *
* * * *

*SPI-*

UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

## SPIRITVS ROSARVM.

℞. Roſarum fragrantium tempore ſicco collectarum q. v. contundantur, & in vaſe idoneo ſuperaſſundendo ſucco Roſarum, itaut Roſæ ſumergantur, addito M. j. ac altero ſalis communis, reponantur in cellam, donec fermentando acidiuſculum, ac vinoſum acquirat odorem: diſtillentur per veſicam: diſtillatum rectificetur per Balneum, vſuique ſervetur.

### VIRES.

*Cor recreat, ac in omnibus eius infirmitatibus robur conciliat, vires etiam reficit.* Doſis ad ℨij.

Eodem modo parantur omnes ſpiritus florum, & herbarum, de quibus vide lib. I. cap. V.

## SPIRITVS FRVMENTI ARDENS.

℞. Farinæ Hordei, vel cuiuſcumque frumenti germinati ℔xx. fæcum vini expreſſarum ℥xx. fæces in aqua tepida diſſolvantur, & cum ea diſſolutione humectetur farina, vt maſſa fiat liquida benè agitando, hinc cooperta relinquatur per duas, tres vè horas, donec aqua omnes partes farine optime madeſecerit, deinde adijce maiorem aquæ quantitatem, & agita materiam donec ad ſuperemittentiam debitam, & maſſam farinaceam cum aqua ſupervenerit. Dein fermententur, donec maſſa farinæ in altum elevata in principio fermentationis ſenſim detumeſcat, & ſubſideat, ſupernatante poſtmodum limpido liquore, acidiuſculum halitum, ſpirante. Liquorem limpidum à ſubſidentia farinæ ſactum diſtilla, & rectifica, ſic habes ſpiritum, In omnibus ſp. vini, diſtillarum æmulantem.

***





## SPIRITVS MELLIS ARDENS.

Paratur ex Hydromelite vinoſo, vt ſpiritus vini, & convenit cum eo.

## SPIRITVS SACCHARI ARDENS.

Paratur, vt ſpiritus Mellis Ardens, ex Hydromele Saccharino.

## SPIRITVS SACCHARI ACIDVS.

℞. Sacchari q. v. diſtilla ex cucurbita vitrea ſat alta, & ampla igne arenę per gradus, ſic ſtillat aqua acidula, cum oleo ſupernatante, quod ſepara à ſpiritu, qui rectificetur, vſuique reponatur.

### VIRES.

*Vtitur in diſſolutione lapidum, cruſtaceorum; & ſimilium. Interius diureticus eſt.* Doſis ad ℈ß.

## SPIRITVS MELLIS ACIDVS.

Paratur eodem modo, mutando recipientem quando guttulæ acidę apparent, ac ſervando ſeorſim aquam, & ſpiritum.

### VIRES.

*Spiritus inſervit tincturarum, præcipuè corallorum, extrahendarum. Intrinſecus reſerat obſtructiones, pellit vrinam, atterit calculum.* Doſis ad ℈ß.

*Aqua ſuffuſiones oculorum, & albugines ſanat, capillis producendis confert.*

*** *** ***
*** ***

## SPIRITVS VRINÆ PER PVTREFACTIONEM.

℞. Vrinæ pueri ſani vinum bibentis q. v. ſtet in vaſe terreo per dies 20. vel vſque quo incipit fœtere. Quod clarum eſt, à fœcibus decanta, & impone in cucurbitam magnam cum ſuo capitello, & diſtilla ex arena in recipientem ſat amplum lento igne, ad medietatem. Diſtillatum ſecunda vice, ſupra caput mortuum iniectum, diſtilla, idque repete ad tertiam vicem, & ſic tranſit ſpiritus, & ſal in alembico concreſcit, ſi calor non intenſus ſit.

### *V I R E S.*

*ANodynum eſt inſigne, obſtructiones tartareas viſcerum, ac meſenterij reſerat, vnde magnus eius vſus eſſe poterit in ſcorbuto, hypochondriis, cachexia, ictteritia flava, ac nigra; calculum renum, ac veſicæ atterit, doloreſque inde ortos ſopit, &c.* Doſis ad ℈ß.

## SPIRITVS CORNV CERVI.

℞. Fragmenta cornu Cervi, impone retortæ vitreæ, itaut dimidia pars retortæ vacua remaneat, coloca in arena, eique applica recipietem capaciſsimum, commiſſuras luta, & ſubijce primò ignem lentum per tres, aut quatuor horas, mox ad auge illum per gradus aliquot horis, & ſtillabunt ſpiritus, & particulæ ſalis volatilis: tandem ignem intende, donec fundum retortæ rubeat, prunas quoque ardentes, inſtar ignis fuſorij, ſupra arenam retortæ circumpone, & ſic procede vſque ad totalem extractionem ſubſtantiæ, & habes ſpiritum, oleum, & ſal volatile. Separa ſpiritum per infundibulum, filtra per chartam, rectifica, ac ſerva. Sal miſce cum ſuo capite mortuo optimè calcinato igne aperto, ac ſublima per matracem igne cinerum, vſuique cautè ſerva.

*Sal volatile Cornu Cervi.*

*Oleum Cornu Cervi.*

Oleum



Oleum miſce cum eodem capite mortuo remanente in ſublimatione ſalis, ac rectifica per retortam vitream, igne arenæ, vſuique ſerva.

### *V I R E S.*

*SPiritus acorem ſanguinis corrigit, eumque volatilem reddendo eius circulationem promovet. Præcipuè operatur per ſudorem, & ex parte per vrinam, citra remanentiam æſtus illius ingentis, quam ſudorifera cætera parere ſolita ſunt: Cave tamen ne exhibeas, cum primæ viæ humoribus craſſis nimium obſtipatæ ſunt. Convenit proptereà in febribus, pleuritide, meſenterij, & ſplenis obſtructionibus, in vehementiſſimis tuſſibus, in affectibus cerebri, & nervoſarum partium, epilepſia convulſionibus, delirio febrili, & ipſa pleuritide, lethargo, ſuffocatione hyſterica tam intus, quàm extus odore tenus adhibitus. Tuto etiam adhibetur in febribus, in quibus ſanguinem inflammare nunquam eſt obſervatus. Denique cùm arcano tartari nuptus in malo hypochondriaco, ſcorbuto, arthritide fixa, & vaga, & menſium ſuppreſſione egregium eſt.* Doſis ad ℈ij. *Sal idem præſtat.* Doſis ad ℈i.

*Oleum valet exterius in cerebri frigidis affectibus, commiſſuræ ſagitalis, & coronalis, & occiputij, & primæ vertebræ articulationis regioni: in artuum frigidis moleſtiis inungitur dolentibus locis.*

Eodem modo diſtillantur vipera exiccata, craneum, lumbrici, &c.

## SPIRITVS, SEV LIQVOR CORNV CERVI Succinatus.

℞. Spiritus cornu Cervi benè rectificati ℔ß. cui adde ſalis volatilis ſuccini probè ab oleo proprio liberati ℥iij. hæc miſta per reiterata cohobia vniuntur in liquorem.

*** *** ***

*** ***

Vi-

### VIRES.

L*iquor expertiſſimus eſt in epilepſia infantum; & in quibuſcumque morbis catarrhalibus.* Doſis à gt. viij; ad gt. xx. vel xxx.

## SPIRITVS ANTIEPILEPTICVS, SEV GVTTÆ Anglicæ.

℞. Serici crudi q. v. diſtilla ex retorta vitrea S. A. ſepara ſpiritum ab oleo, ac rectifica, vſuique cautè ſerva. Alij diſtillant texturam bombycinam cum ſuis bombicibus viventibus adhuc incluſis.

### VIRES.

M*irificè prodeſt in epilepſia, apoplexia, vertigine, letargo, hyſteritis affectibus, & ſimilibus.* Doſis ad ℈i.

*Oleum exterius in ſuffocatione matricis, letargo, &c. valet.*

## SPIRITVS TARTARI.

℞. Tartari albi crudi loti q. v. diſtilla ex retorta vitrea lutata, igne nudo gradatim adhibito vſque quo ſpiritus non amplius diſtillent: ſepara ſpiritum ab oleo: Spiritum iunge cum ſuo capite mortuo pulverato, & rectifica, igne arenæ, per cucurbitam vitream commiſſuris obturatis; idque repete ad tertiam vicem, vſuique repone.

### VIRES.

V*im habet incidendi, attenuandi, reſolvendi, diſcutiendi, & obſtrutiones reſerandi: per ſudorem, & vrinam purgat; ideòque vtiliter exhibetur in hydrope, tympanitide, artritide, paralisi, ſcorbuto, lue venerea, impetiginibus, &c.* Doſis ad ʒß.





## SPIRITVS PAPIRI.

℞. Chartas Albas: forma ex ex eis globulos, & inde retortæ lutatæ, ac coloca in furno reverberi, & appoſito recipiente, obſervatis ignis gradibus diſtilla ſpiritum, & oleum; ſepara ſpiritum ab oleo, & ſpiritum rectifica igne arenæ, per alembicum vitreum, vſuique repone. *Oleum papiri.*

### VIRES.

S*piritus eſt diureticus inſignis.* Doſis ad gt. xx.

*Oleum prodeſt exterius in ſurditate, & etiam dentibus cum bombace ad aliquot guttas impoſitum anodynam exercet vim. Valet etiam in hyſtericis affectibus, ſcabie, & ſimilibus.*

## SPIRITVS TEREBINTHINÆ.

℞. Terebinthinæ q. v. impone in alembico vitreo; vel terreo, ita vt duæ tertiæ partes vacuæ maneant, & in arena diſtilla igne primum leniſſimo, dein auctiori, & exhibet primò ſpiritus, dein oleum, quod ſeparatim aſſerva. *Oleum Terebinthinæ*

### VIRES.

S*piritus calefacit, ſiccat, attenuat, vrinam ciet, tartaream mucilaginem reſolvit. Confert hinc in tuſſi, aliiſque pulmonum affectibus tartareis, in lienis, & vteri obſtructione, in calculo renum & veſica, in ſtranguria, gonorrhæa virulenta, vlceribus penis ex lue venerea. Vrinæ odorem violaceum conciliat.* Doſis ad gt. vij.

*Oleum, ſeu Balſamum calefacit, attenuat, mundificat, conſolidat; hinc adhibetur fæliciter membris frigore [illegible], tumoribus ſcirrhoſis, vulneribus inveteratis, ac putridis, gangrænæ, fiſſuris pedum à frigore oriundis (pernionibus) efficaciter, quas curare creditur.*

## AQVA FORTIS.

℞. Vitrioli exiccati, & ſalis Nitri ana p. æq. tere ſimul, & miſce, diſtilla per retortam loricatam igne aperto gradato: eſt operatio horarum 12.

### VIRES.

*Solvit lunam, ſeu argentum, & [illegible]. Valet etiam in ulceribus [illegible] externe applica, calloſitates demum abſumit.*

## AQVA REGIA.

℞. Salis Nitri, & Salis Gemmæ ana ℔. j. boli, ſeu terræ argillaceæ ℔vj. miſce, ac diſtilla, vt aqua fortis.

## AQVA REGIA SINE DISTILLATIONE.

℞. Aquæ fortis, ſeu ſpiritus Nitri ℔.j. Salis Ammoniaci pulverati ℥iij. fiat diſſolutio igne lento arenæ in vaſe vitreo, viſuique repone, ſolvit aurum.

# CAPVT XIV.

*De Salibus.*

## SAL ABSYNTHII FIXVM.

℞. Cinerem Abſynthij à carbonibus purificatum, coque cum aqua in vaſe terreo, vt fiat lixivium, decanta: idque repete ad extractionem totius ſalinæ ſubſtantiæ, liquores decantatos filtra per chartam, liquor filtratus evaporetur ad ſiccitatem vſque in vaſe vitreo, ſeu vitreato: Sal remanſum in crucibulo ad albedinem calcina, hinc in aqua dilue, & filtra iterum, atq; iterum, & evapora ad peliculam, tunc colloca vas loco frigi-



gido, per noctem, ſepara cryſtallos liquorem decantando, iterumque evapora ad peliculam, locoque frigido, vt antea colloca, idque repete vſque quo extraxeris omne ſal in cryſtallos, quos exicca, ac repone.

### VIRES.

*Aperit, vrinam, ac ſudorem movet, febribus peſtilentialibus, hydropi, obſtructionibus, &c. Confert: ventriculum roborat, appetitum excitat.* Doſis ad 3ß.
Eodem modo parantur omnia ſalia fixa, ſeu cineritea.

## SAL ACETOSELLÆ ESSENTIALE.

℞. Succum Acetoſellę depuratum; coque in vaſe vitreato aliquantulum inſpiſſando, colloca loco frigido per noctem in vaſe ligneo, poſtea ſepara cryſtallos, quos exicca, ac ſerva in vaſe vitreo optime obturato.

### VIRES.

*Refrigerat, & corroborat, ſanguinem purificat, æſtumque febrilem mitigat.* Doſis ad ℈j.
Eodem modo parantur omnia ſalia eſſentialia. Vide Lib. I. Cap. V.

## CRYSTALLVS TARTARI.

℞. Tartari Albi optime loti q. v. affunde aquæ ferventis bonam quantitatem, agita ſpatula lignea, & ſolvetur particula tartari, cola per manicam hippocraticam, dum adhuc calet, alias coagulatur rurſus, quod ſolutum erat: reſtanti tartaro affunde aliam aquam ferventem, agita, & cola, idque reitera tantiſper, donec nil niſi arena irreſolubilis reſtet. Aquas has tartaro impręgnatas repone, vt frigeſcant, & videbis tartarum purum, partim ſuper natare inſtar cuticulę, partim inſtar cryſtallorum, vel ad fundum reſidere, vel pa-



UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

## AQVA FORTIS.

℞. Vitrioli exiccati, & ſalis Nitri ana p. æq. tere ſimul, & miſce, diſtilla per retortam loricatam igne aperto gradato: eſt operatio horarum 12.

### VIRES.

*SOlvit [illegible], ſeu argentum, & [illegible]. Valet etiam in ulceribus [illegible] externe applica, calloſitates demum abſumit.*

## AQVA REGIA.

℞. Salis Nitri, & Salis Gemmæ ana ℔. j. boli, ſeu terræ argillaceæ ℔vj. miſce, ac diſtilla, vt aqua fortis.

## AQVA REGIA SINE DISTILLATIONE.

℞. Aquæ fortis, ſeu ſpiritus Nitri ℔.j. Salis Ammoniaci pulverati ℥iij. fiat diſſolutio igne lento arenæ in vaſe vitreo, vſuique repone, ſolvit aurum.

# CAPVT XIV.

*De Salibus.*

## SAL ABSYNTHII FIXVM.

℞. Cinerem Abſynti] à carbonibus purificatum, coque cum aqua in vaſe terreo, vt fiat lixivium, decanta: idque repete ad extractionem totius ſalinæ ſubſtantiæ, liquores decantatos filtra per chartam, liquor filtratus evaporetur ad ſiccitatem vſque in vaſe vitreo, ſeu vitreato: Sal remanſum in crucibulo ad albedinem calcina, hinc in aqua dilue, & filtra iterum, atq; iterum, & evapora ad peliculam, tunc colloca vas loco frigi-



gido, per noctem, ſepara cryſtallos liquorem decantando, iterumque evapora ad peliculam, locoque frigido, vt antea colloca, idque repete vſque quo extraxeris omne ſal in cryſtallos, quos exicca, ac repone.

### VIRES.

*APerit; vrinam, ac ſudorem movet, febribus peſtilentialibus, hydropi, obſtructionibus, &c. Confert: ventriculum roborat, appetitum excitat.* Doſis ad ʒß.
Eodem modo parantur omnia ſalia fixa, ſeu cinericea.

## SAL ACETOSELLÆ ESSENTIALE.

℞. Succum Acetoſellę depuratum; coque in vaſe vitreato aliquantulum inſpiſſando, colloca loco frigido per noctem in vaſe ligneo, poſtea ſepara cryſtallos, quos exicca, ac ſerva in vaſe vitreo optimè obturato.

### VIRES.

*REfrigerat, & corroborat, ſanguinem purificat, æſtumque febrilem mitigat.* Doſis ad ℈j.
Eodem modo parantur omnia ſalia eſſentialia. Vide Lib. I. Cap. V.

## CRYSTALLVS TARTARI.

℞. Tartari Albi optimè loti q. v. affunde aquæ ferventis bonam quantitatem, agita ſpatula lignea, & ſolvetur particula tartari, cola per manicam hippocraticam, dum adhuc calet, alias coagulatur rurſus, quod ſolutum erat: reſtanti tartaro affunde aliam aquam ferventem, agita, & colla, idque reitera tantiſper, donec nil niſi arena irreſolubilis reſtet; Aquas has tartaro imprægnatas repone, vt frigeſcant, & videbis tartarum purum, partim ſuper natare inſtar cuticulę, partim inſtar cryſtallorum, vel ad fundum reſidere, vel pa-

 tie-

UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

ſtetibus, ac bacillis immiſsis adhærere: vtrunque cuti-culum ſcilicet, & cryſtallos collige, exicca, ac repone.

*VIRES.*

C*Raſſos, tartareoſque humores incidit, ac attenuat: com-mode adhibetur in obſtructione hepatis, lienis, me-ſenterij, renum, & in affectu hypochondriaco, &c. Hinc quoque ſibi primas vendicat inter digeſtiva univerſalia; cuius rei gratia, & catharticis præmitti plerumque ſolet. Quinimo ad laxandam alvum commodiſsimum medicamen-tum eſt, ſi ſaltem gr. j. ac altero diagrydij acuatur.* Do-ſis ad ʒ ij.

Appellatur etiam cremor Tartari, Acidum Tartari, ſal eſſentiale Tartari, & Tartarus depuratus.

Sunt qui cuticulam ſupernatantem ſeorſim colligunt (no-mine Cremoris Tartari) & cryſtallos itidem ſeorſim; (titulo Cryſtalli Tartari) verum cum vtrumque eiuſ-dem ſit naturæ, & efficaciæ, diſtinctionem hanc par-vi momenti eſſe recte autumat Scroderus.

## SAL TARTARI.

℞. Tartari q. v. calcina ad albedinem igne aperto inter chartas madefactas incluſum, poſt humecta illum, & injice in crucibulo, & iterum inter carbones accen-ſos ad albedinem calcina; hinc in aqua diſſolve, filtra per chartam, & evapora in vaſe vitreo igne arenæ ad pelliculam, colloca in loco frigido per noctem, cryſtal-los ſepara, liquorque iterum, vt dictum evapora, & ſic procede vſque ad finem, ſicca cryſtallos, vſuique re-pone.

*VIRES.*

A*Perit, & ob id mirifice obſtructionibus prodeſt, inſer-vit etiam pro tincturis vegetabilium extrahendis, & magiſteria aliqua præcipitanda.* Doſis ad ℈j.

*** ***

SAL



## SAL VEGETALE, SEV TARTARVS Solubilis, vel Laxativus.

℞. Cryſtali Tartari ℥vj. Salis Tartari ℥iij. aquę ℔v. co-quantur ſimul in vaſe vitreato per ſemihoram, & cum reſtrixerint filtra per chartam, evapora ad peliculam, & cryſtaliſa S. A.

*VIRES.*

S*Vaviter purgat, aperit, obid prodeſt ad cachexias, hidro-pem, & obſtructiones.* Doſis ad ℈ij.

## TARTARVS MARTIALIS SOLVBILIS.

℞. Tartari Solubilis ℥iv. Extracti Martis aperitivi ℥ij. aquæ comm. ℔ij. diſſolvantur igne lento in vaſe vitrea-to, ſolutio filtretur, & igne lento cinerum evapore-tur, vſuique reponatur.

*VIRES.*

M*Irifice valet in obſtructionibus, cachexijs, hydrope, ſupreſsione menſtruorum, & vrinæ.* Doſis ad ʒß.

## TARTARVS VITRIOLATVS, SEV Magiſterium Tartari.

℞. Olei Tartari puriſsimi per deliquium facti q. v. af-funde guttatim ſpiritum vitrioli, donec ſtrepitus ceſ-ſet, idque in vitro capace: ſic fiet coagulum: hinc humiditatem lento igne cinerum evapora, ac ſicca-tum repone.

*VIRES.*

D*Igeſtivum eſt præſtantiſsimus, tartarum in corpore humano efficaciſsime reſolvens. Hinc vtiliſsime exhi-betur in obſtructionibus viſcerum, venarum meſeraica-*

 *rum*

UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

*cum, in omnibus febribus, præcipuè quartana, & in obſtructionibus menſium.* Doſis ad ℈j.

*Tartarus Nitratus.* Tartarus Nitratus paratur eodem modo cum ol. tartari per deliquium, & Sp. Nitri.

## TARTARVS EMETICVS.

℞. Cryſtalli Tartari ℥iv. Salis Tartari ℥j. Croci Metallorum ℥ij. miſceantur in mortario vitreo, vel lapideo per horam, poſtea coquantur in aqua per horas duas, in vaſe vitreato, filtra calidè, ac cryſtalliſa S. A.

### VIRES.

*PRodeſt in omnibus, in quibus vomitum à Medicis deſideratur, blandè cum movendo.* Doſis à gr. iv. ad ℈ß.

## SAL THERIACALE COMPOSITVM.

℞. Salis Abſynthij, ſcordij, centaurij, & Cardui Benedicti ana ℥iv. quibus in aqua ſolutis immerge ſeptem circiter viperas mundatas, coquantur ad viperarum molitiem in vaſe vitreo, igne leniſsimo, filtrentur, & liquor ſalitus inſpiſſetur, vel cryſtalliſetur.

### VIRES.

*VAlet in morbis malignis, epidemicis, & contagioſis.* Doſis à ℈j ad ʒj.

## SAL VOLATILE SVDORIFERVM.

℞. Spiritus Theriacalis camphorati ℥x. ſpiritus vitrioli volatilis, & ſpiritus ſulphuris rectificati ana ℥iij. ſpiritus tartari ſubtilis, & ſp. ſalis Ammoniaci ana ℥iiß. miſceantur, & digerantur per dies tres in B. M. dein diſtillentur ferè ad ſiccitatem, vſuique liquor diſtillatus reponatur.

VI-



### VIRES.

*INſervit menſtrui pro tinctura Epileptica paranda. Valet etiam in affectibus capitis, vt epilepſia, vertigini, & ſimilibus.* Doſis ad gr. xx.

## SAL VOLATILE VRINÆ.

℞. Vrinę pueri ſani vinum bibentis, recentis, magnam quantitatem, evapora ad mellis ſpiſsitudinem, & iniice in matrace longi colli cum ſuo capitello, commiſſuris benè lutatis ignem da, & prodibit ſal in capitello inſtar nivis ſeſe elevans, frigore coagulabilis, ſed leni calore fuſsibilis; diſtillatum rectifica per matracem, & habes ſal volatile, & ſpiritum.

### VIRES.

*COnvenit cum ſpiritu vrinæ per putrefactionem; vide* Cap. XIII.

## SAL CORALLIORVM.

℞. Coralliorum pp. q. v. diſſolve cum aceto diſtillato; ſolutionem filtra per chartam, & evapora igne arenæ in vaſe vitreo, vſuique repone.

### VIRES.

*COnvenit in depravata ſanguinificatione, aliiſque hepatis, ac cordis affectibus.* Doſis ad ℈j.

Eodem modo parantur ſalia in propriè ſic dicta, ex omnibus lapidibus, cornibus, oſsibus, cruſtaceis, & metallis.



UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN

## SAL CORALLIORVM PER CALCINATIONEM.

℞. Corallia, ac per biduum in furno figulino ad albedinem ſummam calcina, deinde ſolvantur in aceto diſtillato ſequenti loco tepido per octiduum, & rubeſcet ſolutio. Menſtruum abſtrahe lento igne ad ſiccitatem uſque, ſal hoc reſolve pluries in rore majali, filtra, & coagula, tandem ſicciſsimum ſal detine per tres ſeptimanas in cineribus calidis, vt maiorem acredinis ſuæ partem deponat. Convenit cum priori.

## SAL IOVIS.

℞. Cinerem ſtanni aperto igne ſine ſophiſticatione præparatum, ex illo extrahe ſal cum aceto diſtillato, digerendo ſupra ignem arenæ per duos, tres ve dies, ſæpe movendo, liquorem decanta: ſupra reſiduum, novum acetum diſtillatum adde, digereque ad extractionem, vt antea, iterumque liquorem decanta, idque repete ad tertiam, vel quartam vicem. Liquores filtra, & evapora in vaſo vitreo igne arenæ ad peliculam, tunc colloca vas in loco frigido per duos dies, cryſtallos ſepara, liquoremque, vt antea, evapora, idque repete ad extractionem totius ſalis in cryſtallos, quos ſicca, ac ſerva.

*VIRES.*

S*Ecretum eſt efficaciſsimum in ſuffocatione vteri, quam admiraculum compeſcit, tam intrinſecus, quàm extrinſecus adhibitum. Commendatur itidem extrinſecus ad omnia vlcera fœtida, fiſtulas, cancrum, & alia ſlviomena.* Doſis gr. ij. vel iij. ſeu iv. &c. *Repetitis vicibus.*

## SAL, SEU SACCHARVM SATVRNI.

℞. Ceruſſæ, vel Minij q. v. abſtrahe ſal cum aceto diſtillato, eodem modo quo de Iove.





*VIRES.*

I*Ntra corpus ſumptum frigiditate ſua libidinem, ac febres ardentiſsimas extinguit. Diſſolvit tumores duros, & ſcirrhoſos, applicatur commodè contuſionibus, confertque inflammationibus, & rubedini oculorum; in aqua roſarum, & euphraſia, vel cilijs quoque impoſitum.* Doſis ad gr. vj.

## ARCANVM DVPLICATVM MYNSICHT.

EXtrae ex capite mortuo aquæ fortis ex Vitrioli, & Nitri partibus æqualibus diſtillatæ, cum aqua tepida, ſal candidiſsimum. Hoc poſtea totum, & ſubtiliſsimè ſupra marmor tritum impone cucurbitæ lutatæ, & ſucceſsivè augendo, & continuando ignem, ad horas 12. ſecundi gradus, ſæpius agitando calcinetur, vt circa finem fundus cucurbitæ aliquo modo candeſcat. Et poſtquam omnia refrixerint, vitro rupto ſal eximatur, & denuò, vt antea ſubtiliſsimè teratur, & hic labor denuò ſecundò, & tertiâ vice, repetatur; & ſic verè præparatum eſt.

*VIRES.*

I*N melancholia, inſania, mentis alienatione, peſte, morbis epidemicis, febribus, &c. Secretum eſt.* Doſis à ℈ß. ad ℈j.

In defectu capitis mortui aquæ fortis, poteſt parari ex Nitri, & Vitrioli p. æq. ſimul diu, & ad ſummam rubedinem calcinatis.

Appellatur etiam Sal de Duobus, Nitrum Vitriolatum, Sal Sapientiæ, Sal Dulcis Holſatiæ, & Panacea Duplicata.

*** ***



UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN ®
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

## SAL, SEV LAPIS PRVNELLÆ.

℞. Nitri puri ℔.j. fundatur in crucibulo, ſuper injice paulatim florum ſulphuris ℥j. & vbi ſulphur deflagrarit, & nitrum erit ſolutum, effunde ſupra marmor, vſuique repone.

### *VIRES.*

*PRodeſt in angina, inflamationibus internis, febribus putridis, ac malignis, ſitim mirificè extinguit, ſi in ore ægrotus contineat.* Doſis ad ℈j. ad ʒj.

Appellatur etiam Nitrum preparatum, Nitrum tabulatum, Chryſtallum Minerale, Lapis Anodynus.

## SAL POLICRESTVM.

℞. Nitri puri, & florum Sulphuris anà p. æq. miſce exactè, detonaque per vices in crucibulo accenſo, mox ad auge ignem per horam, hinc diſſolve in aqua, filtra, ac criſtaliſa S. A. vſuique repone.

### *VIRES.*

*SEroſitates evacuat per ſeceſum, ac per vrinas.* Doſis ad ʒvi. *in liquore apropriato.*

## LAPIS IMPERIALIS.

℞. Nitri, Salis Gemmæ, & Sulphuris ana p. æq. liquefiant in vaſe terreo, & præcipitentur in lapide marmoreo, admodum lapidis prunellæ.

## ALIO MODO.

℞. Aluminis crudi ℥j. lique fiat in vaſe terreo, & adde pulveris ſalis ammoniaci, & ſalis gemmæ ana ʒß. ijs

lis



liqueſactis adde pulveris cinnamomi, & caryophyllorum aromatic. ana ℈ij. præcipitetur eodem modo.

### *VIRES.*

*Valet ad dentium dolorem, & vlcera oris.*

## NITRVM FIXVM.

℞. Nitri puri q. v. funde in crucibulo, ſuperinijce paulatim pulverem carbonum vſque dum non deflagret, calcina per horam, diſſolve in aqua, filtra, ac evapora S. A.

### *VIRES.*

*Obſtructiones aperit, vrinam ciet, &c. convenit cum ſale tartari.*

## SAL VITRIOLI.

Extrahe ſal S. A. ex cap. mortuo vitrioli in diſtillatione ſpiritus reſiduo.

### *VIRES.*

*VOmitorium eſt inſigne in epilepſia, alijſque cerebri ſymptomatibus, ex ventriculo ſurſum actis vaporibus ortis.* Doſis à ℈i. ad ℈ij.

Terra reſidua, corpus ex Anime, ſeu Terra vitrioli; prodeſt maxime in diarrhæa, & dyſenteria.

## GILLA VITRIOLI, SEV VITRIOLVM Vomitivum.

℞. Vitrioli albi q. v. diſſolve in aqua, filtra, & coagula: Repeto hoc ſecundo. Tertio diſſolve in aqua roſata, poſt filtra, & coagula S. A. Convenit cum ſale vitrioli paulo ante ſcripto. Doſis à ℈ß. ad ʒß.

SAL

UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

## SAL, SEV VITRIOLVM MARTIS RIVERII.

℞. Olei vitrioli, aut Sulphuris ℔ß. ſpiritus vini ℔i. ponantur in ſartagine ſerrea nova, & munda, & aſſere contegantur, intra 15. dies fiet per ſe ſalina concretio, quæ ſoli poſt modum exponenda eſt, vt exiccetur movendo interdum cum ſpatula ferrea. Sal hoc probè exiccatum in phiola vitrea benè opturata ad vſum ſerva.

*VIRES.*

O*Bſtructiones aperit, viſcera roborat, eorumque calidam intemperiem emendat.* Doſis ad gr. xx.

## SAL MARTIS SVBDVLCE SCHRODERI.

℞. Limaturam Martis, & irrora cum aceto diſtillato optimo, vt paſta inde fiat, quæ ſiccescat: Siccatum tere, ac irrora iterum, &c. idque repete multoties. Tandem effunde phlegma aceti, coque bulliendo, & filtra: humiditate in B.M. abſtracta, digere cum vini ſpiritu, cryſtalloſque pro vſu ſerva.

*VIRES.*

V*Im habet incidendi, & aperiendi, obſtructiones etiam contumaces viſcerum, & vteri mirifice reſerat.* Doſis ad ℈ß.

## SAL CACHECTICVM CHALYBEATVM.

℞. Salis prunellæ ℥iß & ʒij. Arcani duplicati ℥ji & ʒij. vitrioli Martis ℥j. terantur ſubtiliſsimè, & immitantur cucurbitæ vitreæ, hinc in arenę calore per gradus aucto aliquandiu ad rubedinem calcinentur, dando igne vltimo paulò fortiorem, vt liquentur in maſſam, fracto denique vitro eximatur, cum refrixerint omnia, lapis rubicundus, & pro vſu aſſervetur. Doſi ad ℈i.





## SAL AMMONIACVM, SIVE ARMONIACVM.

℞. Vrinę ſanorum ℔x. ſalis communis ℔ij. fuliginis ℔j. miſceantur, diſſolvantur, & evaporentur: hinc ſublimentur S. A.

*VIRES.*

V*Im diaphoreticam habet; precipuè in febribus maximè in febri quartana, putredini reſiſtit, &c.* Doſis ad ℈ß

## BORAX.

℞. Salis ammoniaci, nitri, ſalis tartari, ana ℥j. ſalis communis, & gummi arabici ana ℥ij. maſtiches, & aluminis rochę ana ℥ß. pulveriſatis affunde vrinam, vt diſſolvantur, filtra, ac coque donec materia in ſale concreſcat

*VIRES.*

I*N Medico vſu facit ad menſtrua, ac partum provocandum; fœtum mortuum pellendum, veneremque ſtimulandam.* Doſis ad ʒß.

## SAL COMMVNE DECREPITATVM.

℞. Salis communis q. v. iniice paulatim in crucibulo accenſo, ſemper crucibulum tegula tegendo, decrepitatione finita, repone in vaſe vitreo optimè obturato Tamen decet decrepitare illud, dum volumus eo vti

*VIRES.*

S*I parti poſteriori colli in ſacculis calidum adiungatur; poros aperit, & humiditates ſuperfluas capitis conſumit Etiam in officinis pro varijs praeparationibus inſervit.*



UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN ®
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

## CAPVT XV.

*De floribus, & ſublimatis, calcibus, ſeu calcinatis, & magiſterijs.*

### FLORES ANTIMONII, SEV MAGNESIA SAturnina Meteoriſata.

℞. Cucurbitam fictilem, tubulum, ſeu canalem habentem in latere, colloca in arena ſatis profunde, ſuper quam pone ollas quatuor, vel plures, per partes inferiores apertas, ſeſe inbicem excipientes: ollę ſuperiori ſuperpone capitellũ vitreum, cuius roſtro recipientem agrega. Ignem gradatim admove, vt cucurbita igniatur, & paulatim per foramen paulum ex miſtione ſequenti iniice: ℞. Antimonij pulberati ℔. j. arenę ℔ iß. foramen tege, & ſic viciſim, & paulatim materiam iniiciendo uſque ad finem repete. Si recte ignem rexeris, colliges triplices flores, ſcilicet, albos, flavos, rubros. Phlegma antimonij in appoſitum excipulum colligi poterit.

*VIRES.*

P*Vrgant omnes impuritates in ſtomacho, & inteſtinis exiſtentes, tam per vomitum, quam per ſeceſſum, vel in ſubſtantia, vel in infuſione cum vino facta exhibiti. Eorum vſus præcipuus eſt in hydrope, podagra, epilepſia, & catarrhis. Doſis in ſubſtantia eſt* à gr. ij. ad gr. v. *in infuſione* ad gr. viij.

### FLORES ANTIMONII PER INFERIORA tantum Purgantes.

SVblima pulverem emeticum, ſeu Mercurium vitæ, cum dupla quantitate ſalis fuſilis. Lava id, quod ſublimatum eſt, ſuperque illud aquam vitæ accenſam bis, aut ter combure. Doſis gr. vj. vel viij.

FLO-



### FLORES SVLPHURIS.

℞. Sulphuris communis groſsiter pulverati ℔j. immitte cucurbitæ vitreæ bene lutatæ, vel fictili, pone in arena, & appoſito alembico vitreo ſublima primum igne miti, poſtea fortiori, & videbis paulò poſt elevari flores in alembicum, qui repetitis ſæpe alternis alembicorum vicibus, ſtudioſè ſunt colligendi; hanc florum ſublimationem ſemel, atq; iterum reitera, ſi puriores deſideras.

Poſſunt etiam parari cum ſimilibus vaſis, quibus flores Antimonij ſublimantur.

*VIRES.*

P*Ropinantur in omnibus pulmonum affectibus, aſthmate, tuſsi antiqua, & recente, phtiſi, catarrhis in pectus deffluentibus, colica, pleuriſi, apoſtematibus, aliiſque affectibus, qui exiccatione opus habent.* Doſis à ℈i. ad ʒi.

### FLORES SVLPHVRIS BENZOINATI.

FIunt duobus modis: vel ſublevando alembicum omni hora, interea dum ſublimantur flores ſulphuris, & in cucurbita ʒi. pulveris Benzoini proiiciendo: vel collocando flores iam factos in patena terrea vitreata, incuius medio ſcutella terrea promineat, cui inditur ferrum incenſum igne, moxque iniiciuntur particulę Benzoini proiectio, donec ſit ſatis, quo facto teruntur flores ſulphuris cum floribus Benzoini exaggeratis, ſervanturque tamquam odoris iucundi, maiorumque virium

### FLORES SVLPHVRIS SACCHARATI Quercetani.

℞. Flores ſulphuris, miſce, atque ſublima cum ſaccharo candido.

Vi-

### *VIRES.*

M*Alus auxilium conferunt ad aſthma, alioſque affectus pulmonum, quàm vulgares.* Doſis ℈j

Glukradius miſcet flores ſulphuris cum ſaccharo candido vſuique ſervat, quia ex ſaccharo nihil ſublimatur, imò fœtor peſsimus floribus conciliatur.

## FLORES BENZOINI.

℞. Benzoini q. v. tere, & ollæ rotundæ impone, deinde clau de ollam duplici charta emporetica in modum manicæ Hippocratis convoluta, da poſtea ignem ad ſublimationem idoneum, floreſque niveos, ſæpius chartas novas mutando, collige.

### *VIRES.*

C*Onveniunt in aſthmate, ac tuſsi inveterata, aliiſque pectoris, ac pulmonum affectibus.* Doſis à gr. ij. ad gr. iv. *cum ſyrupo aliquo pectorali; tempore præſertim matutino.*

## FLORES LAPIDIS HÆMATITIS.

℞. Lapidis HÆmatitis ſubtilitèr pulverati p. j. Salis Ammoniaci pulverati p. ij. optimè miſceantur, & detineantur per dies tres; poſtea ſublima per alembicum in arena igne forti; Sp. Salis Ammoniaci egreſſus ſerva. Sublimatum (ſi placuerit) elautur aqua, filtretur per chartam, præcipitaque affuſione olei tartari per deliquium, donec aqua fiat alba, & clara, præcipitatum edulzora, ſic hebebis Flores Lapides Hęmatitis; Apellantur etiam Aroph Paracelſi, & Aroma Philoſophorum.





### *VIRES.*

*Sudores promovent, & obſtructiones aperiunt.* Doſis ad ℈j.
*Spiritus aperit, deobſtruit, menſtruaque provocat.* Doſis ad gr. xx.
Caput mortuum, pro tinctura Lapidis Hęmatitis adſtringente paranda, ſerva.

## FLORES SALIS AMMONIACI MARCIALES.

℞. Salis Ammoniaci ℔j. Limaturæ Martis ℔ß. miſce diligentèr, & ex cucurbita in arena ſublima S. A. vaſe refrigerato ſepara quod ſublimatum eſt, & miſce cum æquali pondere Limaturæ Martis, ac itetum ſublima.

### *VIRES.*

I*N quartana, melancholia hypochondriaca, & ſcorbuto inſigne ſudoriferum eſt, cruditatem ventriculi tollit, ac obſtructiones viſcerum reſerat.* Doſis à gr. iv. ad ℈ß.

## FLORES SALIS AMMONICI

℞. Salis Ammoniaci, & Salis Communis decrepitati ana p. ęq. ſublimentur S. A. conveniunt cum prioribus, ſed imbecilitèr. Doſis ad gr. xv.

## ENS VENERIS.

℞. Vitrioli optimi ad ſummam rubedinem calcinati, loti, & exiccati, & Salis Ammoniaci ana p. æq. ſublimentur in retorta vitrea optimè lutata igne nudo forti, altera, acque altera vice vſque quo rubicundum colorem, aut flavum acquirat, ſemper, cum ſuo capite mortuo, ſublimatum miſcendo; hinc ſublimatum ſerva.



ALERE FLAMMAM VERITATIS
UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

### *VIRES.*

*ANodynum eſt, prodeſt etiam in rachitide, & vermibus infantum necandis, ad obſtructioneſque aperiendas.* Doſis à gr. v. ad ℈ß.

## MERCVRIVS SVBLIMATVS CORROSIVVS.

℞. Mercurij in aqua forti ſoluti, vitrioli ad albedinem calcinati, & ſalis communis decrepitati ana p. æq. miſceantur exactè in mortario marmoreo, & ſublimentur ex cucurbita humili igne aperto gradato. Sublimatum ſerva.

## MERCVRII SVBLIMATI VERA PRÆPARATIO

℞. Mercurij vivi depuratiſsimi ℔ß. Vitrioli ad albedinem calcinati, & ſalis communis decrepitati ana ℔j. Subigantur cum modico aceti, exiccentur, & ſiccata terantur, & ſimul miſceantur in mortario lapideo tandiù donec Mercurius cum ſalibus in pulverem abeat. Tritam materiam injice in cucurbita cum capitello, & igne aperto gradato diſtilla ad horas 8. vel vſquequo Mercurius ſublimetur. Sublimatum collige, tere, eique adde vt antea novum Sal, & vitriolum, optime miſce, ac iterum, vt antea ſublima, idque tertia vice reiteretur, donec inſtar albiſsimorum cryſtallorum meteoriſetur. Hoc modo Mercurius Sublimatus paratus magis vſui Medico adaptatur, cum abſque malignitate ſit, & noxa; quàm ex nitro, aqua forti, &c. paratus. Mercurius ſublimatus comprobatur, ſi eidem gutta olei tartari per deliquium affundatur, vel cum ſale tartari confricetur, & fiat flavus; ſi verò nigricans, erit arſenico adulteratus. *Mercurij ſublimati comprobatio.*

Appellatur etiam Mercurius Meteoriſatus, & Draco fortificatus.

MER-



## MERCVRIVS DVLCIS.

℞. Mercurij ſublimati paulo ante deſcripti ℥viij. Mercurij vivi purificati, ſeu cum aceto, & ſale communi loti, & poſtea cum aqua loti, & ſiccati ℥vj. miſce exactiſsimè in mortario lapideo cum piſtillo ligneo, vt mercurius vivus non amplius appareat; injice in cucurbita vitrea humili, ſeu in phiola, & ſublima in arena dando ignem per gradus ad quatuor, vel quinque horas: idque repete ad tertiam, vel quartam vicem, ſemper pulverem rubrum in fundo, & album in vitri collum ſublimatum reijciendo, medium verò ſervando.

### VIRES.

*IN hydrope, peſte, pleuritide, podagra, icteritia, &c. miranda praſtat; ſanguinem enim purificando, & medullam in oſsibus rectificando, ſimul omnia noxia è corpore humano radicalitèr pellit. Inſuper vermes enecat, & omnia vlcera venerea, & ipſam luem veneream, cerebrique fluxiones potenter exiccat, & radicitus tollit.* Doſis à ℈j. ad ʒß.

Appellatur etiam Aquila Alba, Draco Mitigatus, & Panchymagogum Minerale.

MercuriusDulcis duodecies ſublimatus, & ſupra porphyriticum lapidem levigatus, mox in ſpiritu vini per dies 15. maceratus, & poſtea exiccatus, dicitur Panacea Mercurialis. *Panacea Mercurialis.*

Mercurius Dulcis ſexies ſublimatus à Turqueto de Mayerne Calomelas dicitur: qui poteſt inſervire pro Calomelanis Riverij, illum abluendo multoties aquis cordialibus, deinde aqua vitæ Juniperina ad digiti menſuram inbibendo, ipſamque comburendo, idque ter repetendo. *Calomelas Turqueti. Calomelas Riverij.*

## MANNA MERCVRII BEGVINI.

DIſſolve Mercurium (probè mandatum) in aqua forti: Poſtea aqua marina (qua deficiẽte accipe ſal marinũ



in

in aqua communi calida diſſolutum) præcipita: & ex cucurbita, per arenam diſtilla, ignem ſubfinem augendo, vt mercurius ad latera vaſis ſublimari poſsit. Vaſe refrigerato, fœcibus, in imo vaſis ſubſidentibus, abiectis, ſublimatum ſeorſim collige: & iterum in eadem aqua diſſolve, & diſtilla, vt ſupra. Habebis Aquilam Cœleſtem, nive candidorem.

### *VIRES.*

C*Vius vſus (antea aqua aliqua cordiali, vt roſata, vel alia ſimili lotam) in morbis venereis maximus. Purgat tantum per inferiora.* Doſis gr. x. ad gr. xv.

## RVBINVS ARSENICI DIAPHORETICVS.

℞. Arſenici q. v. ſublima bis, vel ter in arena, ſemperque ſepara pulverem ſubtiliſsimum, qui in cucurbita inſtar farinę volatilis adhæret, eſt enim arſenici venenum, partem cryſtallinam miſce exactè cum florum ſulphuris æquali pondere, & ſublima.

### *VIRES.*

S*Pecificus eſt in affectibus pulmonum, ex craſsis catarrhis. Datur quoque ad ſudorem elendum in morbis malignis, & venenatis.* Doſis à gr. iv. ad gr. viij. *Extrinſecus ſi adhibeatur, curat omnia vlcera maligna curatu difficilia.*

## CINNABARIS OFFICINARVM, SEV Artificialis.

℞. Sulphuris communis ℥iij. vel iv. huic liquefacto infunde Mercurij vivi ℔j. ſpatula lignea benè agitando incorpora, donec Mercurius à ſulphure planè conſumptus videatur. Poſtea maſſam refrigeratam tere ſuper marmor, atque ſublima ex ſublimatorio lutato, igne primò leni, dein auctiori, &c. primò aſcendit fumus citrinus, paulatim rubeſcens. Quando itaque fumus nigro rubeus aſcendere incipit, vrge [illegible]



violentiſsimo horas 4. vel 5. & ſublimabitur cinnabaris, ad hæreſcetque lateribus, quam exime, reiectis fœcibus in fundo, & capitello.

### ALITER:

℞. Sulphuris ℥iij. Mercurij. ℥iv. miſce vſque quo Mercurius non amplius appareat, ac ſulphur aliquantulum eflagare ſine, vt pulvis remaneat niger; hinc ſublima ſemel, ac iterum, vt cinnabarim nanciſceris rubeam.

Fundamentum huius pręparationis eſt hoc: Acidum ſulphuris in igne corrodit mercurium, eumque ſecum vnit, & in altum evehit, vt ex inde ſale concreſcat corpus cinnabarinum. Hoc modo fieri cinnabarim, patet inde, quia beneficio alkalium, aut cum limatura martis ex cinnabari reſuſcitari poteſt mercurius vivus, ſi, ſcilicet, cinnabaris cum alkalibus diſtilletur, quatenus alkalia abſorbent acidum ſulphuris, inde mercurius à compedibus acidis ſolutus in forma viva ſe ſiſtit.

Præparatio Cinnabaris Artificialis ducit nos in cognitionem Cinnabaris Nativę, *quæ nil aliud eſt, niſi terra mineralis lapideſcens, rubicunda conſtans ex ſulphure, & Mercurio vivo cum terreſtri materia inſtar lapidis, compacti; Eligenda, quæ gravida Mercurio, & ſulphure præſtantioribus.* *Cinnabaris Nativa.*

Ante quam veniat in vſum prius depurari debet, cum plerumque nonnihil de ſulphure arſenicali eidem adhæreat terra ſymptomata. Modum optimum illam depurandi oſtendit Hoffmannus in Clave: Cinnabaris nativa pulveriſata coquitur aqua puriſsima in tigillo alembicato, vt fumus metallicus in auras evaneſcat, hæc coctio ſæpius iteranda, & pars ſubtiliſsima ſupernatans à ſcorijs ſeparanda eſt. Poſteà in vas argenteum infunde, accenſo ſpiritu vini ſæpius ſuperfuſo, & vſui reſerva. Cinnabaris hæc ita depurata vix cedit cinnabari antimoniali, quæ eſt omnium prętantiſsima, cum ſulphur antimonij ſit naturæ ſolaris. *Cinnabaris nativæ præparatio.*

Ff 3 r I-

### *VIRES.*

*CInnabaris quamvis per ſe non ſit diaphoretica, tamen alijs addita vim illorum diaphoreticam exaltat, & promouet; polychreſtum enim exaltatorium, & præſentiſſimum, ac ſecuriſſimum alexiterium eſt, egregium temperatiuum, reſolutiuum, & anodynum remedium. Hinc non ſolum à Recentioribus, ſed etiam à Veteribus Cinnabarina fuerunt commendata non ſolum in epilepſia, ſed in alijs morbis conuulſiuis, iiſque tam internis v. g. colica virorum, paſsione hyſterica, in morbillis, & variolis, ante ſui eruptionem cum epilepſia coniunctis, quàm partium externarum morbis ſpaſmodicis. Extrinſecus adhibetur ad ſanandam luem veneream, & ſcabiem in ſuffimentis.* Doſis ad ℈j.

## CINNABARIS ANTIMONII; ET EIVS Butyrum.

℞. Antimonij puriſsimi, & Mercurij ſublimati corroſivi ana p. æq. miſce exactè in mortario lapideo, & diſtillentur per retortam vitream ex arena, igne primò mediocri: ſic liquor, ſeu Butyrum Antimonij inſtar glaciei egreditur, qui ſi concreſcat in collo, ne id obſtruat, admove cautè carbonem, vt liqueſcat, & vſui ſerva. Ignem fortitèr auge horis aliquot, ſeu vſque quo videas cinnabarim collo retortæ adhærentem, quam collectam ſublimatione vna, ac altera purifica.

*Butyrum Antimonij.*

### *VIRES.*

*CInnabaris valet, ad ſudorem in morbo gallico, lepra, elephantiaſi, alijsque ſimilibus contumacioribus morbis provocandum. Datur etiam in epilepſia puerorum cum æquali pondere cranij hominis non humati pp. perlarum, &c.* Doſis à gr. iij. ad ℈ß.

*Butyri Antimonij vſus per ſe eſt externus ſolùm, in gangrænis,*



*& ſphacelo, in quibus ſi pars mortua illinitione huius butyri circumlinatur, non ſerpit vlterius putredo, ſectioque fœlicius peragitur. Simili ratione carbunculus peſtilentialis butyro hoc circumlitus, paulatim emoriendo excutitur, adeòque aptus redditur, qui poſtmodum emplaſtris alijs obedlat.*

Appellatur etiam Oleum Glaciale, Oleum Mercurialo Antimonij, & Liquor Gummoſus.

N. Si mayorem copiam Butyri, quam Cinnabaris deſideras, maſſam ante diſtillationem, in humidum locum per triduum repone.

## MERCVRIVS VITÆ.

℞. Butyri, ſeu Olei Antimonij Glacialis præcedentis q. v. rectifica in retorta igne arenę; liquore diſtillato affunde aquam, ac ſtatim pulvis albus præcipitabitur, qui abluatur donec nullam amplius acrimoniam ſapiat, deinde exiccetur.

### *VIRES.*

*TOtius corporis, & præcipuè primæ regionis humores noxios, per ſeceſſum, ac vomitum expurgat. Vſuſque inſignis eſt in peſte, capitis morbis, lue venerea, ulceribus malignis, febribus, arthritide, hydrope, vbi, & vt plurimum ſine vomitu operatur ob acidoſalſas aquoſitates in hydropicis abundantes, cum ſalia acido volatilitatem purgantium figant, itaut ſaltem per inferiara purgent.* Doſis à gr. ij. ad gr. iv. *eandem Doſim macerari licet in hauſtu vini, eumque filtratum exhibere.*

Præterea Angelus Sala in ternario bezoard. cap. 23. Mercurium vitæ in partu difficili deſperato tanquam maximum commendat remedium his verbis: *Et in continenti quando nauſeare, & vix movere cœperit, facultas expultrix ad expellendum fœtum ſimul calcar accipiet. Nec abhorrearis à tali medicamento, eo ipſo enim plurimis in acie novaculæ quaſi conſtitutis, hoc in caſu præ-*

*preſtò fui, æquè delicatis, quibus nulla ſpes ſuperſtes erat, quàm robuſtis, & paganis, vt vndequaque bariolari quis poſſet: quinimò fœtum ſemiputridum ſæpè, & ſecundinam biduum, vel triduum poſt partum relictam beneficio iſtius, ſalva matris vita diſcedere fecimus. Mercurium vitæ ergò quilibet Medicus hac in parte optimæ de nota commendatum ſibi habeat, &c.*

Billichius etiam lib. 2. cap. 14. obſer. & paradox. chym. in partu difficili triduano felicisſimum eius vſum expertus eſt. Tachenius in Hipot. chym. cap. 24. p. m. 232. inquit: *Mercurij vitæ 7. grana cum vino hauſta vomitum, atque ſeceſſum movens, in difficili partu divinum ſanè refugium.*

Appellatur etiam Pulvis Angelicus, Pulvis Algarroth, Pulvis Emeticus, & Aquilla Alba: ſed nota, quod Aquila Alba appellatur etiam Mercurius Dulcis.

## SPIRITVS VITRIOLI PHILOSOPHICVS, SEV Cohob Antimonij ex Hartmano.

℞. Aquam, qua Mercurius vitæ edulcoratus eſt, & filtra per chartam, hinc in B. M. evapora donec apparere incipiat liquor flavus, & acidus. Liquor hic eſt ſpiritus vitrioli Philoſophicus, qui per retortam à terreſtri materia rectificari poteſt.

### *VIRES.*

P*Otioris eſt virtutis, quàm, qui vulgari modo conficitur: Medetur febribus, luem veneream mitigat, lienem, & venas miſeraicas ſolvit, ventriculum debilitatum, & à phlegmate craſſa infarctum confortat. In melancholia hypochondriaca, epilepſia, omnibuſque affectibus capitis mirè prodeſt. Extrahuntur, & eius miniſterio Tinctura mineralium; Corallia & Perlæ diſſolvuntur. Idem acuatus ſpiritus ſalis ſolvit Aurum.* Doſis à gr. iij. ad gr. x.

***

MER



## MERCVRIVS VITÆ CORRECTVS.

℞. Mercurium vitæ, in phiola igne arenæ fove, donec rubere inceperit, poſtmodum vini ſpiritum ſæpius ab eo abſtrahe.

### *VIRES.*

P*Vrgat ſat commodè per alvum, impuritateſque quaſcumque educit.* Doſis à gr. iv. ad gr. vj.

## MERCVRIVS VITÆ CATHARTICVS.

℞. Mercurium vitæ, ac cum ſale communi, aliquoties, diutiuſque tere, & ſalſedinem poſtea per aquam communem ablue; ſic ſolam vim per ſeceſſum purgandi obtinet. Doſis ad gr. vj.

## SVCCINVM ANTIMONII, SEV VITRVM EX Mercurio vitæ.

℞. Mercurij vitæ q. v. abſtrahe per retortam partes minus fixas, reliquum fundatur igne forti in vitrum, quod tranſparens opacum, vel ſi diutius in igne contineatur, hyacinthinum evadit.

*Abſtracta ex eo tinctura cum aceto diſtillato, decantata, & exiccata, ſudorem movet.* Doſis gr. ij. vel iij.

## REGVLVS ANTIMONII.

℞. Antimonij crudi ℔j. Tartari crudi ℥ix. Nitri purificati ℔ß. pulveris carbonum ℥j. pulverentur, & miſceantur. Dein colloca crucibulum inter prunas accenſas, vt candeat. Tunc injice cochlear pulverum, & ſtatim operc donec fumus ceſſet. Poſtea amoto cooperculo, novos pulveres injice, & claude: ad finem vſque ita continuando. Tandem da ignem fuſionis, & crucibulum move, vt regulus fundum petat. Cruci-

UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

cibulo ſrigefacto regulum à fœcibus ſepara, & ſerva.

### *VIRES.*

*FOrmatur in globulos parvulos, qui deglutiti in iliaca paſſione auxilium ferunt: item formantur ex eo vaſcula, quibus ſi vinum ad* ℥vj *& per horas ſex, vel octo in iis relinquatur, præbent vinum ſuaviſſimum per ſuperiora, & inferiora ſuaviter purgans.*
In deffectu vaſculorum poteſt infundi regulus.

## SVLPHVR AVRATVM, SEV AVRVM Medicorum.

℞. Scorias, ſeu fœces Reguli prædicti, eaſque reduc in lixivium per ebullitionem in aqua; lixivium id calidè per chartam emporeticam traijce, eique frigefacto adde aceti diſtillati q. ſ. vſque quo præcipitetur ſulfur, lixivium per inclinationem ſepara, crocumque reiteratis multis ablutionibus dulcoratum, & ſiccatum ſeorſim collige, & ad vſum ſerva.

### *VIRES.*

*HOc inſigne eſt diaphoreticum, & ſanguinis mundificativum, multis morbis depellendis aptiſſimum, ſi in conveniente liquore exibeatur.* Doſis à ℈ß. ad ℈j.

## REGVLVS MARTIALIS.

℞. Ramentorum Martis ℔j. appone in crucibulo ſupra ignem, donec incipiant liqueſcere, poſt adde Antimonij pulverati ℔ij. fluant, & Regulus fundum petet dum ſulphur Antimonij arripit Martem in ſcorijs ſuperficietenus detentum. Regulus hic ſi aliquoties fundatur, & in fuſionibus aliquid de Nitro, & Tartaro inijciatur, & à ſcorijs ſeparetur, tandem ſtellam inſtar ſolis radiantis contrahit, hinc Regulus ſtellatus dicitur.

CRO-



## CROCVS METALLORVM, SEV HEPAR Antimonij.

℞. Antimonij, & Nitri ana p. æq. pulveriſentur, igneantur, & calcinentur per quadrantem horæ: crocus à ſcorijs ſeparetur, & aqua calida eluatur, vſuique ſervetur.

### *VIRES.*

*COnvenit in melancholia hypochondriaca, ſanguine grumoſo, vertigine, epileſia, ac hydrope.* Doſis à gr. v. ad gr. x.

## PVLVIS EMETICVS ALEXANDRI Quintillij.

℞. Hepatis Antimonij optimè loti ℥j. præpara S. A. ſupra prophyritem aqua roſata humectando, & exicatum in matrace vitreo inijce, eique affunde ſp. vini ℥iij. digere per dies tres: deinde in vaſe vitreato accende, & ſpatula ad extinctionem ſpiritus agita, exiccatumque vſui repone. Doſis à g. vj. ad gr. xx.

## CROCVS METALLORVM RVLANDI.

℞. Antimonij electi, Nitri puri, & ſalis communis ana p. æq. eaque minutiſſimè, ſeorſim trita, & commixta in crucibulo, luto probè munito pone ita tamen, vt in ſuperficiei medio, aliquod foramen parvulum relinquatur, per quod arſenicales, & venenati ſpiritus exhalare queant: hinc in furnum venti collocentur, ignemque ſuiorium accedatur, & ſi liber, follis etiam miniſterium adhibeatur, vt in catino ſufficienter fluant, tandiu continuando, quandiu fumus per foramen illud in ſuperficie relictum aſcendat. Quando omnes ſpiritus fumantes evanuerunt, ignis prope

ad

ad quadrantem horæ fortiter adaugeatur, dein crucibulum eximatur, infrigidatumque aperiatur, & invenietur Antimonium in fundo ſicut Regulum, quod à ſalibus malleo detruncetur, atque in pulverem teratur, qui inſtar Cinnabaris rubicundiſsimus, & in Medicina vtiliſsimus eſt.

### *VIRES.*

*Valet in omnibus febribus præcipuè intermitentibus, peſtilentibus, &c. Doſis ad ℈ß. plus, minuſve, cum aqua cardui benedicti, aut alio convenienti liquore, à Rulando Aqua Benedicta, appellato.*

## VITRVM ANTIMONII HYACINTINVM.

℞. Antimonij puri q. v. pulveretur, & calcinetur in vaſe figulino amplo, ac lato, non vitreato, continuo ſcilicet materiam rudicula movendo, ne concreſcat, quod ſi id præter ſpem evenerit, denuo pulverizari oportet. Deducendus eſt hic labor, igniſque augendus, vel in tantum, vt vas paulatim igneatur, materiaque cinereum, ſeu gryſeum acquirat colorem, nec fumum, (à quo diligenter cavendum) amplius emittat. Calx iſta in crucibulo bene, & ſatis fuſa, (quod immiſſo ſtyllo ferreo experiri licet) effundatur in tabulam lapideam, vt in vitrum habeat. Vitrum ſi adhuc nigrum, ac opacum fuerit, reiteranda eſt fuſio donec pellucidum, ac hyacinthinum colorem nanciſcatur. In qua fuſione, ſi ſulphur citrinum miſceatur, vitrum rubeſcit.

### *VIRES.*

*Humores craſſos, viſcidoſque eijcit, in ventriculo, viciniſque locis ſuperfluos, idque per vomitum, ac per alvum. Venenis quoque in peſte reſiſtit, præcipuè ſi cum aceto propinetur, quippe hac ratione, & ſudorem eiet. Vtile*



*vtile quoque eſt in febribus putridis, ac malignis, hydrope, &c.* Doſis à gr. j. ad gr. iv.

Vis emetica vitri Antimonij corrigitur digeſtione cum puro ſpiritu aceti, donec menſtruum ſublimi tinctura ſaturatum conſpiciatur, tum modice liquorem omnem abſtrahe, & pulverem reſiduum flavum, aut rubicundum, cum ſpir. vini benè dephlegmato digere, brevi poſt tempore tincturam obtinebis nobilem, & omni vi emetica privatam, quam, vt Vaſilius Valentinus 5. vel 6. gut. doſi præſcribat quidam tamen referente Boyleo quantitate 30. gut. aſſumpta, vomitum nullo modo expertus eſt.

## ANTIMONIVM DIAPHORETICVM, SEV LAC Antimonij.

℞. Reguli, ſeu Hepatis Antimonij ℔j. Nitri rectificati ℔iij. pulveriſa, ac miſce: hinc detona viciſim in crucibulo accenſo inter prunas collocato; detonationibus finitis, detineantur igne violento per integram horam: deinde diſſolvatur materia in aqua ſerventi in vaſe vitreato. Liquor lacteſcens, detinendo momentum, vt partes regulinæ indiſſoluviles ſubſideant, in alio vaſe decantetur: & ſic ad totalem ſubtilium partium calcis antimonij extractionem procede. Aquæ omnes iunctæ detineantur, & dum pulveres ſubſideant, aquam claram per decantationem abſtrahe, Calx iterum, atque iterum nova aqua pura, vſque quo inſipida appareat elue: hinc exicca, vſuique cautè cuſtodito.

### *VIRES.*

*Corruptioni reſiſtit, ſanguinem mundificat; adverſus omnes obſtructiones hepatis, lienis, meſenterij, aliarumque partium internarum, retentionem menſium, cachexiam virginum, hydropem, melancholiam hypochondriacam, luem veneream, vlcera tàm interna, quam externa, ſcabiem, &c. Conducit. Confert etiam in febribus ma-*

*malignis, exanthematibus, & variolis; rumpit interna apoſtema, verùm non ſubitò, ſed paulatim operationes ſuas exercet.* Doſis ad ℈j *Externus cum æquali pondere Draconis Mitigati mira præſtat in vlceribus putridis, præcipuè venereis, acidum corroſiuum abſorvendo.*

Audiamus Gervaſium: Antimonium Diaphoreticum; & Vezoardicum Minerale in radice vnum, idemque ſunt remedium, tantummodò in hoc diſtincta, quòd duplici via præparentur, primum ſcil. in forma ſicca; ſecundum in humida paratur. Ambo tamen nihil aliud ſunt, quam regulus Antimonij, ſeu ſubſtantia Antimonij Mercurialis ab acido nitri ſoluta, huiuſque acidi adhæſione fixata; adeòque ex Regulo Antimonij Mercuriali, quaſi ſubiecto alkalino, & acido nitri emergit concretum tertium ſalſum fixum, indeque diaphoreticum, in receſſu ſimul ſulphureum, cum acidum nitri ſorbeat ſimul regulo Antimonij ſociatum ſulphur, idque figat, hincque emergit vis temperandi omne acre præternaturale in corpore alkilinum pariter, ac acidum, ſecundò ſudorem expellendi, non vt reliqua ſudorifera craſſos humores attenuando, & reſolvendo, ſed fermenta morbifica figendo, & præcipitando, quo facto vis Archei tumultuans ſedatur, & illud, quod moleſtum eſt, per ſudorem, vel vrinam ex lympha, aut maſſa ſanguinea exterminat. Confer Hoffmanum in clave. At dices, Crocus Metallorum catharticus etiam paratur cum nitro? Reſpondeo ſumi ibidem p.j. nitri, contra pro Antimonio Diaphoretico conficiendo partes tres: adeòque quando pro croco parando pars vna nitri ſubdetonatione à ſulphure antimonij incéditur, deflagrat illud, & alkaliſatur, hinc alkali hoc non nihil aperit antimonium, & vires eius catharticas in apricum reducit: contra dum Antimoniũ crudum tractatur cum triplo nitri, non poteſt tota nitri copia Incendi, ſed integrum ex parte manens, mediante acido ſui ſpiritus rodit regulum, abſorbetque ſulphur, & ita coit in ſalinoſum tertium temperatum, & diaphoreticum. Huc vſque Gervaſius.

NI-



## NITRVM ANTIMONIATVM.

℞. Aquas illas, quibus Antimonium Diaphoreticum, ſeu Hepar Antimonij lavaſti, filtra per chartam, & evapora ad peliculam, ac loco frigido, vt cryſtalli formentur repone; hinc liquorem decanta, iterumque ad peliculam evapora, & vt antea ad criſtallos formandos colloca, idque vſque ad finem repete: cryſtallos omnes iunctos ſicca, ac repone.

### *VIRES.*

P*Rodeſt in febribus malignis, hydrope, lue venerea, &c.* Doſis à gr. v. ad ℈ß.

## ANTIHECTICVM PETRI POTERII.

℞. Reguli Antimonij ℥iv. Iovis ſelecti ℥v. fundantur, vt in vna veniant: hinc miſtio hæc refrigerata pulveretur, & cum triplo nitri miſceatur. & in crucibulo accenſo inter prunas impoſito detonetur, vt de Antimonio Diaphoretico dictum, & dum ſtat miſtura in fuſione, agitetur cum bacillo ligneo, vt flamma eructet, & ſub hac ſulpure Iovis ſuperabundante evolante candidum acquiratur Antihecticum, & tutum vſurpetur ſine omni periculo vomitionis, quia communiter cœruleſcit, ſed malè; hic enim color cœruleus oritur à ſulphure Iovis nondum fixato. Poſtea edulçoretur eodem modo, quo Antimonium Diaphoreticum.

### *VIRES.*

P*Rodeſt in phthiſi, aliiſque pulmonum, hepatis, & vteri affectibus purpuraſ, febribus ardentibus, & malignis.* Doſis ad ʒß.

Ex aquis, quibus abluiſti Antihecticum, cryſtalliſatis vt de Nitro antimoniato dictum, habes Nitrum fixum

UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

fixum Alkalinum, in obſtructionibus, menſium ſupræſsionibus, hydrope, &c. vtile. Doſis ad ℈j.

## CERVSSA ANTIMONII SALÆ.

℞. Reguli Antimonij clari, & electi ℥j. Nitri puri ℥iij. Hæc duo ſimul in pulverem redacta impones exiguæ ollæ terreę benè vitreatæ, quam ſuprà carbones candentes collocabis ſine vllo operculo, folle ipſi aliquantis per inſufflando, vſque dum nitrum liqueſieri incipiens ignem ſulphuri reguli intrinſeco communicet: vtroque ſimul combuſto, videbis materiam candidam factam eſſe inſtar lactis. Hinc in promptu habeas aliam fictilem ollam, aut æream pelvim, cui ſeſquilibra aquæ pluviæ inſit, aut paulò plus: illique dictam ita calentem materiam velociter injicies, movendo diligentiſsimè rudiculà aliquà: ac demum patere pulverem hunc in fundo reſidere, poſteaque aquam hanc ſeparabis ab ipſo pulvere inclinando vas ad latus, quam ad alios vſus ſervabis. In ſubſidente autem hoc pulvere plerumque grana aliquod reguli lipuefacti remanent, quos à dicto pulvere ſeparare debes, crebrò repetitis ablutionibus affuſa, nempè ſufficienti copia aquæ: & movendo eam, donec planè turbida, limoſaque appareat: atque effundendo eam per inclinationem in aliam peluim, quod aliquoties reiterando pulvis exibit vna cum aqua, & regulus manebit in fundo ſeparatus hoc modo pulvis reſideat in fundo aquæ; effuſaque aqua reluatur tamdiu, donec nulla ſalſedo amplius ſe offerat, & aqua, quæ effundatur, planè inſipida ſit. Hinc ſiccetur pulvis in Sole, aut potius lento igne in patenti ſcutella, & videbis eum candidiſsimum factum lactis inſtar, necnon levem fere vt Amylum.

### *VIRES.*

*DEſiccat, & moderatè adſtringit, & è converſo aliquo modo abſtergit, & aperit; idque ratione ſalſuginis alicu-*



*aliculus, quam à nitro retinuit. Non ſolum autem in affectibus externis vſum habet, ſed etiam intrò aſſumi innoxie, imò cum maxima vtilitate poteſt; præſertim in curatione inveteratarum vlcerum, ſcabierum, aut puſtularum pertinacium quæ ob maximam humiditatem ſanari non potuerunt propinando tribus, aut quatuor ſeptimanis continuis infraſcripta, inſuper accommodata diæta, mirum quantos edat effectus ſupra omnes potiones ex decoctis ligni guaiaci, ſarſa parrillæ, chinæ, aut aliorum vulgarium remediorum, quæ in hunc finem vſurpare conſueverunt. Doſis eſt, ſi intrò ſumatur à ℈ß. ad ʒß. mane 4. aut 5. horis antè prandium in vino albo, vel permixto ſacchare in forma manus Chriſti.*

*Aqua, aut prima lotura huiuſce pulveris vtiliſsima eſt in lotione adverſus ſcabiem, & prurriginem, itemque ad lavanda, mundificandaque ſordentia vlcera: ad ſedandos (nempè ſi calefacta cum linteis applicetur) dolores arthriticos calidos, ad reſolvendos tumores ab humoribus calidis, & ſubtilibus ortos.*

## CERVSSA ANTIMONII DIAPHORETICA.

CEruſſam Antimonij ſi denuo cum ſale nitri calcinaveris, vel ſine fuſione ad citrinum colorem reverberaveris, planè fit diaphoretica, & citra nauſeam eaſdem fere operationes, & quidem maiori cum fructu operatur. Doſis eſt eadem.

## BEZOARDICVM MINERALE

℞. Butyri Antimonij rectificati ℥iv. affunde guttatim ſpiritus Nitri rectificati ℥iv. abſtrahe deinde ſpiritum Nitri igne arenæ, iterumque affunde ſpiritus Nitri ℥ij. evapora ad ſiccitatem: præcipitatus hic poſtea calcinetur per ſeſquihoram, teratur, abluatur, & ſervetur.

***



UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

### *VIRES.*

M*Agnum eſt alexiterium, ſaluberrimumque remedium Bezoardicum, quod ſudores provocat & magnos effectus monſtrat in omnibus peſtilentialibus, & venenatis affectibus.* Doſis à gr. vi. ad ℈ß. & vltra.

Appellatur etiam Antimonium Diaphoreticum Crollij, ſeu Bezoardicum Minerale ſimplex, ſeu Bezoardicum Officinarum.

## BEZOARDICVM SOLARE CROLLIANVM.

℞. Butyri Antimonij ℔ß. ſolue affundendo ſenſim ſpiritum Nitri. ℞. Auri fini ℥ß. ſolue in aqua regia. Vtramque hanc ſolutionem claram confunde, abſtraheque menſtruum gradatim, abſtractum iterum affunde, cui adde ſpiritus Nitri novi ℥j. abſtrahe, idque repete aliquoties. Calx hæc edulcoranda, & ignienda eſt.

### *VIRES.*

V*Ires huius Bezoardici ſummis Crollius effert laudibus in lue venerea, peſte, podagra, hidrope, febribus, obſtructione lienis.* Doſis à gr. iij. ad gr. viij.

## BEZOARDICVM LVNARE.

℞. Butyri Antimonij cum ſpiritu Nitri ſoluti ℥j. Lunę finę in aqua forti ſolutæ ʒj. vtraque ſoluta coniungantur, & ter cohobando ad ſiccitatem per alembicum diſtillentur: Relicta maſſa in crucibulo calcinetur aliquot horarum ſpatio.

***





### *VIRES.*

S*Pecificum eſt in omnibus capitis, ac cerebri affectibus.* Doſis à gr. iv. ad ℈ß.

## BEZOARDICVM MARTIALE.

℞. Croci Martis per reverberationem parati q. v. extrahe tincturam cum Butyro Antimonij, dein fige per ſpiritum nitri more ſolito.

### *VIRES.*

E*St ſpecificum in omnibus fluxionibus ventris, præſertim ab hepate originem capientibus.* Doſis ad ℈ß.

## BEZOARDICVM IOVIALE.

℞. Reguli Antimonij ℥iij. Iovis Anglici puriſsimi ℥ij. liquefiant invicem, & redigantur in pulverem ſubtilem, addanturque Mercurij ſublimati ℥x. quæ omnia inter ſe mixta, & retortę immiſſa, diſtilla, Butyrumque diſtillatum inde cucurbitæ, & diſtillando omnem humiditatem abſtrahe, & tantum adde ſpiritus ſalis nitri, quantum pondus exempti pulveris requirit, & ex arena vſque ad aridum diſtilla. Iterum exime, in pulverem redige, & abſtractum liquorem vna cum ℥ij. ſpiritus nitri recentis ſuffunde, & ſecunda vice, vt prius, ad ſiccitatem vſque abſtahe. Album pulverem denuò exime, quam minutiſsimè tere, & liquorem diſtillatum cum alijs ℥ij. ſpiritus nitri affunde, & tertia vice diſtilla. Tum demum exemptum, & trium pulverem ſigillo immite, & ad ignem duas, vel tres horas ſine excandeſcere, & poſtea ad vſum repone, in ſpiritu vini prius extinctum, & exiccatum.



UNIVERSIDAD AUTONOMA
DIRECCIÓN GENERAL DE B

## *VIRES.*

D*iaphoreticum eſt inſigne, & efficaciſsimum ſecretum in omnibus, & ſingulis matricis ægritudinibus, aliiſque mulierum morbis quam plurimis. In febribus, peſte, ſcorbuto, morbis epidemicis, & omnis generis imbibito lethali veneno, et etiam in omnibus caſibus, in quibus Bezoardicis, & ſudoriferis eſt locus.* Doſis à gr. iij. ad gr. vj. *In aqua Theriacali, vel de cornu Cervi, aut ſimili.*

## TVRPETVM MINERALE.

℞. Mercurij purificati q. v. olei vitrioli, vel ſulphuris rectificati duplum, miſceantur in phiola, & digerantur in arena ad mercurij diſſolutionem, deinde diſtillentur ad ſiccitatem per retortam, cum tribus cohobijs vltimò igne vehementi, dum retorta candeat. Maſſam albam exime, & ter cum aqua calida ablue, donec præcipitatum videris verſum in pulverem flaviſsimum, ſuper quem ſpiritum vini ter accende.

## *VIRES.*

I*N expurganda lue venerea præſtantiſsimum eſt medicamentum purgans per inferiora, ac ſuperiora, ſed non niſi robuſtioribus exhibendum.* Doſis à gr. iv. ad gr. vj. *Externè in vlceribus Gallicis ſi vnguentis permiſceatur, mira præſtat, exiccat enim, & malignitatem corrigit.*

## ARCANVM CORALLINVM.

℞. Mercurij purificati ℔ß. ſpiritus Nitri ℔ij. miſceantur, & diſſolvatur in retorta vitrea, mox diſtillatis cum tribus cohobijs, arcanum in fundo manens exiccetur igne forti,



forti, mox abluatur aqua tepida, vſque quo aqua inſipida appareat, exiccetur, & infundatur ſupra eum ſpiritus vini ad eminentiam duorum digitorum, digerantur per diem, hinc accendatur ſpiritus, exiccatum reponatur.

## *VIRES.*

M*Agnum eſt ſecretum in lue venerea, hydrope, ſcabie, podagra, cancro, vlceribus, &c.* Doſis à gr. iv. ad ℈ß.

## LACERTA VIRIDIS.

℞. Mercurij vivi purificati ℥iv. diſſolvatur in ℥vj. aquæ fortis, vel ſpiritus nitri; veneris limati ℥ß. diſſolvatur in eodem liquore, quo diſſolutus fuit mercurius: poſtea coniunge, ac abſtrahe per arenam vrgendo in fine ignem, vt maxima pars ſpiritus tollatur. Præcipitatum tere, ac digere cum aceto diſtillato per dies duos in B. M. vltimò fac bullire, vt puriſsima pars mercurij ſolvatur in aceto, poſtea decanta, & iterum, vt antea, cum aceto diſtillato digere, & ſic procede ad totalem extractionem tincturæ cœruleæ, ſolutiones iunge, ac evapora ad ſiccitatem vſque, ac ſerva.

## *VIRES.*

E*St ſpecificum in gonorrhæa virulenta, quam nimiam tollit, in ſufficientem promovet, ideòque ſingulis diebus continuandus eius vſus eſt, donec omnis fluxus ſedatus ſit.* Doſis à gr. ij. ad gr. vj.

Appellatur etiam Mercurius Præcipitatus Viridis, ſeu venereus.

## AVRVM FVLMINANS, SEV SCLOPETANS.

℞. Auri laminati, & in fruſta inciſi q. v. diſſolve, digerendo in aqua regia: ſolutioni infunde guttatim bo-



UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS ®

bonam quantitatem olei tartari per deliquium, donec ſolutio clara,, & alba evadat, ſic precipitabitur aurum inſtar limi, cuius elue ſalſedinem aqua communi, calcemque auri calore hypocauſti leniſsimo exicca, vel ſponte ſua exiccari permitte.

*VIRES.*

S*Vdores cit, & obid humores malignos eijcit.* Doſis gr. iij. vel iv.

N. Aurum hoc fulminans cautè tractes, ne flammam concipiens detrimentum inferat, concipit enim promtiſsimè, ac deorſum vergens, quicquid ſubſtratum, non ſine adſtantium periculo, in fruſtilla diſijcit. Lævigaturus itaque memento ſingulis vicibus parum ſumas, non ferro, ſed ligno agitando.

MERCVRIVS DIAPHORETICVS, SIVE Æthiops Mineralis.

℞. Mercurij purificati cum aceto, & ſale, & aqua edulçorati, & exiccati, florum ſulphuris ana p. æq. miſceantur exactiſsimè in mortario marmoreo vſquequo mercurius non amplius appareat, hinc in vaſe terreo accendatur, vſuique reponatur.

ALIO MODO.

℞. Mercurij purificati ℥iv. florum ſulphuris ℥iij. miſceantur exactiſsimè in mortario marmoreo ad extinctionem Mercurij, vſuique ſervetur.

*VIRES.*

I*N lue venerea mirificè prodeſt, rarò oris fluxionem excitando; lumbricos enecat.* Doſis à ℈ß ad ℈j.

*** (***) ***





MERCVRIVS PRÆCIPITATVS RVBER; SEV Pulvis Ioannis Vigonis.

℞. Mercurij ℔j. Aquæ Regiæ ℔ij. miſce in phiola, ac digere, ad diſſolutionem Mercurij: hinc evaporetur ad ſiccitatem, & ſal, ſeu maſſa ſalina pulveretur, & calcinetur vſque quo rubicundiſsimum colorem acquirat.

*VIRES.*

V*Alet ad vlcera, & vulnera externa, & carnes excreſcentes conſumit.*

MERCVRIVS PRÆCIPITATVS ALBVS, SEV Mercurius Comeſticus.

℞. Mercurij purificati ℔ß. Aquæ fortis ℔j. miſceantur, vt diſſolvatur Mercurius, & cum aqua ſalſa præcipitetur, & edulçoretur aqua pura, exiccetur, ac ſervetur.

*VIRES.*

P*Vrgat per inferiora, ac ſuperiora, valet in ſyphilide, elephantiaſi, tinea, ſcrophulis, &c.* Doſis ad ℈ß. *Externè coſmeticum eſt inſigne.*

BVTYRVM IOVIS.

℞. Limaturæ Iovis ℥ij. ſublimati corroſivi ℔ß. miſceantur in mortario marmoreo, ac diſtillentur per retortam, vt butyrum Antimonij, vſuique ſervetur.

*** *** ***
*** ***
***



UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN ®
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

*VIRES.*

V*Lcera ſcrophuloſa, cancroſaque curat, inurendo profundam eſcharam, qua ſublata, balſamo ſulphuris ad cicatricem perducit.*

CHALYBS CVM SVLPHVRE PRÆPARATVS; ſeu Crocus Martis Niger.

℞. Laminam Chalybis candentem, & ſcintillantem, cui admove magdaleones ſulphuris, cuius vi chalybs liqueſcit, & decidit granulatim in vas fictile ſuppoſitum aqua frigida plenum. Granula exiccata tere, ac præpara more ſolito.

*VIRES.*

O*Bſtructa viſcera aperit, & humores craſſos attenuat. Vnde prodeſt in cachexia, pallidis virginum coloribus, ictero, menſium, iecoris, lieniſque obſtructionibus, affectu hypochondriaco, & ſimilibus.* Doſis ad ℈j.

CROCVS MARTIS APERITIVVS.

℞. Limaturæ Martis, ſulphuris vivi ana p. æq. ponantur in vaſe terreo non vitreato, & humectentur cum aqua ut paſta fiat: deſiccantur per diem, poſtea calcinentur ſemper agitan. ſpatula ferrea igne forti ad rubedinem, hinc pulveretur crocus, & præparetur ſupra porphydum more ſolito. Convenit cum ſuperiori.

CROCVS MARTIS APERITIVVS ELEGANTIORI modo.

℞. Limaturæ Martis q. v. irrora in vaſe terreo cum canti-



tillo aquæ pluvialis, vel roris maialis, vt in paſtam reducatur: ſiccetur in vmbra, poſtea pulveretur, & iterum humectetur cum rore, & ſiccetur vt antea, iterum pulveretur, idque ad 10. vices repetatur, & limatura in ærugine convertetur; hinc pulveretur, & more ſolito pp.

*VIRES.*

C*Onvenit cum ſuperioribus, tamen præſtantior eſt.*

N. Si ſub nigrum colorem appareat, ob nimiam humiditatem, calcina aliquantulum, ad exalationem aliquam ſulphuream partem, & videbis crocum rubicundiſsimum, & elegantiorem.

CROCVS MARTIS ADSTRINGENS.

℞. Croci Martis cum ſulphure parati optime reverberati q. v. macera in aceto forti per horam, mox decanta liquorem ſuper natantem, idque repete ad ſextam vicem, poſtea calcinetur in patina ferrea per octo horarum ſpatium igne reverberi.

*VIRES.*

V*Im habet ſiſtendi fluxiones ventris: prodeſt in ſputo ſanguinis, & menſtruis ſuperfluis.* Doſis ad ʒß.

In Marte, qui à Zaccuto Luſitano Mali hypocondriaci Alexipharmacum, Cachexiarum Panacea dicitur, & à Ludovico Polychreſti titulo inſignitur, vnde operandi diverſitas dependeat, vt modò adſtringat, modo aperiat, magna lis eſt inter Auctores. Nonnulli vim aperitivam in volatiliori potiſsimum reſidere parte, ac proinde in ſale, vim adſtrictivam in fixiori, adeoque in terra latitare putant. Alij diverſitatẽ operationis in ℞ præparationis diverſitate quærũt. Zuvelferus in

in apolog. contra Tachenium ex Helmontio probat Martem aperire poteſtate ſpecifica, & appropriata, conſtringere verò qualitate ſecunda, aut per accidens, quatenus acredinem, & mordacitatem humorum demit. Sydenhamius maſſæ ſanguineę, iam effœtæ, & langueſcenti, volatile quodam fermentum, ceu calcaria; ſubdere putat, à quo ſpiritus antea iacentes excitantur. Highmorus tract. de affect. hypoch. Marti cauſam facultatis aperitivæ per accidens adſcrivit, dum ſcil. in cachexia, aut malo hypochondriaco vaſa maiora totius maſſæ ſanguineæ turgida Martis ſtypticas conſtringit rurſus, & contrahit, vt æquali proportione ad ſingula vaſa derivetur ſanguis, & hoc modo minoribus vaſis ad excretionem dicatis iterum ſuus reſtituatur ſanguis, vt debito tempore illum excernant, & ita circulatio ſanguinis ſuum recuperat tenorem. Verum eſt Martem per ſe ſemper adſtringere, quod ſapor eo linguæ admoto, teſtatur; aperire autem per accidens vti oſtendit Tachenius, non ſolum tonum partium, & fibrillas roborando, ſed ſalia acida, & coagulabilia (à quibus induci ſolent obſtructiones) abſorvendo, abſortaque ſecum per alvum educendo, vnde hoc modo ſublata cauſa tollitur obſtructio. Hinc eſt quod aſſumpta Martialia fœces nigro colore tingant, & niſi excrementa ita tingantur, ferrum inconſiderate propinatur, non enim reperit humorem, qui illud diſſolvat,

Mars triplici modo vſurpatur, nempè vel eius limatura cruda ſat reſolubilis in hypochondriaco, quod excrementa tincta teſtatur; & hoc modo citius, & felicius curationem abſolvere, quàm ſi his quovis modo fuerit præparatus, docet Experientiſsimus Practicus Thoma Sydenham. Iis ergò, qui cum ſic ferre poſſunt, crudus in ſubſtantia exhibeatur, quia ſic melius operatur; quò minus enim Mars acido eſt ſaturatus extra corpus, eò melius, operatur intra corpus. In ſubiectis tamen tenerioribus, ventriculum imbecillem abentibus crudus propinari non debet, me-



metus enim eſt, ne in ventriculi fundo ſubſideat, & exinde vim vitriolicam, ac vomitivam acquirat, vti notat Panarolus pentec. 5. obſer. 32. vel exhibetur præparatus, nunc per alkalia, nunc per acida. Per alkalia croci præparati parum valent: alkalia, enim agunt in acidum Martis, & abeunt in magiſterium calciforme iners, & nullius vſus, inſolubile, & inalterabile. Hinc melior eſt præparatio Martis cum acido facta, vt ab eodem ſuperficietenus ſaltem rodatur Mars, huiuſque compages reſeretur, haut verò per concentrationem acidi penitiùs ſaturetur. Talis eſt vulgaris præparatio cum ſulphure, quę eſt omnium peſſima, cum Mars ſaturatus acido ſulphuris nil aliud faciat, quam onerare ventriculum: quod patet ſi enim affundatur aqua fortis ab illa non ſolvitur. Inter Martialia præparata excellunt vitriolum Martis, & Tartarus Martialis, ſic namque imitamur naturam adhibendo loco acidularum naturalium Martem ſuperficie tenus ſolutum.

Præparata Martialia ſub forma liquida, quæ tincturæ nômine veniunt, (inter quas excellit tinctura Martis cum ſale vegetale parata) præparatis ſub forma ſicca, ſeu crocis, (licet ad aſtringendum aptioribus) ſunt præferenda, quia in illis Mars magis ſolutus facilius operatur, in his magis compactus maiores ventriculo parat labores, & dolores. In illorum vſu alvus aperta eſt ſervanda, quod ſi non fit, omni octiduo pilularum aloeticarum vſus interponendus eſt, inſuper blandus inſtituendus eſt corporis motus pro meliori operatione, & faciliori ſuccorum attenuatione; deinde omnia acida ſunt vitanda, quia Martem ſaturant, vnde poſt modum ſaturatus vitioſa ſalia relinquit intacta. Tandem cathartica exhibenda non ſunt, licet pilulę ex ſola aloe, ſi alvus non reſpondeat admittantur. Audi Clar. Thomam Sydenham diſert. epiſtolari ad Gul. Cole, ſic diſſerentem: *Nec mihi ſolenne eſt toto illo ſpatio, quo ægra chalybeata ſumit, catharticum aliquod ſtatis intervallis exhibere. Cum tam in genere hyſterico, quàm hy-*

*hypochondriaco, chalybis vires à cathartico intercidi, atque infringi mihi videatur. Quando enim id mihi palmarium ſit, vt ſpiritus, in ordinem redigam, atque eorum ſyſtema redintegrem, firmemque, quod toto vix octiduo reſarciveram chalybis ope, cathartico vel leniſsimo exhibito die vnica rurſus demolior; atque ita diruta extruendo; atque à me extructa ſubruendo, & ægros, & operam ludo, vanus, & infelix Ardelio.* Hæc ſydenhamius: Gervaſio referente.

## LAPIS MEDICAMENTOSVS CROLLII, SEV Lapis Salutis.

℞. Vitrioli viridis ℔j. vitrioli albi ℔ß. aluminis ℔iß. Anatron, (eſt ſel vitri, ideſt materiæ ſpuma, ex qua fieri debet vitrum) & ſalis communis ana ℥iij. ſalium tartari, abſynthij, artemiſiæ, cichorij, perſicariæ, & plantaginis ana ℥ß. ponantur in olla vitreata, & affunde parum aceti roſati, ac coque igne lento ſæpius agitando, vbi incipit ſpiſſeſcere, adde ceruſſæ ℔ß. boli armenæ ℥iv. diligenter miſceantur omnia donec vi ignis medioctis in lapidis duritiem maſſa concreverit, quæ poſtea fracta olla eximenda, & ad vſus reſervanda. Si gummata, Mirrham ſcilicet, & thus addere voles, inſtituatur coctio lento igne, ne comburantur, nec vis illorum in igne evaneſcat.

## LAPIDIS SALVTIS DESCRIPTIO BREVIOR ex Hartmanno.

℞. Vitrioli ℔j. nitri ℔ß. ceruſſæ, aluminis, & boli arm. ana ℥iv. ſalis ammoniaci ℥ij. omnia benè pulveriſentur, ceruſſam verò, & bolum in marmore prius benè tere, ac aceto ad ſupereminentiam duorum digitorum affuſo, coque leniter in olla ſatis capaci, donec omnia redigantur in lapidem durum.





### VIRES.

*Tollit, & deſiccat vlcera, & deſluxiones curat, eryſipelas, ſcabiem, tineam, & ſerpigines. Modus vtendi eſt, ſi liqueſcat eius ℥j. in aqua pluviali ℔j. filtretur, filtratura hac vtere, tum lavando, tum linteolum imbuendo, ac imponendo.*

## LAPIS CAVSTICVS.

℞. Calcis vivæ ℔j. Cinerum Clavellatorum (hoc eſt fæces vini calcinatę) ℔ij. fac lixivium cum aqua communi, quod filtra per chartam emporeticam, evapora ad ſiccitatem, & ſal remanet in fundo, quod inijce in crucibulo ſupra ignem collocato, & vbi humiditas evaporata fuerit, caute vſquequo inſtar olei appareat, procede, dum in promptu cauteria confice, quæ in vaſe vitreo optime obturato, locoque ſicco repone. *Cineres Clavellati.*

### VIRES.

*Breviter carnes excreſcentes abſumit, cruſtamque facit.*

## LAPIS, SEV MAGNES ARSENICALIS.

℞. Antimonij crudi, ſulphuris flavi, & Arſenici albi ana p. æq. pulverentur ſubtiliter, lentoque igne liquefiant, vaſe refrigerato eximitur materia, quæ frigore indureſcit, vel, ſi placeat, ante refrigerationem cauteria figurentur.

### VIRES.

*Vſus eius eſt in peſte, vbi in forma periapti de collo ſuſpenditur: inſuper ingreditur præter alios vſus in emplaſtrum magneticum*

Appellatur etiam Cauterium Potentiale.



UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

## LAPIS INFERNALIS; SEV SAL CAVSTICVM Molinecti.

℞. Lunæ Cupellatæ ℥j. aq. fortis ℥iij. Lunam in ſcobem minutiſsimè redactam ſolve in vaſe vitreo, igne arenæ, & vbi Luna ſoluta fuerit auge paulatim ignem, & lapidem Lunæ inſtar lanæ acquires qui per gradus perficitur vſque ad aquæ fortis conſumptionem, & inſtar olei in fundo appareat, cautè in proplaſtice idoneo inijce.

### *VIRES.*

*CAuterium eſt præſtantiſsimum, dimidiæ horæ ſpatio fonticulum inducens. Vlcerum carnem excreſcentem ſolo tactu abſumit.*

## MAGISTERIVM IOVIS MYNSICHT.

℞. Cinerem ſtanni puri aperto igne preparatum, & cum aceto diſtillato forti extrahe ſal, vt eſt artis. Poſtea ſume ſpiritum vitrioli optimè rectificatum, illumque guttatim ſuper extractionem hanc prius debitè filtratam inſtilla, ſic ſtatim albeſcet inſtar lactis, & præcipitabitur pulvis albus ad fundum vaſis, quem exime, & toties aqua pluviali diſtillata edulçora, donec omnis acrimonia ſeparetur: tandem pulvis exiccatur, & ad vſum ſervatur.

### *VIRES.*

*IN aberratione vteri, & alijs affectibus hyſtericis miranda præſtat: Aſſumptum enim vterum, vel ex eo tetros vapores ad ſupernas partes aſcendentes cogit, ſiſtit, & graviſsima ſymptomata hinc naſci ſolita impedit.*

Doſis à gr. iv. ad gr. vj.

MA-



## MAGISTERIVM SVLPHVRIS.

℞. Flotum ſulphuri ℥j. Salis Tartari ℥iij. miſce, & ſuperfunde aquæ communis ℔iij. digere in arena per diem naturalem, itaut ſubfinem aqua bulliat, & ſulphur ſolvatur, ſpatula lignea continuo agitando, liquorque rubeus appareat: poſtea filtra calidè per chartam emporeticam, & ſuperfunde paulatim aceti diſtillati quantum ſufficit, & præcipitabitur pulvis lacteus ſulphuris paulatim ad fundum; deple humorem, & reiteratis ablutionibus materiam edulçora. Vltimo ablue cum aqua cordiali, & exicca.

### *VIRES.*

*BAlſamum eſt pulmonum, ac velut ignis conſumens, & exiccans. Exhibetur igitur utiliter his, qui moleſtantur catarrhis, fluxu capitis, aſthmate, phthiſi, tuſsi, colica, &c. Promovet expectorationem, intercipit defluxiones ad articulos, ventoſitates ventriculi, ac inteſtinorum præcavet, ac diſcutit.* Doſis ad ℈ß.

Appellatur etiam Lac Sulphuris, Butyrum Sulphuris, Præcipitatum, & Cremor Sulphuris.

Lac Sulphuris hecticis, & aridis non peculiariter prodeſſe ait Crollius, nec phthiſicos oculariter iuvat, agendo in humidum radicale. Sulphur enim, eiuſque lac, verba ſunt Billichij lib. 2. cap. 6. lectu revera digniſſima, Ægros hos non aliter ac ſitientia ſirius arva, ſolantur. Imago lactis eſt, non ros, non nutrit quod ex ſulphure emulgetur lac, ſed ignis occulti more balſamum vitæ abſumit. Vis ſulphuris fervida, atque excalfactoria quantum æſtuantes, ſicceſcenteſque flagellat. Vera tamen eſt huius lactis ſulphuris cenſura Zwelferiana, Magiſterium ſulhpuris nullam ſingularem meretur laudem, cum parum differat ab aliorum magiſteriorum præparationibus. Flores, *inquit*, aut crudum ſulphur in virtutibus longè ipſi præfero.

MA-

UNIVERSIDAD AUTÓNOMA

## MAGISTERIVM CORALLIORVM.

℞. Corallia contuſa, repone in phiola vitrea, & affunde acetum diſtillatum ad eminentiam duorum, vel trium digitorum, digere, per dies octo, quotidie vas agitando bis, vel ter, filtra, & ſuper corallia iterum affunde acetum diſtillatum, & procede, vt antea: ſupra ſolutiones filtratas affunde olei tartari per deliquium, quantum ſatis eſſe videbitur, præcipitatus pulvis edulcoretur aqua diſtillata. Poteſt etiam antequam affundatur acetum diſtillatum acuare cum ſpiritu vitrioli, vel ſulphuris.

Eodem modo poſſunt parari Magiſteria Perlarum, cornu Cervi, Matris Perlarum, Cranij Hominis, Vngulæ Alcis, Oſsis Sepiæ, Cæterorumque Lapidum. Rerum ex quibus parata fuere, vires poſsident. Doſis à ℈ß. ad ʒß.

Nota: Vulgaria hæc Magiſteria nihil aliud ſunt, quàm calces ferè inſolubiles, quibus non exigua portio menſtruorum ſolventium, & liquorum præcipitantium tenaciter adhæret, quod ponderis auctio facilè probat. Ipſa ergò corallia cruda, perlæ, & ſimilia in pulverem redacta eorundem magiſterijs præferri debent. Item ablutiones, & edulcorationes ſunt ſuperuacaneæ; cum nullo modo aciditas menſtrui ſoluentis, (quæ iam tùm in aliud ens commutata eſt) elui poſſit. Vide Zuvelferum, Ettmullerum, & Robert. Boyle.

## MAGISTERIVM CRYSTALLORVM Montanarum Cnœffellij.

℞. Cryſtallorum pellucidarum ℔j. ſp. vitrioli non dephlegmati ℔ij. Cryſtallus igniatur, extinguaturque in ſp. vitrioli, qui labor decies repetendus eſt, tandem ſuper porphyritem redigatur in ſubtiliſsimum alcohol.

*VI-*



### *VIRES.*

*Calculum atterit, prodeſt, & podagræ, & alijs quam plurimis morbis. Vnde Paracelſus dixit: In lapillo duro non eſt medicina præſtantior cryſtallo, fælix ille, qui poteſt præparare.* Doſis ad ʒß.

## MAGISTERIVM TARTARI PVRGANS.

℞. Salis Tartari albiſsimi q. v. ſolve in aceto diſtillato; hinc abſtrahe humiditatem lento igne, novumque acetum diſtillatum affundendo, iterumque ſolve, ac abſtrahe, operationes ſolutionis, ac abſtractionis repetendo, donec acetum diſtillatum extillet, aciditate ſua priſtina, quæ octava, vel nona imbibitione, ac diſtillatione fiet, exiccetur poſt modum, & affunde ſpiritum vini, eumque abſtrahe aliquoties cohobando.

### *VIRES.*

*Purgat per inferiora, vtile in omnibus morbis deploratis: ſummum eſt ſanguinis depurativum, ſi ſale volatili cornu Cervi, viperarum, ſalis Ammoniaci, &c. aſſocietur; egregium eſt antihypocondriacum; par non habet in arthritide, calculo, & in omnibus morbis tartareis,* Doſis ad ℈ß.

Appellatur etiam Arcanum ſalis Tartari, Terra foliata Tartari, & Sal vini eſſentiale.

## MAGISTERIVM SCAMMONII.

℞. Scammonij ſelecti q. v. ſolve in ſpiritu vini rectificatiſsimo: poſt filtra, & in balneo per alembicum ad medietatem ſaltem abſtrahe; & aquæ roſaceæ, quantum ad præcipitationem ſuficiat affunde, & præcipitabitur reſina ſcammonij puriſsima, abſque omni venenoſa acredine, nauſeoſo ſapore, & odore omninò

 libe-

UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

libera, quam remoto phlegmate exicca, & ad vſum ſerva.

### *VIRES.*

V*Tramque bilem, alioſque humores diverſos ſine omni læſione, & nauſea ex corpore humano educit: propterea vix mitius, ſuavius, & nobilius catharticum in rerum natura inveniri poterit.* Doſis à gr. vj. ad ℈j.

Appellatur etiam Reſina, Cremor, Panacea ſcammonij, ſeu ſolutivi vegetabilis Syriaci, vel convoluuli Cathartici Syriaci, vnde pulvis Syriacus dictus.

## MAGISTERIVM, SEV RESINA JALAPPÆ.

℞. Radic. Jalappæ q. v. pulveriſentur groſſo modo, & ſuperfunde ſpiritus vini optimè rectificati q. ſ. vt tres, vel quatuor digitos ſuper emineat, ſtent in digeſtione loco calido per aliquot dies, poſtea cola cum forti expreſſione: hinc filtra per chartam, & filtrato liquori ſuperfunde aquam roſatam ad præcipitationem reſinoſæ ſubſtantiæ Jalappæ ad fundum, adhuc ſemel ablue, exicca, ac ſerva.

### *VIRES.*

S*Eroſos, bilioſoſque humores commodè evacuat, delicatulis, & cætera pharmaca averſantibus maximè accommodatum.* Doſis ad ℈j.

Eodem modo parantur Magiſteria Turpethi, Gummi de Perù, ligni Sancti, ligni Aloes, ſuccini, aliarumque rerum reſinoſarum.

*Reſina quo modo in liquoribus aquoſis exhibenda.*

Nota: Hæc reſinæ non ſunt exhibendæ in liquoribus aquoſis (quia reviviſcunt, & partim cocheari, partim faucibus, & ventriculo adhærent, & hypercatharſim inducunt) niſi priùs cum modico vitelli ovi diſſolvantur. Commodè etiam vſurpari poſſunt in conſervis admiſcendo pulverem aliquem ſalinum (ſcilicet Sal tar



tartari, crem. tart. tart. vitriolatum, arcanum duplic. &c.) à quo tanquam abſterſivo impediatur reſinarum adhæſio, & vellicatio.

## FOECVLA ARI.

℞. Radicum Ari q. v. lava, ac conquaſſa optimè in mortario, & ſi minus ſucculentæ ſint affunde aquam; vt fiat pulpa liquidiuſcula, hanc fortiter exprime, expreſſionem liquidam repone, vt ſubſideat fœcula, fœculam ſubſidentem ſicca, & ſerva.

### *VIRES.*

H*Vmores craſſos diſſolvit, tartareoſque, obſtructiones viſcerum reſerat, ſtomachum confortat, ac ſanguinem purificat.* Doſis ad ℈j.

Eodem modo parantur fœculæ Bryoniæ, Iridis, Pœoniæ, &c. vide in Lib. I. Cap. V. de fœculis notatum.

## CAPVT XVIII.

### *De Miſcelaneis Galeno-Chymicis.*

## DIAGRYDIVM SVLPHVRATVM, SEV Cholagogum ſimplex.

℞. Scammonij electi q. v. craſſiuſculè tere, & ſupra chartam bibulam æqualiter expande, mox ſuper impone crati, ſub quo carbo ſit vivus, in quem injice ſulphur, ſuffumigetur ſcammonium, & charta tandiu teneatur ſupra fumum, vſque dum ſcammonium liquefieri, & chartæ adhærere incipiat: cabe ſolum, ne comburatur, ideoque à fumo remove, & calcinatum ad vſum ſerva.

***



UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN

libera, quam remoto phlegmate exicca, & ad vſum ſerva.

### *V I R E S.*

V*Tramque bilem, alioſque humores diverſos ſine omni leſione, & nauſea ex corpore humano educit: propterea vix mitius, ſuavius, & nobilius catharticum in rerum natura inveniri poterit.* Doſis à gr. vj. ad ℈j.

Appellatur etiam Reſina, Cremor, Panacea ſcammonij, ſeu ſolutivi vegetabilis Syriaci, vel convoluuli Cathartici Syriaci, vnde pulvis Syriacus dictus.

## MAGISTERIVM, SEV RESINA JALAPPÆ.

℞. Radic. Jalappæ q. v. pulveriſentur groſſo modo, & ſuperfunde ſpiritus vini optimè rectificati q. ſ. vt tres, vel quatuor digitos ſuper emineat, ſtent in digeſtione loco calido per aliquot dies, poſtea cola cum forti expreſsione: hinc filtra per chartam, & filtrato liquori ſuperfunde aquam roſatam ad præcipitationem reſinoſæ ſubſtantiæ Jalappæ ad fundum, adhuc ſemel ablue, exicca, ac ſerva.

### *V I R E S.*

S*Eroſos, bilioſoſque humores commodè evacuat, delicatulis, & cætera pharmaca averſantibus maximè accommodatum.* Doſis ad ℈j.

Eodem modo parantur Magiſteria Turpethi, Gummi de Perù, ligni Sancti, ligni Aloes, ſuccini, aliarumque rerum reſinoſarum.

*Reſina quo modo in liquoribus aquoſis exhibenda.*

Nota: Hæc reſinæ non ſunt exhibendæ in liquoribus aquoſis (quia reviviſcunt, & partim cocheari, partim faucibus, & ventriculo adhærent, & hypercatharſim inducunt) niſi priùs cum modico vitelli ovi diſſolvantur. Commodè etiam vſurpari poſſunt in conſervis admiſcendo pulverem aliquem ſalinum (ſcilicet Sal

tar



tartari, crem. tart. tart. vitriolatum, arcanum duplic. &c.) à quo tanquam abſterſivo impediatur reſinarum adhæſio, & vellicatio.

## FOECVLA ARI.

℞. Radicum Ari q. v. lava, ac conquaſſa optimè in mortario, & ſi minus ſucculentæ ſint affunde aquam, vt fiat pulpa liquidiuſcula, hanc fortiter exprime, expreſsionem liquidam repone, vt ſubſideat fœcula, fœculam ſubſidentem ſicca, & ſerva.

### *V I R E S.*

H*Vmores craſſos diſſolvit, tartareoſque, obſtructiones viſcerum reſerat, ſtomachum confortat, ac ſanguinem purificat.* Doſis ad ℈j.

Eodem modo parantur fœculæ Bryoniæ, Iridis, Pœoniæ, &c. vide in Lib. I. Cap. V. de fœculis notatum.

## C A P V T  X V I I I.

### *De Miſcelaneis Galeno-Chymicis.*

## DIAGRYDIVM SVLPHVRATVM, SEV Cholagogum ſimplex.

℞. Scammonij electi q. v. craſsiuſculè tere, & ſupra chartam bibulam æqualiter expande, mox ſuper impone crati, ſub quo carbo ſit vivus, in quem injice ſulphur, ſuffumigetur ſcammonium, & charta tandiu teneatur ſupra fumum, vſque dum ſcammonium liquefieri, & chartæ adhærere incipiat: cabe ſolum, ne comburatur, ideoque à fumo remove, & calcinatum ad vſum ſerva.

***



UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN

### VIRES.

VAlet ad bilem, cæteroſque calidos, ac tenues humores blandè educendos, &c. Doſis ad ℈j.

## DIAGRYDIVM CYDONIATVM EX Galeno.

℞. Scammonij optimi q. v. tere groſſiter: deinde excava aliquot Cydonia mala magna, & in cavitatem eorum impone ſcammonium & cooperi foramina cydoniorum, poſtea aſſa, in fornace, maſſa involuta, donec cydonia perfectè ſint aſſata, deinde exime ſcammonium, ac ſerva.

### VIRES.

SVaviter humores bilioſos, acres, ac ſeroſos expurgat. Doſis ad ℈j.

## SCAMMONIVM CYDONIATVM aliud.

℞. Scammonij electi pulverati q. v. diſſolve in ſucco Cydoniorum depurato, filtra, ac coagula lento igne [illegible] paſtillos forma, ac repone. Convenit cum ſuperiori.

## SCAMMONIVM GLYCYRRHISATVM.

℞. Aquæ puræ ℔j. radicis Glycyrrhizæ, raſæ & contuſæ ℥ij. infundantur per 24. horas, mox exprimatur, expreſſioni adde Glycyrrhizæ eodem modo paratæ ℥j. procede, ut antea, idque repete ad tertiam vicem: in colatura diſſolve ſcammonium pulveratum, filtra, & evapora igne leniſſimo, ne aduratur, vſſique repone. Convenit cum ſuperioribus, ſed tutius eſt.





## PYRA MEDICAMENTOSA.

℞. Limaturæ chalybis pp. ℔iv. Tartari albi ℔viij. pulveriſentur ſubtiliter, miſceanturque, & ijs in vaſe terreo poſitis adde aquæ vitæ communis q. ſ. vſque ad maſſæ liquidiuſculę conſiſtentiam, optimè, & diu ſpatula ferrea agitando; deinde coloca ad fermentandum per dies tres in ſpelunca ſingulis diebus bis ſpatula ferrea maſſam agitando: hinc per cucurbitam in B. M. diſtilla ſpiritum, & quando phlegma appareat, remove ab igne, & materiam frigefactam optimè malaxa, manibus grumos diſſolvendo, & iterum adde aquam vitę, ſpiritumque diſtillatum, vſque quo, vt antea, in liquidiuſculam maſſam reducatur, ſimilique modo per alios dies tres fermentetur: iterumque, vt ſupradictum diſtilla, & hoc opus vſque ad ſepties reiteretur: fermentationibus, & diſtillationibus peractis, materiaque exiccata ſubtiliter pulveretur, & præparetur ſupra porphyritem cum ſpiritu ex diſtillatione ſeptima abſtracto humectando: deinde forma globos, ſeu pyra ℥ij. ponderis, exicca in aëre, ac ſerva.

### VIRES.

*SVſpenditur pyrum filo apenſum in vaſe continenti* ℔j. *aquæ ferrariæ tepidæ, ſeu aquæ communis, vſque quo liquor ad libitum tingatur, quo pro vna doſi vtitur in obſtructionibus, cachexijs, chloroſi, & ſimilibus.*

## GVTTÆ GVMMI CORRETIO.

℞. Guttæ Gummi q. v. diſſolve cum ſpiritu vitrioli, qui deinde per inclinationem abſtrahatur, reſiduum lentè exiccatur, quod ſi ter id fiat, optime corrigitur.



UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

### *VIRES.*

P*Rodeſt hydropicis, ſcabioſis, paralyticis, cæteriſque affectibus à pituita, & ſero ſolis, vel cæteris humoribus commixtis.* Doſis à ʒß. ad ℈j.

## BEZOARDICVM ANIMALE.

℞. Corda, & iecinora viperarum, exicca in ſole, hinc pulveriſa, ac repone.

### *VIRES.*

V*Alet in variolis, febribus malignis, & contagioſis, &c.* Doſis ad ℈j.

## MISTVRA ANTIPLEVRITICA TACHENII.

DIſſolve Camphoram in ſp. vini quantam is diſſolvere poteſt, & in alio vaſculo habeas tantundem ſp. vini croci tinctura ſaturatum, hos ſpiritus conſunde, ac miſce.

### *VIRES.*

H*Uius miſturæ xx. plus minus guttæ in olei lini recenter expreſſi ℥ij. exhibitis in dubitatè ſanantur omnes pleuritici, imo & quos animam iam iam expirare timebatur:* Ne crédas hyperbolem.

## SANGVINIS HIRCI PRÆPARATIO.

℞. Hircum mediocris ætatis, cui per menſem nihil aliud vezcendum des, præter pimpinellam, apium, petroſelinum, aut ſimiles plantas lithontripticas, deinde Æſtatis principio, cum ſol cancrum ingreſſus fuerit, ſuſpendendo; cornibus, & crura poſteriora reflecte, & teſtes aſcinde, & recepto inde cruore, aqueum effun-



funde, concretum verò exicca, vſuique ſerva, qui inſtar vitri difficilis limæ triturationis eſt.

### *VIRES.*

A*Lexipharmacus eſt, deobſtruit, dyſentericis convenit, ſanguinem concretum reſolvit, calculum atterit, pleuritidem curat.* Doſis ad ʒj.

## CORNV CERVI, ALCIS, CRANII, &c. Spagyrica pp.

SVſpendantur cornua, &c. in capitello veſicę, dum aquæ cephalicæ diſtillantur per dies quatuor, poſtea ſubtiliſsimè pulverentur.

## PRÆPARATIO ALIA EX ZVVELFERO.

℞. Cranii humani (vel cornu alicuius animalis) in minutiſsimam raſuram beneficio limæ raſpati q. v. contunde in mortario cum aqua appropriata, vt veniat ad pultis formam, quæ paſta chartæ albę inſuper extenſa, & incluſa, iterum exiccetur, & pulveriſetur, & hoc bis, ter, vel pluries repetatur, donec raſura in pulverem ſubtiliſsimum redigi queat, vires: vide lib. I. in electione ſua.

N. Cranium, quod in vſum Medicum veniat, ſumi debet ex homine violenta morte interempto, & non humato.

## PVLMONIS VVLPIS PRÆPARATIO.

℞. Pulmonem vulpis recentem, & extrahe ex eo arteriam, & lava cum vino odorato, exicca, ac repone in loco ſicco, abſynthio involutum, ne putreſcat.



UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN ®
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

### *VIRES.*

*Conſolidat, abſtergit, valet ad vitia pulmonum, & anguſtiæ pectoris.* Doſis ad ʒß.
Eodem modo præparantur ſecundinæ mulieris, hepar, & inteſtini lupi, & ſimilia.

### ASELLORVM PRÆPARATIO.

℞. Aſellorum vivorum q. v. inebrientur in vino albo, optimo, exiccentur, ac reponantur.

### *VIRES.*

*Efficaciſſimi ſunt in calculi, & veſicæ doloribus: calculum mirabiliter reſolvunt, & per mucum craſſum exterminant. In aſthmate etiam, oculorum cataractis, fiſtulis, & mammis exulceratis proſunt.* Doſis ad ʒß.

### ALVMINIS PLVMOSI PRÆPARATIO.

℞. Salis communis fuſi ℥ij. Aluminis Plumoſi ℥j. miſceantur, & reverberentur in crucibulo per horas 12. poſtea reverberatam materiam exime, & aliquoties aqua calida, ad ſalis admiſſi reſolutionem edulcora, donec pulverem ab omni ſalſedine liberum habeas.

### *VIRES.*

*Abſtergit, ſcabiem ſanat, &c.*

### LACCE LAVATIO.

℞. Ariſtolochiæ longæ, & Schœnanti ana ℥ij. aquæ ℔vj. coquantur S. A. ad remanentiam ℔iiij. colaturæ inſperge laccæ ℔j. & ℥iv. decoquantur lento igne, donec aqua fiat coloris ſanguinei, & quicquid in lacca bo-





boni fuerit, diſſolvatur, tum per filtrum, aut laneum pannum cola, & remanentes ſordes abjice, excolatam verò, & ſanguinei coloris aquam lentis prunis in duplici vaſe vſque ad mellis ſpiſsitudinem coquito, & tepidam maſſam in trochiſcos fingito.

### SACCHARVM TORMENTILLÆ EX Barcana.

℞. Pulveris radicum Tormentillæ ℥iß. Cinnamomi ʒß. ſacchari in aqua Cinnamomi ſoluti ℔j. coque, & funde in tabellis, quas pulveratas ſerva.

### *VIRES.*

*Eximi vſus in abortu præcavendo, & fœtu roborando.* Doſis ʒß. *per aliquos dies continuando.*

### ELÆOSACCHARVM ANISI.

℞. Olei diſtillati aniſi ℈j. Sacchari pulverati ℥j. miſceantur in mortario vitreo, & vſui ſerva.

### *VIRES.*

*Stomachum roborat, coctionem iuvat, aſthmaticis auxiliatur.* Doſis ad ʒj.
Eodem modo parantur Elæoſacchara fœniculi, Cinnamomi, Nucyſtæ, &c.

### RADICIS ARI PRÆPARATIO.

℞. Rad. Ari menſe Martio collectarum, & in taleolas ſeccatarum q. v. macera in vino albo horis 12. decantato vino vice ſecunda repete, exicca, & ſerva.

***



UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

### *VIRES.*

*Tartarum tam pectoris, quam pulmonum incidit, vrinam cit, obſtructiones reſolvit, &c.* Doſis ad ʒß.

### OXYRRHODINVM.

℞. Olei Roſati ℥iij. Aceti ℥j. miſceantur, & vtetur pro defenſivo ad dolorem leniendum.

### DELIQVIVM TARTARI, SEV OLEVM Tartari per deliquium.

℞. Tartari ad albedinem calcinati, ſeu ſalis Tartari q. v. ponatur in cella vinaria, vel alio loco humido, donec reſolvatur in liquorem, quem poſtea filtra, ac ſerva.

### *VIRES.*

*Optimum eſt remedium in omnibus ſerpiginibus, vulneribus, vlceribus, præſertim autem vene*[illegible] *tinea, ſcabie, verrucis, faciem erugat, & cutem reddit planam.*

Eſt porrò huius olei elegans vſus in extractis vegetabilium conficiendis. Eius enim guttæ aliquot cum menſtruo mixtæ, extractionem facilitant, & catharſin ipſam promovent.

Poteſt etiam parari ex ſale tartari, ſi diſſolvendo in aqua communi, itaut aliquid ſalis indiſſolutum reſideat, vel ad pelliculam coagulando, & liquorem filtratum reponendo.

### ALKAEST GLAVERI.

Paratur eodem modo ex Ni[illegible] fixo, & convenit cum deliquio tartari.

OLEVM



### OLEUM MYRRHÆ PER DELIQVIVM.

℞. Ova ad duritiem cocta: exime eis vitellos, quorum locum reple myrrhæ pulveratæ, & colloca in loco frigido ſuſpenſa, vt oleum in vaſe ſuppoſito diſtillet, quod vſui ſerva.

### *VIRES.*

*Valet ad maculas faciei delendas, herpetes, & ſimiles cutis corroſiones.*

## CAPVT XVII.

## *DE OLEIS.*

### *Olea Diſtillata.*

### OLEVM ABSYNTHII.

℞. Abſynthii à partibus lignoſis mundati q. v. macera in aqua addito ſalis communis, vel fecum cereviſiæ manipulo vno, ac altero per octiduum, poſtea diſtilla per veſicam, & refrigeratorium, prodit aqua cum oleo: hoc ab aqua ſepara per infundibulum, & ſerva.

### *VIRES.*

*Ventriculum roborat, calefacit, exſiccat, coctionemque promovet.* Doſis ad gr. vij.

Eodem modo diſtillantur olea Salviæ, Hyſſopi, Lavendulæ, Maioranæ, Menthæ, Tanaceti, & ſimilium.

### OLEVM SEMINIS ANISI.

℞. Seminis Aniſi q. v. ſtet in digeſtione per dies octo in

aqçu

UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN ®
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

aque q. ſ. addendo pro vnaquaque libra ſeminis Aniſi M. j. ſalis communis, hinc diſtillentur per veſicam; oleum ab aqua ſeparetur per infundibulum, vſuique reponatur.

*VIRES.*

P*Ectori medetur, in contumaci tuſſi, (puta craſſa, & tenaces ſuccos pulmonum bronchiis impactos attenuat, flatus diſcutit, ſiccat, & calefacit.* Doſis ad ℈ß.

Hac ratione parantur olea diſtillata fœniculi, carui, cumini, & ſimilium ſeminum.

OLEVM CORTICVM CITRI ET Aurantiorum.

℞. Corticum Citri, vel Aurantiorum ab albo ſeparat. q. v. conſcindantur in minuta fruſta, & macerentur in ſ. q. aquæ, hinc diſtillentur per veſicam, oleum ſeparetur ab aqua, vt dictum.

*VIRES.*

C*Alefacit, exiccat, alexipharmacum eſt, malignis morbis, & aliis à putredine ortis febribus reſiſtit, lumbricos bellum indicit.* Doſis ad ℈ß.

OLEVM BACCARVM IVNIPERI.

Paratur eodem modo.

*VIRES.*

C*Alefacit, incidit, vrinam, & menſes cit, nervos, & ſtomachum frigidum confortat, coxæ paſſioni auxiliatur.* Doſis ad gr. xij.

⁂ ⁂ ⁂

OLEVM



OLEVM CARYOPHYLLORVM AROMATIcorum.

℞. Caryophyllor. groſſo modo contuſor. ℔ij. ſalis communis M. ß. Tartari vini rubri ℔ß. aquæ fontanæ ℔xx. ſtent in digeſtione per octiduum, poſt diſtillentur per veſicam. Oleum in fundo ſubſidens ab aqua ſeparetur, vſuique reponatur.

*VIRES.*

C*Or, & cerebrum confortat, ventriculo languenti ex frigida intemperie ſuccurrit, coctionem promovet. Extrinſecus dentibus dolentibus cum goſſypio inditum, dolores eorundem ſedat, vulnera præſertim ſanat, & Veri Balſami vices obit.* Doſis ad gr. iv.

Eadem ratione diſtillantur olea Macis, & Nucis Moſchatæ, & conveniunt cum eo in internis.

OLEVM CINNAMOMI.

Paratur eodem modo.

*VIRES.*

C*Alefacit, exiccat, intemperiem cordis, viſcerumque reliquorum, iecoris, ventriculi, & cerebri corrigit, actionibuſque vigorem addit, ac roborat ſua proprietate eadem.* Doſis ad gr. iv.

OLEVM LIGNI GVAIACI

℞. Ligni Guaiaci raſpati, vel in fruſta maiora conciſi q. v. imple retortam terream, & appoſito recipiente, obſervatis ignis aperti gradibus, extilla ſpiritum, & oleum, ſeparetur ſpiritus ab oleo, qui rectificetur per retortam igne arenæ. Oleum miſceatur cum olsibus cal- *Spiritus Ligni Guaiaci.*

UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN ® DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

calcinatis, vel cineribus eliviatis, & exiccatis, vt paſta fiat, & rectificetur per retortam igne arenæ.

*VIRES.*

O*Leum epilepſiæ medetur, apoplexiæ ſuccurrit.* Doſis ad gt. v. *Exteriùs dentibus cum bombace impoſitum ad aliquot guttas, anodynam exercet vim; vmbilico inunctum vermes necat, dolores colicos ſedat, fœtum mortuum, & ſecundinas pellit. In lue venerea, alijſque morbis Diaphoreſi opus habentibus commodè exhiberi intrinſecus poterit.*

Spiritus preter vires aſsignatas, vim habet Perlas, Corallia, &c. ſolvendi. Intus exhiberi poterit à ʒß. ad ʒj.

Simili modo parantur olea Ligni Buxi, Ligni Iuniperi, & ſimilium.

## OLEVM SVCCINI.

℞. Succini triti q. v. diſtilla per retortam in arena, ſervatis ignis gradibus, ſub finem ignem augendo, vſque quo non amplius diſtillet; vaſis refrigeratis, ſeparetur oleum à ſpiritu, & ſale volatili: Oleum rectificetur, impaſtando cum cinere optimè lixiviato, & exiccato, per retortam igne arenæ. Sal permiſceatur cum duplo oſsium calcinatorum, & ſublimetur per matracem ſuo capitello. Spiritus rectificetur per cucurbitam vitream, omniaque ſeorſim ſerventur.

*Sal volatile ſuccini.*
*Spiritus ſuccini.*

*VIRES.*

O*Leum hoc ſacrum appellatum fuit ob vires eius eximias, quas cum perſe, vel cum alijs mixtum, præſtat: in epilepſia, apoplexia, melancholia, ſpaſmo, vertigine, peſte, calculo, frigidis capitis defluxionibus, cordis palpitationibus, animi deliquijs, ictero, difficultate reſpirandi, dyſuria, partu difficili, ſcilicet olei ſuccini guttæ viij.*



*viij. vel gt. ix. imponantur in vmbilicum, & gut. v. vel gt. vj. cum pauxillo vini, bis intra horam bibantur, ſivè mortuum, ſivè vivum fœtum educit ſtatim; vteri ſtrangulationibus, menſium retentionibus, fluore matricis albo, & vermibus.*

*Spiritus, & ſal aperiunt obſtructiones, & vias vrinarias, proſunt etiam in epilepſia, apoplexia, ictero, & ſimilibus.* Doſis ad ℈ß.

## OLEVM MIRABILE FVLIGINIS EX Hoffmanno.

℞. Fuliginis ſplendentis, & ſuccini albi pulverati ana p. æq. diſtillentur lento igne arenæ per retortam vitream, primò phlegma, deindè ſpiritum album, & rubrum, cum ſale volatili prodibunt; poſteà oleis ſeparatis, liquorem per B. M. rectifica, & acquires ſal volatile. Oleis demum affunde ſpiritum vini, digere aliquantiſper, poſteà diſtilla, & habebis oleum odorem camphoræ æmulantem.

*VIRES.*

I*N omnibus ferè affectibus, in primis in pleuritidè, imò agonizantibus exhibitum eos refocillat: & ſi ſudor poſt eius vſum ſubſequatur, erit ſignum infallibile reconvaleſcentiæ.* Doſis gt. iij.

## OLEVM CERÆ.

℞. Ceræ citrinæ q. v. liqueſac igne moderato, & ſine ſupra eum, donec bullas vlterius non producat, tum amota ab igne commiſce duplum ſui ponderis oſsium calcinatorum, & diſtilla per retortam igne moderato, & acquires oleum penetrantiſſimum.

***



UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

*VIRES.*

R*Eſolvit ; attenuat , penetrat , emollit , diſcutit , ac propterea vtile eſt apoſtematibus duris , & tumoribus frigidis , ſanat fiſſuras papillarum in mammis mulierum, & dolores earum mitigat , vulnera etiam recentia conſolidat , ſi ea bis de die inungat , confert & ambuſtis commiſtum cum oleo ovorum.*

## OLEVM SAPONIS.

Paratur eodem modo.

*VIRES.*

R*Etergit , & reſolvit potentiſsimè , dolores iuncturarum compeſcit à cauſa frigida ortos , coacta digerit, contuſa diſſipat , vrinam movet , colicam pellit.*

## OLEVM LATERINVM, SEV PHILOSOphorum.

℞. Laterem, ſeu Tegulam antiquiſsimam , eam confringe in fruſta mediocria , & in prunis vrito , donec tota excanduerint : deinde è prunis exempta fragmenta reſtinguito oleo claro veteri , ac dimittito , quouſque ſe oleo impleverint. Poſtea ab oleo exempta , in tenuiſsimum pulverem contundito , & ex retorta lutata diſtilla , commiſſuris optimè clauſis , igne gradato. Si interiùs applicetur rectificetur impaſtando oleum diſtillatum cum novis Lateribus , vt antea candentibus , & poſtea pulveratis. Appellatur etiam oleum Sapientiæ, Benedictum, Divinum, & Sanctum.

*VIRES.*

P*Enetrat , digerit , materiam omnem excrementoſam conſumit. Aurium tinnitus à flatu craſſo , iiſque vermi-*

mi-



*minantibus medetur ; paralyſi , ſpaſmo cynico , iſchiadi, gonagræ , podagræ , cæteriſque articulorum affectibus prodeſt ; potum , aut inunctum , ſplenis tumores ſolvit ; comitiales naribus inunctum ſubitò excitat , cerebrum calefacit, memoriam firmat , dentium dolorem ſedat , iniectum vtero menſes provocat , fœtum vivum , aut mortuum educit , ora venarum aperit , & viſcidas oculorum ſuffuſiones delet , vermes interficit , venenis inſuper frigidis potenter reſiſtit , ſcorpionis morſum , & noxas ab opio , aut hyoſcyamo propellit , calculum veſicæ pellit , & mirificè commendatur ruptis è doloribus partus.* Doſis à gr. ij. ad gr. iv.

## OLEVM VITELLORVM OVORVM.

℞. Vitellorum Ovorum ad duritiem coctorum q. v. contunde , & torreſac lento igne ad humiditatis conſumptionem , hinc diſtilla per retortam vitream igne gradato , ſepara oleum ab aqua , vſuique ſerva.

*VIRES.*

V*Alet ad ſanguinem extravaſa in vulneribus quibuſcumque exiſtentem abſtrahendum , vetando materiarum generationem , ea mundificando , ac conſolidando , calidum , & guttatim ſuprà , & circùm inſtillando.*

## OLEVM ANTIMONII BEGVINI.

℞. Antimonij crudi , & ſacchari candidi ana ℥iv. Aluminis calcinati ℥j. ſimul trita , ac miſta diſtilla per retortam , igne valdè moderato , ſic accipies oleum rubicundum.

*VIRES.*

E*Ius vſus tantùm eſt externus , præſertim in gangræna, & ſphacelo , ad ſeparandam carnem mortuam , à vi-*

Ii vi-

UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

*viva; item bubones peſtilentiales vtiliter cum eo circumlinuntur, quibus poſtea emplaſtrum magneticum; vel aliud atrahens ſuper imponitur, & feliciſsime curantur.*

### GALBANETVM PARACELSI EX CRATONE.

℞. Gummi elemi, hederæ, galbani, & olei laurini ana p. æq. diſtillentur per retortam in arena; ſervantur ſeorſim, primum aqua, deinde oleum clarum, tertiò oleum craſſum inſtar mellis, quo in primis vtendum eſt.

### ALIO MODO.

℞. Galbani ℔ß. gummi hederæ ℥iij. diſtillentur per retortam igne arenę, & diſtillatum miſceatur cum terebinthinæ ℔j. olei laurini, & ſpicæ ana ℥j. diſtillentur denuo; vſuique repone.

### *VIRES.*

*ANtiparalyticum eſt, cephalicum, & omnibus morbis nervorum, obſtructionibus, paralyſi, apoplexia, letargo, & ſimilibus confert.*

### GALBANETVM HARTMANNI.

℞. Galbani ℔ß. ſpiritus terebinthinæ ℔j. digerantur ſimul in cucurbitam vitream ſatis amplam per octiduum, in loco calido, poſteà diſtillentur ad ſiccitatem; diſtillatum repone. Convenit cum priori.

### GALBANETVM VTERINVM SENERTI.

FIt, vt prædictum, addendo olei ſtillati lavendulę ℥j. & diſtillando S. A.

*** *** *** BAL-



### BALSAMVM PERVVIANVM ARTIFICIALE.

℞. Terebinthinæ Venetæ, & reſinæ ana ℔j. olei balanini, ſeu behen, olibani, ladani, & gummi elemi ana ℔ß. florum lavendulæ, & Macis ana ℥iv. ſpicæ, & ligni aloes ana ℥ij. myrrhæ, aloes, & ſanguinis draconis ana ℥iß. valerianæ minor. ireos, cyperi longi, acori veri, aſari, benzoini, & ſtyracis ana ℥j. zedoarię, galangę minoris, caryophyllorum, cinnamomi, caſtorij, & maſtiches ana ʒvj. Pulveranda pulverentur groſſo modo, & cum terebinthina, reſina, gummi elemi, & oleo balanino, prius liquefactis fiat paſta, quæ indatur cucurbitæ vitreæ, iuncturiſque benè loricatis, fiat diſtillatio ex arena, igne lento, primò prodibit aqua limpida, deinde oleum aureum, & tandem balſamum colore nigro rubente, quod ſub nomine Balſami Peruviani venit.

### *VIRES.*

*CApitis vulneribus cum oſsium leſione ſuccurrit, & membranarum. Pleuriticis ſi cum aqua bibatur* ʒj. *mirabiliter prodeſt; tuſsi, catarrho, capitis refrigerationi, & ſtomachi levat; vulneribus capitis ſemel in die peruncto prodeſt: penetrat enim facilè etiam ad partes longius remotas. Tumores homnes diſſolvit, &c.*
*Aqua convenit in epilepſia, convulſionibus, debilitate ſtomachi, flatibus, &c.* Doſis ad ℈ß.

### BALSAMVM MIRABILE EX PHARMACOPEA Extemporanea.

℞. Thuris ℥ij. Maſtiches, caryophyllor. galangæ, Macis, & cubebarum ana ℥ß. Ligni aloes ℥j. fiant pulvis, & miſceantur cum mellis ℔ß. terebinthinæ venetæ ℔j. his adde ſp. vini communis q. ſ. (ſcilicet vti ſolet ad tincturæ extractionem) diſtilla in B. M. quando

 ac-

UANL
UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN ®
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

acceperis omnem aquam limpidam, ſuppone aliud recipientem ſecundo enim prodibit balſamum nobile rubrum, quod rectifica.

*VIRES.*

E*Xternè curat vulnera omnia curabilia, inter 24. horas, nempe ſi applicentur guttæ aliquot. Curat ulcera antiqua, cancros, fiſtulas, lupos, Nolime tangere, intra 15. dies, applicatione quotidiana. Convenit etiam ad carbunculos, eos extinguit intra tres horas. Contra omnes oculorum morbos, tertia quoque die guttam j. inſtillando, internè exhibeantur gr. v. ad x. ad Contuſiones, Hæmorrhagias internas, Phthiſim, eſt affectus nervorum.* Sic Peregrinus, qui eum revelavit.

N. Calor B. M. non ſufficit ad ſubſtantiam balſamicam extrahendam, itaque igne lentiſsimo cinerum inſtituere potes diſtillationem.

*Olea Expreſſa.*

OLEVM AMYGDALARVM DVLCIVM ſine igne.

℞. Amygdalas excorticatas, ac minutiſsimè contuſas, imple ſacculum, vel pone in linteum; quod ligabis, & exprime fortiter ſub prælo, & oleum expreſſum ſerva.

*VIRES.*

G*Utturis, faucium, bronchiorum, & ſpiritualium aſperitatem lenit; phthiſicis, & atrophia laborantibus, ac conſumtis utile, uteri, veſicæ, & urinæ ardores mitigat, partuum dolores torminoſos diſcutit, &c.*

Doſis ad ℥ij.

OLEVM



OLEVM AMYGDALARVM DVLCIVM cum igne.

℞. Illam maſſam, ex qua oleum Amygdalarum dulcium ſine igne expreſſum fuit, tere denuò, ac cribra, & optimè tepefac vapore aquæ ferventis, ut dictum exprime. Convenit cum ſuperiori, tamen magis calidum eſt.

OLEVM AMYGDALARVM Amararum.

Paratur eodem modo.

*VIRES.*

C*Alefacit, attenuat, incidit, & digerit, unde aurium tinnitus, ac flatus è craſſa, & frigida materia ortos diſsipat, auditumque frigore obtuſum reſtaurat, obſtructa expedit, cutis maſculas, & aſperitates, tàm reliquarum, quam faciei (quas Ephelidas, & Pannos vocant) exterit, manantia capitis ulcera, furfureſque detergit, nervorum affectus frigidos, duros, & dolentes calore tenuante, ac digerente ſanat, amarore lumbricos necat, & frigidis uteri malis prodeſt, capitis dolores inſtillatum ſedat, urinæ anguſtijs, ſtrangurioſis in fiſtulam urinariam immiſſum medetur, ſuſpirioſis, lienoſis, icteroſis, & tabidis ſubvenit.* Doſis ad ℥j.

Simili ratione parantur olea expreſſa ſeſami, ſeminum frigidorum maiorum, papaveris, & ſimilium.

OLEVM NVCVM IVGLANDIVM.

Paratur eodem modo.



UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN ® DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

### *VIRES.*

*Flatus craſſos diſsipat, tumores diſſoluit, nervis punctis cum calce lota vtiliter adhibetur, ſcabiei, & cæteris vitijs cutaneis medetur.*

## OLEVM NVCIS MOSCHATÆ.

Paratur eodem modo.

### *VIRES.*

*Ori ventriculi inunctum mirè eum roborat; deglutitum calefacit mediocriter, & anhelitum commendat; illitum veneris tentiginem excitat; ſtomachicis frigida, & humida intemperie laborantibus conducit.* Doſis ad ℈ß.

## OLEVM BACCARVM LAVRI.

℞. Baccarum Lauri maturar. & contritar. q. v. coquantur diu in aqua, & colentur, & dum infrigidata fuerit colatura, illud pingue, quod ſupernatat, colligatur, ac reponatur.

### *VIRES.*

*Vehementer calefacit, aperit, mollit, diſcutit, & exiccat, ob id intemperiem omnem partium frigidam ſolam, aut cum pituita, & flatibus ſanat, cerebri, nervorum, articulorum, ventriculi, inteſtinorum, præſertim coli, hepatis, lienis, renum, & vteri affectibus frigidis medetur, ac dolorem his ſuccedentem abolet, rigori febrili ſpinæ dorſi illitum, paralyſi, nervorum vitijs, capitis doloribus inveteratis, ac diſtillationibus auxiliatur, &c.* Doſis ad gr. vj.

OLEVM



## OLEVM VITELLORVM OVORVM.

℞. Vitellorum Ovorum ad duritiem coctor. q. v. comminutos frige igne temperato, in vaſe terreo vitreato, donec ruſeſcant, & oleum emittant, continuè ſpatula lignea, vel ferrea, ne adurantur, movendo, oleum ſic calidè per torcular exprime, ac ſerva.

### *VIRES.*

*Valet ad aſperitatem cutis, impetigines, fiſſuras labiorum, manuum, & pedem; dolores vlcerum, articulorum, & omnium locorum nervoſſorum. Preterea vtile eſt loſis igne ambuſtis, & in membranis cerebri vulneratis, vlcera maligna cicatrizat, & pilos regenerat.*

### *Olea Cocta, & Infuſa.*

## OLEVM ROSATVM COMPLETVM MESVES.

℞. Olei ex olivis maturis, aqua fontana multoties loti ℔xv. infunde ſupra cum foliorum Roſarum rubrarum ℔vj. in vitreum vas quod obturetur, ac per dies ſeptem inſola, hinc coque tribus horis in vaſe duplici: Expreſsis roſis, & abiectis, immitte alias ℔vj. foliorum roſarum recentium: inſola iterum per dies ſeptem, poſtea coque, vt antea, & exprime. Tertio, alias ℔vj. folior. roſar. recent. immitte, quibus adde infuſionis roſar. rub. ℔iij. & ℥ix. eo modo paratæ, vt in ſyrupo roſato dictum eſt. Inſolentur per dies 40. in vaſe vitreato obturato, deinde coquatur, vt dictum ad humiditatis exhalationem, quod cognoſcitur, ſi guttulæ inſtillatæ ſuper prunas non crepitent, coletur, & aliquod dies inſoletur, vt fœces ſubſideant, vſuique reponatur.

 OLEVM

## OLEVM ROSATVM VVLGARE.

℞. Olei communis ℔iv. Roſarum rubrar. nondum penitus apertar. ℥xvj. Macera, & inſola per dies octo. Roſis exemptas bene exprime, atque ita fac tertiò, cola, & ſerva. Nonnulli in tertia infuſione roſas relinquunt. Decet coquere vt dictum ad humiditatis exhalationem.

### VIRES.

*Vim habet repellentem, mitigatoriam, concoquentem, & diſcuſſoriam; inflammationes extinguit, roborat, coquit, denſat, rheumatiſmus ſiſtit, & materierum per corpus fluxum cohibet, dyſenterias potu inſigniter iuvat, alvum ſoluit, ventriculum æſtuantem reſtinguit, ad vteri inflammationem pollet, capitis, & meningum cerebri vulneribus confert, idem calefactum iuvat, & exiccatum, aut mora in ſole, aut à febribus, aut alia cauſa: humectat enim, mitigat, ac ſomnum inducit; in dolore dentium inter initia vtiliter colluitur, vlceribus, in capite manantibus, & feruidis eruptionibus illinitur, lumbricos, & aſcaridas potum deturbat, podagricis doloribus, ac inflammationibus, & hæmorrhoidibus commodè illinitur.*

## OLEVM ROSATVM OMPHACINVM.

Paratur eodem modo, ſumendo oleum ex olivis immaturis, & roſas nondum penitus apertas.

### VIRES.

*Roborat, infrigidat, abſtringit, &c.*

## OLEVM VIOLATVM EX MESVE.

Paratur eodem modo quo omphacinum roſatum.





### VIRES.

*Frigidum, ac humidum eſt, tenuium partium leniens, & modicè aperiens, ad furentes inflammationes idoneum, intemperiem calidam extinguit, phlegmonas omnes ſedat, arteriæ aſperitatem pulmonis, & thoracis lenit, inunctio thorace, vnde, & tabidis, & hecticis præſtans eſt remedium.*

## OLEVM NENVPHARIS.

Paratur eodem modo, & convenit cum eo.

## OLEVM ABSYNTHII.

℞. Olei Omphacini ℔vj. comarum Abſynthij recentium, & contuſarum ℔ij. macerentur in vaſe vitreo ad ſolem, aut in aliquo loco calido, per dies tres: deinde in duplice vaſe coquantur ad humiditatis exhalationem, poſtea abiectis comis Abſynthij, infundantur aliæ ℔ij. comarum recentium, rurſuſque per triduum macerentur, deinde ſimili modo coquantur, & exprimantur, ita etiam tertia vice reiteretur, colletur, vſuique reponatur.

### VIRES.

*Calefacit, & refrigeratа roborat, præſertim ventriculum, cibi aviditatem excitat, obſtructa levat, lumbricos necat, frigidis ventriculi affectibus mirificè conducit, flatuſque ibidem conceptos diſſipat.*

## OLEVM ANETHI.

Paratur, eodem modo, ex comis Anethi, & oleo vtero claro.



UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN ®
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

### *VIRES.*

*ANodynum eſt, tumores crudos concoquit; reſoluit, & laxat. Somnum conciliat, rigorem febrilem ſpinæ, & partibus nervoſis acceſſionis initio illitum evincit, cephalalgiam mitigat, vteri duritiem emollit, menſtrua prouocat, dolores articulorum ſublevat, venarum ſpiracula laxat, calefacit, & emollit, nervis gratum, ac convulſionibus amicum.*

## OLEVM CHAMÆMELI.

Paratur, vt oleum Anethi, ex floribus Chamæmeli, & oleo.

### *VIRES.*

*PHlegmones mitigat, moderatè reſoluit; fluxiones cohibet vi ſua modicè aſtringenti, ideoque colicis, articularijs, cæterorumque dolorum initijs ſalubre eſt, laſſitudines iuvat, dolores ſedat, ac lenit, tenſa laxat, febres diſcutit, ac diſſoluit, præſertim, quæ ſtipata cute proveniunt. Hypochondriorum tenſionibus vtile, capitis dolores levat, meatus namque laxat, vapores diſcutit, & acrimoniam temperat, acopum eſt, & anodynum.*

## OLEM RVTÆ.

Paratur, vt oleum Anethi.

### *VIRES.*

*CAlefacit, tenuat, & digerit, illitum, & clyſteribus iniectum colicum dolorem ſedat, vitreum phlegma eijciens; laterum, renum, veſicæ, ac vteri dolores à cauſa frigida levat; nervorum, & ſpinæ, reſolutionem inunctum componit, convulſionibus medetur, & flatus diſſipat.*

OLEVM



## OLEVM MENTHÆ.

Paratur eodem modo.

### *VIRES.*

*VEntriculum refrigeratum, & imbecillum calefacit; firmat nauſeam, vomitumque reprimit, appetentiam excitat, concoctionemque iuvat.*

## OLEVM SAMBVCINVM.

Paratur eodem modo.

### *VIRES.*

*LEnit, abſtergit, cutim expurgat, ictero, & hepati abſtracto confert, articulorum, & nervorum doloribus vtile, eoſque roborat, in clyſteribus iniectum alvum irritat, ſeroſaque excrementa educit.*

## OLEVM EBVLORVM.

Paratur ex floribus ebuli, & oleo antiquo claro, vt oleum ſambucinum, & convenit cum eo.

## OLEVM LILIORVM ALBORVM.

℞. Florum Liliorum albor. abiecto, quod croceum eſt ℔j. olei clari ℔iij. macera., & inſola per dies octo, flores exemptos eos exprime, atque aliorum ℔j. impone, procede, vt dictum, itaque tertiò fiat, cola, & ſerva ad vſum.

*** *** ***

VI-

UANL UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN ® DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

*VIRES.*

R*Eſoluit, digerit, concoquit, dolores à frigore, thoracis, ventriculi, coli, vteri, renum, veſicæ, & neruoſarum partium ſedat, lenit, mitigat, conuulſionibus prodeſt, colicis item doloribus inunctum, aut ſuppoſitum confert, vtile eſt vteri cum primis, ac mulicbribus malis, eius præcluſiones, & duritiem ſoluens; grauidis ad facilem partum auxilio eſt, vlcera capitis manantia, furfures, varos, feruidaſque eruptiones ſanat, vibices, cicatriceſque celerrimè ad colorem reducit, & omnem inflammationem cum vitellis ouorum inunctum rarefacit.*

OLEVM CHEYRINVM.

Paratur eodem modo cum floribus, & oleo.

*VIRES.*

C*Alidum eſt temperatè, tenuat, lenit, ac digerit, ſuppoſitum dolores ex flatibus è materia frigida, & pituitoſa mitigat, ventris torminibus modicè ſuccurrit; neruorum, & iuncturarum dolores leuat, thoraci, pectori veſicæ, ac renibus confert, menſes prouocat, vterique ſuffocationi medetur, lumbricos interimit, partum facilitat, arthriticis demum, ac reſolutis auxiliatur.*

OLEVM PAPAVERIS.

℞. Capitum, florum, & foliorum papaueris albi ana ℥iv. olei ℔iij. inſolentur per octiduum, coletur, & reiteretur ſecunda, & tertia infuſio; colaturam ſeruato.

*VIRES.*

D*Olorem lenit, ſomnumque inducit capiti; pedibuſve adhibitum.*

OLEVM



OLEVM CYDONIORVM.

℞. Carnis Cydoniorum nondum perfectè maturorum, & tritorum, & ſucci eorum ana ℔iij. olei omphacini ℔xv. inſolentur per dies 15. poſtea coquantur ad exalationem humiditatis in B. M. expreſsioni adde carnis Cydoniorum, & ſucci eorum ana ℔iij. procede, vt antea; idque ad tertiam vicem repete, vſuique repone.

*VIRES.*

R*Efrigerat, & aſtringit totum ventrem inferiorem, ad neruos laxos cogendo roborat, retentricem partium facultatem firmat, & ventris defluxiones ſiſtit.*

OLEVM MYRTILLORVM.

Paratur eodem modo, cum fructibus immaturis contuſis Myrti, & ſucco eorum.

*VIRES.*

A*ſtringit, refrigerat, ac denſat, ventriculum roborat, &c.*

OLEVM MASTICHINVM MESVES.

℞. Olei roſati omphacini ℔j. Maſtiches ℥iij. vini odoriferi ℥iv. coquantur in duplice vaſe ad vini conſumptionem; colatura ſeruetur.

*VIRES.*

M*Ediocriter calefacit, & aſtringit, ventriculi concoctionem, & retentricem vim firmat, illitum in lienteria, & intemperie frigida ſicca ſalubre exiſtit; ad cœliacorum cruciatus vtile; cerebrum, neruos, & iuncturas roborat,*

UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN ®
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

*rat, phlegmonis gingivarum, linguæ, & totius oris medetur; faciem emaculat, & coloris gratiam illitum commendat.*

## OLEVM EVPHORBII MESVES.

℞. Euphorbij recentis ℥ß. ol. cherrini, & vini electi ana ℥v. coquatur, vt Maſtichinum.

### VIRES.

*IUuat maximè frigidos cerebri, & nervorum affectus, cephalalgiam, hemicraneam, lethargum, naribus immiſſum; articulorum quoque, hepatis, & ſplenis dolores illitum iuuat.*

## OLEVM IRINVM.

℞. Radicum ſcobinatarum Iridis ℔iij. flor. eiuſdem ℔iv. olei ſeſaminis, ſeu olivarum ℔xv. inſolentur in vaſe vitreo per dies 15. poſtea in vaſe duplici ad humiditatis conſumptionem coquantur, & colentur; idque ad tertiam vicem repetatur.

### VIRES.

*ABſtergit, maturat, ac reſolvit, dolores frigidos ſedat; materias in pectore, & pulmone contentas maturat, doloribus hepatis, ſplenis, & iuncturarum confert, eorumque durities, & apoſtemata dura lenit.*

## OLEVM RESOLVTIVVM EX Auguſtana.

℞. Radic. Althææ, cucumeris aſinini, & bryoniæ ana ℔iij. olei ℔x. macerentur aliquantolum; hinc coquantur S. A. expreſſum oleum reponatur.

*₄*

VI:



### VIRES.

*REſolvit, digerit; mollit, alta penetrat, ac frigidos, & contumaces dolores ſedat.*

## OLEUM DE ENELA EX MESVE.

℞. Radic. recent. enulæ contuſar. ℔j. olei ſeſamini ℔ß. coquantur ad humiditatis conſumptionem, coletur, oleum, vſuique reponatur.

### VIRES.

*CAlefacit, attenuat, digerit, ob id affectibus nervorum, uteri, & veſicæ frigidis prodeſt: febrium quoque rigori, & colo affectibus dolenti medicatur.*

## OLEVM LAVRINVM PER INFVSIONEM.

℞. Baccarum Lauri recentium ℥x. folior. eiuſdem ℥ij. contundantur, & infundantur in ℔iij. olei per dies duos, mox adde vini optimi ℥iv. coquantur ad humiditatis con[illegible]ionem: colatæ adde alias ℥x. Baccarum Lauri, & ℥ij. folior. eiuſdem, ſimili procede, vt antea, idque repete tertiò.

### VIRES.

*COnvenit cum oleo Baccarum Lauri, per expreſſionem, ſed mitiùs.*

## OLEVM LIGNI SANCTI MAGISTRALE.

℞. Ligni Sancti ſcobinati ℔j. infunde in aquæ vitæ comm. q. ſ. ad duorum digitor. ſuper eminentiam; ſtent per dies tres, deinde adde oleor. anethi, chamæmeli, & Baccar. Lauri ana ℥iv. pulveris tacamahacæ ℥iv. olei comm. ℔iiß. macerentur per dies

octo

ALERE FLAMMAM VERITATIS
UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN

octo, mox coquantur in vaſe duplici ad aquæ vitæ exalationem, colatura ſervetur.

*VIRES.*

A*D iuncturarum dolores à frigidis, & viſcidis humoribus natos, magno cum emolumento vtitur.*

OLEVM HYPERICI SIMPEX.

℞. Florum viridium Hyperici ſemine prægnant. ℔j. olei abietis ℔iij. vini ℥iv. infundantur ſimul, & inſolentur per 40. dies, poſtea, in duplici vaſe, ad humiditatis conſumptionem coquantur, & colatura reponatur.

*VIRES.*

D*Olori nephritico, colico, & iſchiatico valet, & etiam in capitis vulneribus.*

OLEVM HYPERICI COMPOSITVM.

℞. Florum Hyperici ad maturitatem ſeminis ferè accedentium ℔j. olei veteris clari ℔ij. vini odoriferi ℔j. macerentur tribus diebus, ac noctibus: deinde bulliant in duplici vaſe, optimè opturatis in vaſe vitreo, ad vini conſuptionem, poſtea exprimantur, & expreſsioni par pondus florum recentium, atque vini addatur, & iterum macerentur, coquantur, & exprimantur, tunc etiam tertiò recentes hyperici flores; ac vinum, vt antea admiſceantur, cum terebinthinæ claræ ℔j. croci ℈iv colatura reponatur.

*VIRES.*

C*Alefacit, & ſiccat, eſſentiaque eſt tenuis; vnde ad omnes dolores à frigido contractos valet, & anodynum exiſtit, iſchiadicis præterea, & varicibus vtiliter adhi-*

bea



*betur; contra dentium dolorem, podagram, chiragram, articulorumque dolores ſalubre remedium, nervorum punctturis, & vulneribus efficax eſt, & illitu, ac fotu convulſiones prohibet, ambuſtis cicatrices ducit, & vulnera glutinat.*

OLEVM NARDINUM EX MESVE:

℞. Spicæ Indicæ ℥iij. maioranæ ℥ij. ligni aloes, enulæ folij, calami aromatici, cyperi, ſchœnanthi, & cardamomi ana ℥iß. contundantur groſſo modo, & affundantur illis vini, & aquæ fontanæ ana ℔j. olei ſeſamini ℔vj. macerentur per noctem, deinde coquantur in duplici vaſe ad humiditatis conſumptionem, colatura ſervetur.

*VIRES.*

C*Alefacit, tenuat, digerit, modicè aſtringit; quo circa iis auxiliatur, qui calore, & aſtrictione indigent, vt ſtomachicis, diſtillationi, ac thoracis vitio obnoxijs, ventriculum firmat, & coctionem procurat: viſcerum phlegmonis, iecoris inflammationi, ac pulmonum vlceribus illinitur, cerebri, & nervorum frigidos affectus ſanat, ac aurium dolores mitigat, tremulis, & paralyticis ſummum eſt remedium; vteri præfocationes, occluſiones, & tumores ſuppoſitum diſcutit, aut etiam iniectum veſicæ dolori, renumque calculis opitulatur.*

OLEVM CROCI EX MESVE.

℞. Croci ℥j. myrrhę electæ ℥ß. aceti ℥ivß. olei ℔iß. macerentur ſimul per dies quinque, ſexto die adde cardamomi ʒix. calami aromatici ℥j. ſeptimo die coquantur in duplici vaſe ad aceti conſumtionem, hinc coletur, ac reponatur.

K 2 VI

UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN
ALERE FLAMMAM VERITATIS
DIRECCIÓN GENERAL DE

### *VIRES.*

*NErvos, ac uterum roborat, eorum dolorem ſedat, convulſioni, & uteri morbis confert, duritiem diſſipat, necnon corpori colorem vividum præſtat.*

## OLEVM CORTICVM CAPPARVM.

℞. Corticum Capparis ℥j. corticum radicum tamaricis, florum eiuſdem, ſem. agnicaſti, aſpleni, & ciperi ana ℥ij. rutæ ʒj. olei ℔j. aceti albi acerrimi, & vini albi ana ℥ij. trita leviter, infundantur per octiduum: poſtea in duplici vaſe, ad vini, & aceti exalationem coquantur, colaturaque, ſervetur.

### *VIRES.*

*LIenis tumores duros, & ſcirrhoſos adiuvat, eiuſque obſtructionibus valdè familiare eſt.*

## OLEVM ANTIPLEVRITICVM PETRI à Caſtro.

℞. Cucurbitas longiores, ſuſpendantur in loco concluſo, quò Solis radij non pertingunt, diſcindantur, & pulpa abijciatur, cortex aſſervetur, & à cortice caro ſeparetur: ℞. huius corticis ℔j. olei olivarum vetuſtiſſimi ℔iij. huic oleo incoque corticem ad humiditatis conſumptionem, cuius ſignum erit, ſi oleum accenſum ſine ſtrepitu ardeat, & cortex ferè totus appareat combuſtum, tunc ceſſa à coctione, & cola oleum. Deinde in oleo prædicto colato, in olla capaciſsima, impoſito, extinguatur virga ferrea (non chalybea) optimè accenſa, repetendo id octo decim vicibus, ſemper ollam obturando, poſtea vſui ſervetur.





### *VIRES.*

*IN patella benè calida quo ad tactu perferri poſsit, infundatur parum huius olei, poſt accipiatur mappella immunda, quæ vſurpata fuit, & complicetur in quadruplum, pariterque calefacta quantum perferre poteſt patiens, ponatur ſuper ſtupam, & ad alligetur, ne oleum motu a parte affecta recedat; inungatur autem perſequendo dolorem quocunque proceſſerit. Quando pleuriticus inunctus non incipiat expuere, poſt quinque horas renovetur inunctio.*

## OLEVM ANTIPLEVRITICVM EX VIDOS, ſeu Balſamum Cucurbitæ.

℞. Cucurbitar. Longarum, & olei communis ana p. æq. Cucurbitæ ſcobinatę, dum ad debitam magnitudinem excreverunt, ponantur cum oleo in olla vitreata ad ignem, vſque quo humiditas conſumpta ſit: poſtea virga chalybis accenſa extinguatur in oleo evolvendo huc, & illuc, idque repetatur vſque oleum non deflagret, ſemper ollam optimè obturando, hoc peracto coletur oleum, & ſervetur vſui. Convenit cum ſuperiori.

## OLEVM APARICII VIRIDE, EX SEGOVIENSE Schedula.

℞. Olei ℔xij. roris marini, & hyperici ana ℥xxj. rutæ, abſynthij, chamæmeli, lentiſci, verbaſci, centaurij, & ſanguinariæ ana ℔ß. contundantur herbæ, & in oleo per dies xxx. inſolentur; poſtea adde vini optimi ℔iv. lumbricorum terreſt. ℔j. cooperto vaſe coquantur in duplice vaſe ad humiditatis conſumptionem, & facta colatura, adde reſinę pini ℔j. Colophoniæ ℔ß. terebinthinæ abietinæ ℔ij. gummi Iuniperi recentis ℥iv. diſſolvantur igne lento in prædicto oleo, & iterum



UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN ®
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS
ALERE FLAMMAM VERITATIS

rum colentur, colaturæ adde ſequentia in ſubtiliſſimum pulverem redacta; myrrhæ electæ, & thuris ana ℥iv. maſtiches ℥ij. ſanguinis draconis ℥j. aloes hepaticæ, & boli armenæ ana ℥ß. optime cum oleo calido miſceantur per horas quatuor, poſtea vas in magnam ſimi quantitatem involvatur, & frigefactum vini reponatur.

## OLEVM APARICII IOANNIS DE ONGOIIS.

℞. Vini albi generoſi, & olei veteris ana ℔iij. flor. & foliorum hyperici ℔ß. cardui benedicti, valerianæ, & Vrticæ domeſticæ ana ℥iv. terebinthinæ claræ venetæ ℥x. thuris maſculi ℥v. myrrhæ ℥iij. Sanguinis Draconis ℥j. Oleum, vinum, & herbæ contuſæ coquantur igne lento, ad humiditatis vini, & herbarum conſumptionem, poſtea exprimantur, expreſsioni adde terebinthinam, & bulliant ambo igne lento per quadrantem horæ, & tunc addantur thus, myrrha, & Sanguis Draconis in pulverem redacta, iterum bulliant ad myrrhæ, & thuris diſſolutionem. Denique in vaſe vitreo oleum refrigeratum ſoli exponatur per dies decem, deinde reponatur.

### *VIRES.*

*Hanc deſcriptionem ab ipſo mei Aparitio Catholici Regis Philippi Medico habuiſſe narrat præfatus Ioannes de Ongeiis, cui aſcribuntur decem facultates ſequentes. Prima, quod omnibus vulneribus capitis confert. Secunda, omnibus plagis, ſeu vulneribus artuum, tam ſuperiorum, quam inferiorum, nempe brachiorum, & crurum. Tertia, confert omnibus vulneribus penetrantibus in quacunque parte fuerit. Quarta, ad ſclopetorũ vulnera valdè proficuũ eſt medicamentum. Quinta, omnibus apoſtematibus, ſeu tumoribus præter naturã mirificè ſuccurrit. Sexta, hemorrhoidibus ita proficit, vt omnes ſanet. Septima, omnibus morbis ar-*



*arthriticis vtiliſſimum eſt medicamentum. Octava cancros omnes curat. Nona, morbis renum valdè opitulatur. Vltima, vlceribus, & plagis antiquatis maximè confert.*

## OLEVM MOSCHELINVM NICOLAI Alexandrini.

℞. Olei puri ℔vj. vini odoriferi ℔ß. folij, aut macis, nardi Indicæ, coſti, & maſtiches ana ℥iß. ſtyracis calamitæ, croci, myrrhę, cinnamomi, caſsiæ ligneæ ana ʒvj. carpobalſami, caryophyllor. & bdellij ana ℥ß. moſchi ʒij. nucis moſchatæ N. ij. folium, myrrham, caſsiam, carpobalſamum, & bdellium tere, ac per biduum in vino, & oleo macera; poſteà coque in duplici vaſe ad vini conſumptionem; deinde cola, & reliqua, præter moſchum, in tenuiſsimum pulverem redacta inſperge, & iterum macera, & coque parumper; vltimò moſchum addito, probe omnia miſcito, reponito, ac interdum vas agitato.

### *VIRES.*

*Frigidis affectibus eſt præſtantiſsimum, ventriculum præſertim roborat, & calefacit, dolorem lateris illitum ſanat, ſtranguirioſis, colicis, ac nervorum omnibus propè vitijs confert.*

## OLEVM CASTORII EX ARNALDO de Villanova.

℞. Pulpę Caſtorij non rancidi, nec nigri ℥j. trituretur benè, & bulliat in ℔j. olei antiqui, cum ℥ij. vini electi, vſque ad vini conſumptionem, & abſque colatura ſervetur.



UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

### *VIRES.*

*FAcultatem incidendi, & attenuandi craſſos humores exiſtentes habet, eſt enim optimum in quibuſcumque affectibus frigidis.*

## OLEVM SCORPIONVM MESVES.

℞. Scorpiones xx. ol. amygdalar. amararum ℔ij. inſolentur in vaſe vitreo ſtricti oris benè obturato diebus 30. deinde coletur ol. & ſervetur.

### *VIRES.*

*LApidem renum, & veſicæ frangit, & expellit, lumbis, pubi, perinæo illitum, aut per meatum vrinarium iniectum.*

## OLEVM SCORPIONVM MAGNVM Mathioli.

℞. Olei olivarum vetuſtiſsimi ℔iij. Florum Hyperici virentium, ac modicè conquaſſatorum. M. iij. Inſolentur ſimul in vaſe vitreo probè obturato recondita per dies 10. vel 12. dehinc in calente B. M. macerentur horis 24. tum verò colentur, & exprimantur. Hoc facto: ℞. Florum Hyperici recent. Chamædryos, Calaminthæ, & Cardui Benedicti ana M. j. flores, & herbæ prius contuſæ oleo admiſceantur, macerenturque in balneo per triduum, poſtea colentur, & exprimantur. Poſt hæc:

℞. Florum Hyperici à caulibus repurgatorum, ac modicè contuſorum M. iij. Sumergantur in eodem oleo, ac per triduum itidem in balneo macerentur, colentur, & exprimantur, eandem infuſionem reaſſumptis ſemper recentibus floribus ter, vel quater reiterando, donec oleum ſanguineum colorem acquirat. His peractis.

℞.



℞. Granorum viridium Hyperici, quod defloruit, in cacumine plantæ natorum, in quibus ſemen continetur, M. iij. contundantur, & vino albo meraco perfuſa, in prędictum oleum immiſſa per octiduum inſolentur: poſtea verò tridui ſpatio in balneo macerentur, colentur, & exprimantur, laborem hunc novis ſemper reaſſumptis ſeminibus ter, vel quater ſic repetendo, vt oleum obſcuri ſanguinis colorem referat: tunc vero.

℞. Scordij recentis, calaminthæ, centaurij min. cardui benedicti, verbenacæ, & dictamni cretici ana M. ß. Tuſa, ac in oleo priore demerſa, per bidnum in balneo macerentur, colentur, & exprimantur, vt ſupra. Poſteà:

℞. Zedoariæ, radic. dictamni albi, gentianæ, tormentillæ, ariſtolochiæ rotundæ ana ʒiij. ſcordij M. j. Hęc omnia tuſa, vt priùs, in balneo affuſo priore oleo per triduum rurſus macerentur, colentur, & exprimantur. Expreſſo, & colato huic infunde denuò ſtyracis calamitæ, & Laſeris, ſeu Benzoini ana ʒvj. baccar. Juniperi ℥ß. melanthi ʒij. caſsiæ ligneæ odoratiſsimæ ʒix. Junci odorati, & cyperi rotundi ana ʒiß. ſantali albi ℥ß. contuſa in oleum immittantur, rurſuſque, vt antea per triduum in eodem balneo macerentur, tum colatum, ac expreſſum oleum calens ſuperaffundatur trecentis ſcorpionibus vivis diebus canicularibus collectis, qui priùs vitreo vaſe concluſi, ac calidis cineribus ſuper impoſiti in iram exarſerint, & ſudare in cæperint. Hi vnà cum hoc oleo tridui ſpatio in balneo macerati exprimantur, oleumque abiectis ſcorpionibus percoletur. In hoc rurſum infunde Rhabarbari electiſsimi, Myrrhæ, & Aloes hæpaticę ana ʒiij. Spicæ ʒij. Croci ʒj. Theriacæ, & Mithridatij ana ℥ß. Tundenda contundantur, ac cum cæteris oleo prædicto immergantur macerenturque ſimul omnia in balneo calente per triduum, poſteà abſque colatura reponatur in vſum.

*VIRES.*

V*iperarum, aſſiduum, ac venenatorum animalium morſibus auxilio eſt. Pulſibus, ac extimæ cordis parti ad ſiniſtram mammillam inunctum, repetita per ternas horas illinitione, omnibus veneris per os ſumptis, ſi modò ea erodentia non fuerint, efficaciſſimè ſuccurrit, quin etiam peſtiferis morbis ſic adhibitum medetur, necnon ab iiſdem præſervat.*

## OLEVM VVLPINVM MESVES.

℞. Vulpem integram exemptis interaneis, aquæ fontanæ ℔iij. olei veteris clari ℔iv. ſalis comm. ℔ß. coquantur ad conſumptionem medietatis aquæ, & adde anethi, & thymi ana ℔j & ℥j. continuetur decoctio donec ab oſſibus recedat caro, & ad humiditatis conſumptionem, deinde coletur oleum, ac reponatur.

*VIRES.*

P*otentiſſimæ in digerendo, & diſcutiendo facultatis eſt, quo nomine ad nervoſi generis injurias frigidas, & articulares affectus præcipuè valet.*

## OLEVM DE CATVLIS MAGISTRALE.

℞. Catulorum canis nuper nator. N. ij. olei violacei ℔iv. vini rubri ℔j. terebinthinæ ℔ß. ſp. vini ℥iv. lumbricor. terreſt. ℥iij. ſtœchadis, flor. anthos, chamæpythios, lavendulæ, chamæmeli, & anethi ana M. j. miſceantur, & bulliant omnia in B. M. ad vini conſumptionem, præter terebinthinam, & ſp. vini, quæ, facta colatura, addantur, & uſui reponatur oleum, in vaſe optimè clauſo.





*VIRES.*

A*nodynum eſt in vulneribus, articulorum doloribus confert, & nervis à cauſa frigida imbecillioribus roborandis, nervoſumque genus omne illitum recreat.*

## OLEVM CATELLORVM COMPOSITVM, ſeu Baculum Paralyticorum.

℞. Olei olivarum ℔vj. Catellorum nuper nator. N. ij. lumbricorum terreſtrium lotor. ℔j. coquantur in vaſe clauſo leni calore per horas duas, hinc coletur, colaturæ adde axungiæ gallinæ, axungiæ equi, & olei ſcorpionum Meſues ana ℔ß. gemmarum populi recentium, ſummitatum hyperici ſemine prægnatar. ana ℔j. chamæmeli, lavendulæ, ſalviæ, rutæ, ſerpilli, anthos, origani, pulegij, roris marini, & abſynthij ana ℥ij. contuſa macerentur in loco calido, vaſe optimè obturato, per dies octo, deinde in B. ad humiditatis conſumptionem coquantur, & colatura facta reponatur oleum.

*VIRES.*

A*nodynum eſt inſigne, ſedativum dolorum articulorum omnium.*

## OLEVM VIPERARVM MESVES.

℞. Viperarum ℔ij, olei ſeſaminis ℔ij. & ℥iij coquantur lento igne in vaſe vitreo obturato, ne vapor inde exalet, donec caro ab oſſibus decidat, coletur, ac reponatur.

*VIRES.*

C*utim extergit, & impetigines, aliaque vitia cutis ſanat.*

## OLEVM LACERTI.

℞. Olei communis ℔iij. Lacertorum vivorum N. iv. coquantur ad Lacertorum humiditatis conſumptionem, & colatura ſervetur.

### *VIRES.*

*Illitum ad faciei rubedinem emmendandam commendatur;*

## OLEVM REGINÆ.

℞. Olei ſeſaminis, & communis ana ℔ij. Lacerti vivi N. j. Benzoini ℥ij. ſtyracis calamitę ℥j. Decoctionis Abrotani maſculi ℔ß. olea, Lacertus, & decoctio coquantur ſimul in olla vitreata, ad humiditatis conſumptionem; hinc adde gummata, & cum ſoluta fuerint cola, ac ſerva.

### *VIRES.*

*Adhibetur ad producendos pilos, & eorum deſluvium prohibendum; id utilius conſequetur, ſi prius pilorum de fluvio cum Ladano, & urſi pinguedine glabris locis illinitur.*

## OLEVM LVMBRICORVM TERRESTRIUM.

℞. Lumbricorum terreſtrium probè in vino lotorum ℔ß. olei roſati ℔ij. vini ℥ij. coquantur in duplici vaſe ad humiditatis conſumptionem, colaturaque uſui ſervetur.

***

VI-



### *VIRES.*

*Anodynum eſt, cuius fotu nervi recreantur, vulnera, reſolutionesq; ue eorum curando.*

## CAPVT XVIII.

### *De Vnguentis, & Balſamis Vnguentarijs.*

## VNGVENTVM ROSATVM MESVES.

℞. Axungiæ Porcinæ recentis novies aqua calente, & toties frigida lotæ, & roſarum rubrarum recentium, & contuſarum ana ℔vj. miſceantur, & dimittantur, ut marceſcant per dies ſeptem: deinde coquantur lento igne ad humiditatis conſumptionem, & colentur. Rurſus tantundem roſarum recentium, ut antea, colaturę adde, & poſt dies ſeptem, ut antea coquantur, & adde ſucci Roſarum rubrar. ℔iij. coque igne lento ad ſucci conſumptionem, colatura detineatur uſque ad refrigerationem, ut fœces ſubſideant, quas reijce, & unguento à fœcibus ſic ſeparato miſce olei amygdalarum dulcium ℔j. uſuique repone.

### *VIRES.*

*Calorem immoderatum extinguendo, phlegmonas omnes, eryſipelata, & herpetes ſedat, dolorem capitis à cauſa calida, & ventriculi, renum, & hepatis incendium mitigat.*

## VNGVENTVM ROSATVM SANTALATVM.

℞. Vnguenti Roſati ℔j. pulveris ſantalor. rub. ℥iß. miſce exactè, ac ſerva.

*** *** ***

VI-

## OLEVM LACERTI.

℞. Olei communis ℔iij. Lacertorum vivorum N. iv. coquantur ad Lacertorum humiditatis conſumptionem, & colatura ſervetur.

### *VIRES.*

*ILlitum ad faciei rubedinem emmendandam commendatur.*

## OLEVM REGINÆ.

℞. Olei ſeſaminis, & communis ana ℔ij. Lacerti vivi N. j. Benzoini ℥ij. ſtyracis calamitę ℥j. Decoctionis Abrotani maſculi ℔ß. olea, Lacertus, & decoctio coquantur ſimul in olla vitreata, ad humiditatis conſumptionem: hinc adde gummata, & cum ſoluta fuerint cola, ac ſerva.

### *VIRES.*

*ADhibetur ad producendos pilos, & eorum deſluvium prohibendum; id utilius conſequetur, ſi prius pilorum de fluvio cum Ladano, & urſi pinguedine glabrit locis illinitur.*

## OLEVM LVMBRICORVM TERRESTRIUM.

℞. Lumbricorum terreſtrium probè in vino lotorum ℔ß. olei raſati ℔ij. vini ℥ij. coquantur in duplici vaſe ad humiditatis conſumptionem, colaturaque uſui ſervetur.

***





### *VIRES.*

*Anodynum eſt, cuius fotu nervi recreantur, vulnera, reſolutionesque eorum curando.*

# CAPVT XVIII.

## *De Vnguentis, & Balſamis Vnguentarijs.*

## VNGVENTVM ROSATVM MESVES.

℞. Axungiæ Porcinæ recentis novies aqua calente, & toties frigida lotæ, & roſarum rubrarum recentium, & contuſarum ana ℔vj. miſceantur, & dimittantur, vt marceſcant per dies ſeptem: deinde coquantur lento igne ad humiditatis conſumptionem, & colentur. Rurſus tantundem roſarum recentium, vt antea, colaturę adde, & poſt dies ſeptem, vt antea coquantur, & adde ſucci Roſarum rubrar. ℔iij. coque igne lento ad ſucci conſumptionem, colatura detineatur vſque ad refrigerationem, vt fæces ſubſideant, quas reijce, & vnguento à fæcibus ſic ſeparato miſce olei amygdalarum dulcium ℔j. vſuique repone.

### *VIRES.*

*CAlorem immoderatum extinguendo, phlegmonas omnes, eryſipelata, & herpetes ſedat, dolorem capitis à cauſa calida, & ventriculi, renum, & hepatis incendium mitigat.*

## VNGVENTVM ROSATVM SANTALATVM.

℞. Vnguenti Roſati ℔j. pulveris ſantalor. rub. ℥iß. miſce exacte, ac ſerva.

***   ***   ***



UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN ®
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

### *VIRES.*

V*Tuntur eo Medici in hepatis intemperie calida, & in dolore renum ex in temperie calida contracto, & ſimilibus.*

## VNGVENTVM POMORVM EX VALENTINA.

℞. Axungię porcinæ recentis, & ablutæ ℔vj. Pomorum redolentium minutim inciſorum ℔iij. aquæ roſatę ℔ß. coquantur in vaſe terreo vitreato ad humoris conſumptionem, addendo inter coquendum in panno ſubtili ligata antea contuſa Benzoini optimi, & ſtyracis calamitæ ana ℥ij. caryophyllor. ʒj. mox colentur, & poſt refrigerationem à fecibus ſeparetur, & diu agitetur, vſuique reponatur.

### *VIRES.*

V*Alet ad faciem decorandam, & etiam vitia labiorum, & narium emendanda.*

## VNGVENTVM CITRINVM EX HYERONIMO de la Fuente.

℞. Axungiæ albiſsimæ lotæ ℔j. ceruſſæ lotæ, & pp. ℥iij. diſſolvatur axungia, & permiceatur ei ceruſſa, agitentur, & colentur per pannum lineum ſubtilem, & & in parte colaturæ diſſolve camphorę ʒij. & miſce cum reliquo vnguento, ſemper agitando vſque ad refrigerationem.

### *VIRES.*

*Valet ad faciem decorandam, & impetigines delendas.*
Apellatur etiam Vnguentum Album Camphoratum.





## VNGVENTVM POPVLEON NICOLAI.

℞. Oculorum Populi nigræ ℔iß. folior. papaveris nigri, mandragoræ, cimarum rubi tenellarum, hyoſcyami, ſolatri, lactucæ, vermicularis, ſemper vivæ maioris, bardanæ, violariæ, & vmbilici veneris ana ℥iij. Optime contuſa miſceantur cum axungiæ porcinæ recentis ℔ij. ſcilicet axungia bene à membranulis purgata, commiſceatur cum oculis populis nigræ contuſis, poſtea herbæ virentes (dum veniant quia non veniunt vno tēpore) miſceantur, & in loco calido per hebdomadam detineantur, hinc ponantur in cacabo cum ℔j. vini, & coquantur ad humiditatis conſumptionem, coletur vnguentum, & in loco frigido reponatur.

### *VIRES.*

S*Omnum conciliat, & febricitantibus, ac caput dolentibus propter calorem inunctum fronti, & temporibus, aut plantis pedum, aut manum carpis prodeſt.*

## VNGVENTVM ALBVM RHASIS.

℞. Olei Roſati ℔j. Ceruſſæ pulveratæ ℔ß. ceræ albæ ℥iij. liquefiat cera in oleo, poſtea addatur ceruſſa, & agitetur vnguentum vſque ad refrigerationem, vſuique reponatur.

### *VIRES.*

V*Alet ad pruritum, ſcabiem, aduſtionem, vlcera, puſtularum eruptiones, acrem ſerpiginem, intemperiem vlcerum calidam, aliaque multa cutis vitia ſananda.*

## VNGVENTVM MINII.

℞. Olei Roſati ℔j. ceræ albæ ℥iij. Minij pulverati ℔ß. fiat, vt vnguentum album. Convenit cum eo.



UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

## VNGVENTVM MAGISTRALE.

℞. Olei Roſati ℔iß. ceræ albæ ℥iv. ceruſſæ ℥iiß, lithargyrij ℥ij. Minij ℥ij. Liqueſiat cera in oleo, poſtea adde ceruſſam pulveratam, & agita, deinde lithargyrium, & vltimò Minium ſemper agitando, vſque ad refrigerationem, vſuique ſerva.

### *VIRES.*

*VAlet in ambuſtis, ſerpigine; ſcabie, & etiam fonticulis applicatur.*

## VNGVENTVM PLVMBI LEONARDI de Bertapalia.

℞. Olei Roſati ℔ij. & ℥iij. ceræ ℥ix. Plumbi vſti, & lithargyrij ana ℥ij. Ceruſſæ, & Antimonij pp. ana ℥j. fiat vnguentum S. A.

### *VIRES.*

*Valet ad vlcera cancroſa, exiccat, tergit, &c.*

*Plumbi vſtio.* Plumbum calcinatur ſic: fiat ſtratum ſuper ſtratum ex Plumbo laminato, & ſulphure pulverato, in vaſe terreo, vraturque igne violento: poſt vſtionem ſæpius abluatur, & reſiccetur. Dioſc.

## VNGVENTVM DIAPOMPHOLYGOS, SEV de Tutia ex Nicolao Alexandrino.

℞. Olei Roſati ℥x. ſucci granor. ſolani hortenſis ℥viij. bulliant lento igne ad ſucci diſsipationem: hinc adde ceræ albæ ℥v. ceruſſæ lotę ℥iv. plumbi vſti, & tutiæ pp. ana ℥ij. Thuris ʒj. fiat vnguentum S. A.

***





### *VIRES.*

*PRæſtantiſsimum eſt ad vlcera ſananda, eorum enim calorem mitigat, humiditatem ſiccat, malignitatem cancroſam domat, dolorem lenit, cavitatem carne implet, & ad cicatrizem perducit. Maximè autem tibiarum vlceribus prodeſt.*

## VNGVENTVM LITHARGYRII.

℞. Lithargyrij ſubtiliter pulverati, & Olei Roſati ana ℔j. aceti albi ℥iv. coquantur ſimul ad linimenti duriuſculi conſiſtentiam, & extra ignem adde olei roſati ℔ß. miſce optime agitando; mox in mortario continenti olei roſati ℔ß. injiciantur, & diu agitentur, hinc eis adde aceti albi ℔j. continuetur agitatio diu, vt fiat exacta miſtio, & nanciſcatur albedinem, poſtea addatur de oleo roſato q. ſ. ad vnguenti conſiſtentiam, & agitetur diu magno cum labore, & reponatur vſui.

### *VIRES.*

*VAlet ad refrigerandum, & ſæpe magno cum ſucceſſu in pruritu, ſcabie, & ſimilibus applicatur.*

Appellatur etiam Vnguentum Nutritum, & Vng. Triapharmacum.

## VNGVENTVM ALBVM SARRACENVM EX Valentina.

℞. Lithargyrij, & ceruſſæ ana ℥iij. olei roſati ℔ß. aceti roſati ℥ij. coquantur ad cerati conſiſtentiam, hinc in mortario æneo optimè agitetur addendo aquæ roſar. ℥ij. albuminum ovorum N. ij. iterum agitetur, & ℞. olei roſati ℔ß. ſevi caprini ℥ij. liqueſiat ſevum in oleo, & adde reliquis in mortario injectis, iterum dât, ac fortiter agita, & ſub finem miſce pulverum maſti-

ALERE FLAMMAM VERITATIS
UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN ®
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

maſtiches albæ ℥ß. ſemin. cuburbitæ per ſetaceum equinum traiec. ℥iij. camphoræ gr. vj. denuo diu agitentur, vt optimè, & perfectè vniantur, vſuique repone.

*VIRES.*

*Valet in vlceribus ad repellendum, & refrigerandum, partibus circunſtantibus appoſitum: etiam eryſipelata reprimit, & amboſtis medetur.*

## VNGVENTVM VIRIDE OLIVERIS.

℞. Vnguentorum Albi Rhaſis, Lithargyrij, Tutiæ, & Plumbi ana ℥ij. Pupuleonis ℥iv. ſucci ſolatri ℥iij. olei roſati omphacini ℥ß. miſceantur in mortario plumbeo diu agitando, vſuique repoṇatur.

*VIRES.*

*Vtitur in vlceribus, ad eorum inflammationes mitigandas, corroſioneſque abſorbendas.*

## VNGVENTVM CONTRA SCABIEM.

℞. Axungiæ porcinæ ℔iiß. Terebinthinæ ℥xv. Lithargyrij ℥x. Ceruſſæ, & Mercurij ſublimati ana ℥iiß. vitellorum ovorum. N. x. ſuccum decem limonum, miſce, & fiat vnguentum S. A.

*VIRES.*

*Confert ad ſcabiem, & pruritum, cuius ſervorem temperat, vitioſum humorem cuti impactum extergit, mitigat, & emundat.*

*** *** ***

VN-



## VNGVENTVM RVBEVM EX LEONARDO de Bertapalia.

℞. Olei Roſati, & Lithargyrij ana ℥iij. Pulv. Ioannis Vigonis ℥j. miſceantur in mortario diu agitando, vſque quo linimenti conſiſtentiam nanciſcatur. Vel: Liquefac in prædicto oleo roſato ceræ ℥iij. & hinc miſce pulveres, & agita vſque ad refrigerationem, vſuique repone.

*VIRES.*

*Valet ad vlcera putrida extergenda.*

## VNGVENTVM APOSTOLORVM AVICENNÆ.

℞. Ceræ albę, reſinę terebinthinæ, & gummi ammoniaci ana ʒxiv. galbani, & myrrhę ana ℥ß. lithargyrij ʒix. ariſtolochiæ longę, thuris maſculi, & bdellij ana ʒvi. opopanacis, & floris æris ana ʒij. olei communis (ſi fuerit æſtas) ℔ij. (ſi autem hyems) ℔iij. Gummata triturentur, & in aceto per 24. horas ſupra cineres calidos detineantur, mox coquantur igne lento ad diſſolutionem, hinc per cribrum tranſcolentur, & ad mellis conſiſtentiam coquantur: deinde in aliud vas coquantur modicè oleum, & lithargyrium, quibus poſtea adde ceram, & terebinthinam, & frigefactis, miſce eis gummata modo prędicto parata, & optimè miſce, tandem reliqua præter viride æris, ſubtiliſsimè pulverata miſceantur, modo viride æris in pollinem impalpabilem, vſuique repone.

*VIRES.*

*Vlnera, & vlcera contumacia, itemque fiſtulas detergendo expurgat, fungoſam, aut mortuam carnem*

Ll ex-

UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

exedit, & abſumit, & novæ reſtitutionem accelerat.

## VNGVENTVM ÆGYPCIACVM EX GVIDONE.

℞. Mellis ℔ij. aceti albi acerrimi ℔ß. floris æris pulverati ℥j. aluminis pulverati ℥ß. coquantur ſimul ad vnguenti conſiſtentiam.

### *VIRES.*

*AD ulcera antiqua, & fiſtuloſa extergenda valet, putredinem aufert, ſaniem abſumit, carnem excreſcentem, & mortuam exedit.*

## VNGVENTVM BALSAMICVM EX Biurera.

℞. Olei ℔iij. ceræ citrinæ ℔i. ceruſſæ ℔ß. pulv. lithargyrij, ſaponis, & colophoniæ ana ℥iv. terræ ſigillatæ pp. & balſami albi ana ℥ij. liquefiant in oleo cera, colophonia, & ſapo, hinc addantur mineralia, & coquantur igne lento ad vnguenti conſiſtentiam, deinde addatur balſamum, & liquefactum reponatur vnguentum.

### *VIRES.*

*VAlet mirificè in ulceribus quibuſcumque, ſtrumis, apoſtematibus frigidis, inflammationibus, carbunculis malignis, aperit, purgat, reſolvit, cicatricem inducit, &c.*

## VNGVENTVM CALCIS.

℞. Calcis novies lotæ, exiccatæ, & pulveratæ ℥iij. olei roſati ℔j. ceræ albæ ℥iij. fiat vnguentum S. A.

***

VL



### *VIRES.*

*AMbuſta feliciſſimè curat. Valet inſuper ad pruritum eryſipelata, & antiqua tibiarum ulcera.*

## VNGVENTVM HERPETICVM, VULGO *de Zabida.*

℞. Succi Cebar, ideſt ſucci plantæ, exqua Aloe egreditur, vulgo *Zabida* dicta, ℔ß. pulveris Ioannis Vigonis ℥ß. Vnguentorum Tutiæ, Plumbi, Minij, Magiſtralis, & Albi Rhaſis ana ℥iv. miſceantur, & agitentur diu in mortario plumbeo, vt fiat exacta miſtio

### *VIRES.*

*MIrificè curat ſcabiem, herpes, fiſſuras, aliaque cutis fœditates, ulceraque mundificat.*

## VNGVENTVM ALABASTRI EX Auguſtana.

℞. Succi chamemeli ℥iv. ſucci roſar. ℥ij. ſucci rutæ, & betonicæ ana ℥iß. ſucci rad. altheæ ℥ij. olei roſati omphacini ℔iß. coquantur ſimul ad humiditatis conſumptionem, poſtea adde Colaturæ Alabaſtri pp. ℥iij. ceræ albæ q. ſ. vt fiat vnguentum S. A.

### *VIRES.*

*HVius vnguenti virtus eſt omnem capitis dolorem mitigare, ſivè is fuerit per conſenſum, aut per eſſentiam in febre, & extra febrem, & omni tempore paroxyſmi, excepto principio: livores ex percuſſionibus aufert.*

***

Ll 2 VN-

ALERE FLAMMAM VERITATIS
UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

## VNGVENTVM DEFENSIVVM DE BOLO, ex Fragoſo.

℞. Olei Maſtiches, Roſati, & Cydoniorum ana ℥iij. Ceræ albæ ℥ij. & ʒij. pulveris Santalor. rubror. ℥ß. Boli armenæ pp. ℥j. aceti roſati ℥iij. olea, & aceti bulliant ad humiditatis exhalationem, hinc addatur cera, & liquefacta miſceantur pulveres, & agitetur vnguentum vſque ad refrigerationem.

### *VIRES.*

*Vim habet refrigeratoriam, aſtringentem, & roborantem, optimeque convenit initio fluxionum calidarum, proinde incipienti phlegmoni, eryſipelati, & ſimilibus prodeſt.*

## VNGVENTVM OPHTHALMICVM VULGO de los Capuchinos.

℞. Butyri ſuilli recentis novies aqua roſata loti ℔j. viridis æris, tutiæ pp. & ſtercoris lacerti ana ℥ß. Camphoræ ʒij. ceræ albæ ℥iij. vnguenti roſati ℔ß. Butyrum, vnguentum, cera, & Camphora liquefiant, mox reliqua in ſubtiliſsimum pulverem redacta miſceantur, vt fiat vnguentum.

## VNGVENTVM OPHTALMICVM ALIVD.

℞. Vnguenti Pomorum, & Roſati ana ℔ß. Tutiæ pp. ℥ß. miſce, & fiat vnguentum.

### *VIRES.*

*Si ad angulos, & palpebrarum oras adhibeantur, humorum fluxiones arcent, acrimoniam mitigant, dolorem ſedant, calorem temperant, &c.*





## VNGVENTVM REFRIGERANS GALENI.

℞. Olei Roſati Omphacini ℥iv. ceræ albæ ℥j. liquefiat cera in oleo, & adde aquæ frigidiſsimæ quantum agitatione vnguentum capere poſſit, & albeſcat, poſtremò pauxillum aceti roſati adijcies.

### *VIRES.*

*Ubicumque refrigeratione, & humectatione opus eſt, eius vſus eſſe poterit; hecticis prodeſt, necnon renum dolori à cauſa calida provenienti, opem fert.*

## VNGVENTVM CVCVRBITÆ EX LVDOVICO de Oviedo.

℞. Succorum portulacæ, plantaginis, Solatri, & Cucurbitæ ana ℔ß. olei amygdalarum dulcium, & violati ana ℥viij. coquantur leniter ad ſuccorum conſumptionem, coletur oleum, & cum ceræ albæ ℥iv. fiat vnguentum S. A.

### *VIRES.*

*Valet ad corrigendam ſiccam intemperiem, & aliquantulum calidam: nam per exceſſum eſt frigidum, & humidum; ideoque valet ad conſumptos hecticos, ad maciе laborantes, contractos in febribus ardentibus, & ad renum inflammationes.*

## VNGVENTVM RESVMPTIVVM.

℞. Olei roſati, violati, nenupharis, & amygdalarum dulcium ana ℥j. axungiæ gallinæ, & medullæ crurum vaccæ ana ℥ß. ceræ albæ ℥j. liquefiant, & poſt refrigerationem reponatur vnguentum. Convenit cum vnguento cucurbitæ.



UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN ®
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

## VNGVENTVM PLEVRITICVM REGIS Saboris Medorum Meſues.

℞. Olei violati ℥iij. ceræ ʒiß. adipis anatis, & galline ana ʒxv. hyſſopi humidæ ℥iij. butyri ovium loti ſæpe in aqua hordei ℥iß. mucilaginis ſem. Altheæ, & lini ana ʒxxx. fiat vnguentum S. A.

### *VIRES.*

*LAterum, ac pectoris dolores mitigat, tuſsim ſedat, maturat, excreationem, & expectorationem iuvat, humores craſſos digerit, & attenuat.*

## VNGVENTVM CORDIALE GAINERI.

℞. Olei Nenupharis citrini ℥iij. ceræ albæ lotę ʒvj. camphoræ gr. iij. liquefiant, & addantur in ſubtiliſsimum pulverem: flor. Nenupharis citrini ʒij. ſantali rubri, ſem. acetoſæ, & corallij rub. pp. ana ℈j. Margaritar. pp. & oſsis de corde cervi ana ℈ß. miſce, vt fiat vnguentum.

### *VIRES.*

*Utitur in cordis affectibus calidis.*

## VNGVENTVM COMITISSÆ EX varignana.

℞. Corticum medianorum glandium id eſt membrana rubra inter corticem, & carnem interpoſita cort. medianor. caſtanearum, & quercus arboris, baccar. myrthi, equiſeti, gallarum, cort. fabarum, acinorum vvarum, calicum glandium, ſorborum immatur. ſiccor. meſpilorum immaturor. ſiccor. folior. prunor. ſilveſt. & radicis tormentillę ana ℥iß. contundantur aliquantulum, & coquantur in aquę plantaginis ℔viij. ad



ad medietatis aquæ conſumptionem: deinde colaturæ adde olei Myrtillor. cum oleo omphacino novies loto parati, & olei Maſtiches ana ℔iß. ceræ novæ novies lotæ ℥viijß. Coquantur ſimul ad humiditatis conſumptionem: hinc inſperge ſequentia in ſubtiliſsimum pulverem redacta: corticum medianorum caſtaneorum, cort. medianor. glandium, & cort. medianor. quercus arboris ana ℥j. gallarum, ſucci hypocyſtidis, cineris oſsium cruris bubuli, baccar. myrti, acinor. vvarum, & ſorborum ſiccor. ana ℥ß. trochiſcorum de charabe ℥ij. fiat vnguentum S. A.

### *VIRES.*

*AD menſtrua ſupprimenda, & abortum prohibendum valet; fœminei fluxus abundantiam compeſcit, locos muliebres firmat, vterum roborat, ac renes laxatos conſtringit, ſi eo inungantur, hæmorrhoidum profluvium ſiſtit.*

## VNGVENTVM DE CORTICIBVS Caſtanearum Montagnanæ.

℞. Olei Maſtiches ℔j. ol. Myrtini, & Cydonior. ana ℔ß. ceræ albæ ℔ß. reſinæ ℥j. liquefiant, eiſque in ſubtiliſsimum pollinem redacta adde Maſtiches, acatiæ, & Sanguinis Draconis ana ℥iß. corallij rub. pp. ſuccini, & terræ ſigillatæ ana ℥j. corticum medianor. caſtanearum, & ſcoriæ ferri pp. ana ℥ijß. boli arm. pp. olibani. & balauſtriar. ana ℥ß. fiat vnguentum S. A. *Convenit cum vnguento comitiſſæ.*

## VNGVENTVM POMI AVREI.

℞. Pomorum Aureorum, (vulgo *Tomates.*) & Butyri maialis recentis ana p. æq. Poma Aurea Conquaſſentur, & ſimul cum butyro coquantur ad humiditatis conſumptionem, colaturę addatur Pomorum Aureo-



ALERE FLAMMAM VERITATIS

rum ęqualis portio, iterumque, vt antea coquantur, colatura ſervetur.

*VIRES.*

*Vtitur in hęmorrhoidum doloribus ſiſtendis.*

## VNGVENTVM MALÆ INSANÆ EX Donzellio.

℞. Malorum inſanorum (vulgo *verengenas*) q. v. minutim terantur, & oleo roſato cooperiantur, coquantur ad diſſolutionem, ſeu humiditatis conſumptionem, colentur, colaturæ adde ceræ citrinæ q. ſ. vt fiat vnguentum, cui in fine adde viridis æris parum, quantum ſcilicet ſatis eſt ad colorem conciliandum.

*VIRES.*

*IN ſanandis hæmorrhoidum doloribus miranda præſtat, eoque quædam vetula pro arcano vtens incredibilem pecuniæ copiam adepta eſt.*

## VNGVENTVM AD PERNIONES.

℞. Olei roſati ℥ij. ſucci napi ℥iv. coquantur ad ſucci conſumptionem, & cum ceræ ℥ß. fiat vnguentum.

## VNGVENTVM AD VERMES.

℞. Centaurij minoris, Abſyntij, & farinæ lupinorum ana ℥j. pulpæ colocynthidis tritæ, & aceto maceratæ, & poſtea exiccatæ ℈ij. olei amygdalar. amarar. ℔ß. ceræ ℥ß. fiat vnguentum conſiſtentiæ idoneæ.

*VIRES.*

*PLurimum valet ad Lumbricos interficiendos, ſi eo vmbilici regio vngatur, vel totum abdomen, aut eius portio*



*tio cum decocto enematis communi, per ſedem in aluum inijciatur.*

## VNGVENTVM ENVLATVM.

℞. Radic. Enulę in aceto non nimis forti coctæ, tritæ, & per cribrum traiectæ ℔j. axungiæ veteris ſalitę, & olei communis ana ℥iij. cerę novę ℥j. terebinthinæ claræ ℥ij. ſalis communis ʒß. Cera, oleum, & axungia liquentur, quibus enulæ pulpa addatur, poſt ſal, tandem terebinthina; fiat vnguentum.

## VNGVENTVM ENVLATVM CVM MERcurio.

FIt ex priori vnguento in mixtis ℥ij. mercurij cum terebinthina, & axungia ad hoc ſervata in mortario extincti.

*VIRES.*

*AD pruritum, ſcabiem ſiccam, humidam, & à quacumque cauſa ortam, atque alias cutis fœditates mirè efficax eſt.*

## VNGVENTVM EBVLORVM EX LAGVNA.

℞. Succi radicis ebuli, & ſucci fol. eiuſdem ana ℥ij. olei chamæmeli ℔ß. coquantur ad humiditatis conſumptionem, in colatura diſſolve ceræ ℥iß. Poſt refrigerationem lavetur cum aceto roſato, & reponatur.

*VIRES.*

*VAlet ad hydropem, lavando, antequam applicetur, ventrem, & crura, decoctione radicum, & foliorum ebulorum in lixivio forti, cum ſale parata. Appellatur etiam Vng. Chamæactes.*

VN-

UANL UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS ® ALERE FLAMMAM

## VNGVENTVM CICVTÆ.

℞. Radicum recent. brioniæ, herbar. recent. Abſynthij, Chamæmeli, & ſolior. recent. tamaricis ana ℔ß. ſucci cicutæ ℔j. olei ℔iij. Conquaſſanda, conquaſſentur, & omnia ſimul ad humiditatis conſumptionem coquantur, colaturæ ℞. ℔ij. ceræ citrinæ ℔ß. liquefiat cera in oleo, & adde gummi ammoniaci in ſucco cicutæ ſoluti, & ad vnguenti conſiſtentiam cocti ℔ß. fiat vng.

### *VIRES.*

*Valet ad opilationes lienis, & hepatis diſcutiendas, eorumque tumores præcauendos.*

## VNGVENTVM CONTRA OPILATIONEM Splenis.

℞. Succorum depurator. apij, & petroſelini ana ℥ij. olei capparis, & irini ana ℥viij. olei amygdalar. amarar. ℥vij. coquantur ad humiditatis conſumptionem, colaturæ adde ceræ albæ partem quartam, & poſtquam diſſoluta ſit cera adde extra ignem in ſubtiliſsimum pulverem: ſchœnanthi, ſcolopendriæ, corticum capparum, & ſeminis agnicaſti ana ʒij. fiat vng.

## VNGVENTVM CONTRA OPILATIONEM Iecoris.

℞. Succorum depurator. apij, petroſelini, ſœniculi, Abſynthij, & cichorij ana ℥iv. olei ℔j. olei amygdalar. dulcium ℔ß. coquantur ad humiditatis conſumptionem, & in colatura diſſolve ceræ ʒivß. & extra ignem adde pulveris ſpicæ nardi ʒj. ſpodij ℈j. ſantali rubri ʒiijß. fiat vnguentum.

*₄*

VN-



## VNGVENTVM DE SVCCIS CONTRA opilationem ventris.

℞. Succor. depurator. apij, petroſelini, fœniculi, abſynthij, & cichorij ana ℥iv. vini albi, & aceti albi ana ℥iiß. olei com. ℔j. olei amygdalar. amarar. ℔ß. coquantur ad humiditatis conſumptionem: colaturę adde ceræ ℥ivß. fiat vnguentum S. A.

## VNGVENTVM ARTHANITÆ MAIVS EX Meſue.

℞. Succi Arthanitæ ℔iij. ſucci cucumeris aſinini, & butyri vaccini ana ℔j. olei Irini ℔ij. pulpæ colocynthidis ℥iv. polypodij ℔ß. Euphorbij ℥ß. contundantur, quæ contundenda, & macerentur in ſuccis, & oleis diebus octo in vaſe vitreo, poſtea ſemel ſerveſac in duplici vaſe: hinc cola, & colaturę adde ſagapeni ʒvj. & ℈ij. myrrhæ ʒij. diſſolvantur hæc prius in aceto, & coquantur in prædicta colatura ad ſuccorum conſumptionem, deinde adde ceræ ℥v. fellis vaccæ ʒvj. & ℈ij. ſerveſac ſimul donec cera liqueſcat; hinc inſperge paulatim ſequentia pulverata: Scammonij, Aloes, Mecereonis, colocynthidis, & Turpethi ana ʒvj. & ℈ij. Euphorbij, piperis longi, Zingiberis, & Chamæmeli ana ʒij. & ℈ij. ſalis gemmæ ʒv. fiat vnguentum S. A.

### *VIRES.*

*Illitum ſtomacho vomitu purgat, hypogaſtrio autem inunctum, alvum deijcit: obid hydropicos mire iuvat, ſeroſum excrementum largè evacuando. Vermes quoque enecat, & educit, adhibetur iiſ, qui purgans medicamentum ſumere nequeunt.*

*₄*

VN-

UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN ®
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

## VNGVENTVM AGRIPÆ EX NICOLAO.

℞. Radicic. Bryoniæ ℔ij. radicis cucumeris aſinini ℔j. rad. ſcillæ ℔ß. rad. Ireos ℥iij. radicum filicis, ebuli, tribuli marini, ſeu terreſtris (*Vulgo Abrojos*) ana ℥ij. olei ℔iv. Radices omnes recentes inciſæ, & contuſæ macerentur in prædicto oleo per dies octo; hinc coquantur ad humiditatis exhalationem, deinde fortiter exprimantur, & in oleo colato adde ceræ albæ ℥iij. pro vna quaque libra olei, & cera liquefacta, & vnguentum frigefactum vſui reponatur.

### *VIRES.*

*AD hydropicos, lienoſos, & ventre dolentes vtile eſt; illitum ſuper ventrem eum laxat.*

## VNGVENTVM AREGON NICOLAI.

℞. Radicis Ari, & cucumeris aſinini, ſummitatum maioranæ, roris marini, ſerpylli, & rutæ ana ℥ix. radicum bryoniæ, foliorum Lauri, ſalvię, & Sabinę ana ℔ß. pulicariæ maioris, & minoris, ideſt coniçæ, laureolæ ana ℔iß. nepetæ, ideſt calaminthę, folior. cucumeris aſinini ana ℔j. Piſtentur optime, & in olei ℔x. per dies ſeptem infundantur, mox ad humiditatis exhalationem lento igne coquantur, poſtea fortiter exprimantur: colaturæ ℞. ℔v. adipis vrſini, & olei Laurini ana ℥iij. butyri ℥iv. ceræ ℔j. & ℥iij. lique fiant, & extra ignem adde in ſubtiliſsimum pulverem redacta: pyrethri, euphorbij, zingiberis, & piperis ana ℥j. maſtiches, & olibani ana ʒvij. deinde olei moſchelini ʒß. petroelei ℥j. fiat vnguentum, vſuique reponatur.

* * *





### *VIRES.*

*COnvulſioni, & paralyſi conducit; ſpinæ, & renum dolores, ac colicos cruciatus ſanat; ad omnem ſtomachi, & ventris dolorem, uterinaque mulierum mala, quartanam, & morbum comitialem valet, articulares morbos iuvat, & rigores febrium ſpinæ illitum diſcutit: item ſcabiei, ex lue venerea confert.*

## VNGVENTVM MARTIATON NICOLAI.

℞. Roris marini, & foliorum Lauri ana ℥viij. rutæ ℥vij. folior. tamaricis ℔ß. ebuli, ſabinæ, maioranæ, balſamitæ, ideſt menthæ aquaticæ, ſalviæ, ocymi, polij veri, calaminthæ, artemiſiæ, enulæ, betonicæ, brancæ vrſinæ, aſperulæ, ideſt rubiæ minoris, herbæ venti, ideſt parietariæ veræ, pimpinellæ, agrimoniæ, abſynthij, herbæ paralyſis, ideſt primulæ veris, herbę Sanctæ Mariæ, ideſt coſti hortenſis, cymarum ſambuci, herbæ craſſulæ ideſt ſemper vivi minoris, millefolij, ſempervivi maioris, chamedryos, centaurij, plantaginis minoris, fragariæ, quinque folij, herbę terrahis, ideſt herba Judaica (*vulgo infantina*) ana ℥ivß. Radic. altheæ, comarum myrti, & cumini ana ℥iij. fœnugræci ℥iß. vrticę, vialariæ, papaveris rubri, menthę ſarracenicæ (*vulgo ſandalos*) alterius menthę vulgaris, lapatij acuti, ideſt oxalidis, polytrici, cardui benedicti, matris ſylvæ, ſolatri, herbæ muſchatæ, ideſt roſtrum ciconiæ, alleluia, ideſt trifolij acetoſi, linguæ cervinæ, criſpulæ, ſeu buphthalmij, ideſt oculi bovis, camphoratæ, ideſt abrotani maris, ſtyracis calamitæ, medullæ oſſium cervi recentis, ana ʒß. butyri ℥j. & ʒij. adipis vrſini, adipis gallinę, maſtiches, & thuris ana ℥i. olei nardini ℥ij. olei communis ℔viij. ceræ albæ ℔ij. Herbæ omnes Maio menſe colligantur, & inciſæ macerentur in vino odorifero per dies ſeptem, octavo deinde die coquantur aliquantulum deinde adde

oleum ſupradictum, & coquantur rurſùm ad humiditatis conſumptionem, coletur oleum, & permiſceantur cum eo cera, butyrum, medulla, adipes, & ſtyrax primùm in mortario calido optime piſtata, & cum oleo nardino ſupradicto ſoluta, deinde pulverata, quæ pulveranda, vt fiat vnguentum S. A.

*VIRES.*

*OMnibus doloribus à frigore natis, & convulſioni vtile eſt, nervorum reſolutiones iuvat, tumores, & durities emollit, lieni indurato præcipuè confert, ad lienoſos enim, & hydropicos expertam habet commendationem, livorem cutis emendat, nervorum, & articulorum tumores frigidos diſcutit, eorumque dolores ſedat.*

N. Poſt coctionem herbarum cum oleo non poſſunt extrahi ℔viij. olei, quare debet parari, vt vnguentum Aregon, ſuperando proportionalitèr herbas, oleum, & vinum, & poſt coctionem accipi expreſsionis ℔viij. & in eis diſſolvere ceram, & reliqua ſolubilia, vltimoque pulveres, &c.

## VNGVENTVM ALTHEÆ EX NICOLAO.

℞. Radicum Altheæ ℔j. ſeminis lini, fœnugræci, ana ℔ß. ſcyllæ recentis ℥iij. lota, tritaque macerentur triduo in aquæ ℔v. deinde bulliant donec inſpiſſentur, expreſsionis accipe ℔j. miſce cum olei ℔ij. ferveſiant denuò ad mucilaginis exhalationem, tunc coletur, & colaturæ adde ceræ flavæ ℔ß. colophoniæ, & reſinæ ana ℥iij. terebinthinæ, & galbani ſoluti, colati, & ad vnguenti conſiſtentiam inſpiſſati ana ℥j. omnia ſimul in cacabo liqueſcant, agitentur, & ab igne removeantur, & iuxta refrigerationem inſperge pulveris gummi hederæ ℥j. miſce exactè, vt fiat vnguentum. Paratum abſque galbano, & gummi hederæ appellatur vng. Altheæ ſimplex.

*Unguentum Altheæ Simplex.*

*VI.*



*VIRES.*

*CAlfacit, emollit, lenit, humectat, & digerit, ob id intemperiem frigidam tollit, nervorum duritiei prodeſt, ſiccitatem nimiam emendat, pleuritidi, & aliis affectibus ab humore crudo muſculis adhærente natis, medetur.*

## VNGVENTVM FILII ZACHARIÆ.

℞. Mucilaginis ſeminis lini, ceræ citrinæ medullæ cruris vaccæ, adipis gallinæ, & anatis ana ℔ß. olei ſeminis lini ℔j. liqueſiant, & agitentur diu poſt refrigerationem, vt optimè vniantur.

*VIRES.*

*TOphos in articulis emollit, & diſſolvit; ſputum in morbis thoracis facilitat.*

## VNGVENTVM GVMMI ELEMI.

℞. Olei roſati ℔j. reſinæ ℥iv. ceræ citrinę, & gummi elemi ana ℥iij. terebinthinæ, & pulv. gummi ammoniaci ana ℥ij. oleum, reſina, cera, gummi elemi, & terebinthina liqueſiant ſimul, colentur, & iuxta refrigerationem miſceatur pulvis gummi ammoniaci, agitetur, vt fiat exacta miſtio.

*VIRES.*

*VVlneribus capitis ſummoperè vtile eſt, & etiam vlcera in quacumque corporis parte mirificè mundificat.*

## VNGVENTVM AVREVM EX GVIDONE.

℞. Ceræ citrinæ ℥v. reſinæ ʒij. terebinthinæ ℔j. liqueſiant, & extra ignem adde mellis ℥iij. miſceantur optime,

UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

timè, & iuxta refrigerationem adde in ſubtiliſſimum pulverem redacta maſtiches, thuris, ſarcocollæ, myrrhę, aloes, & croci ana ʒij. fiat vnguentum.

*VIRES.*

V*Alet ad vulnera ſananda, excrementa tergenda, & humiditatem exiccandam.*

VNGVENTVM BASILICVM PALIDVM.

℞. Olei comm. ℔ij. ceræ flavę, ſepi arietini, & reſinæ ana ℔ß. picis græcæ ℔j. liqueſiant, colentur, & reponatur vng.

*VIRES.*

D*Olorem mitigat, humorem noxium parti impactum coquit, ac ſuppurat illius acrimoniam lenit, aperit, & terget, carne vlcera implet.*

Sumendo, pro pice greca, picem nigram appellatur vnguentum Baſilicum Nigrum.

*Vnguentum Baſilicum Nigrum.*

VNGVENTVM BASILICVM MAIVS Meſues.

*Picis navalis vice quid.*

℞. Ceræ albæ, picis navalis, pro ea picis nigræ, reſinæ pini, ſepi vaccini, Thuris, & Myrrhę ana ℥j. olei ℔j. liqueſiant omnia, præter thus, & myrrham, colentur, & iuxta refrigerationem addantur thus, & myrrha pulverata, agitentur, vt fiat exacta mixtio.

*VIRES.*

U*Lcera phlegmone carentia, præſertim partium nervoſarum terget, carne implet.*

*** ***

VNg



VNGVENTVM MEDIÆ CONFECTIONIS.

℞. Terebinthinæ ℔ß. ceræ albę ℥iv. olei roſad ℥ij. reſinæ ℥iß. liqueſiant, colentur, & addantur mellis roſati ℥ij. & iuxta refrigerationem adde pulveris maſtiches, & thuris ana ℥ß.

*VIRES.*

*Valet ad vulnera modicè tergenda, & exiccanda.*

VNGVENTVM MVNDIFICATIVVM Nervorum Guidonis.

℞. Mellis, terebinthinæ lotę, farinæ hordei, & fabarum ana p. æq. miſceantur exactè, vt fiat vnguentum.

VNGVENTVM MVNDIFICATIVVM Apij Eiuſdem.

℞. Succi apij ℔j. mellis ℥ix. farinæ frumenti, vel hordei ℥iij. coquantur ad vnguenti ſpiſſitudinem.

*VIRES.*

*Mundificat, & maturat vlcera maligna.*

VNGVENTVM ANDOSILLÆ EX DE la Fuente.

℞. Sepi hircini, reſinę, & olei ana p. æq. liqueſiant, colentur, & reponatur vnguentum. *Valet ad vſum fontitulorum.*

Mm VNg

UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

## VNGVENTVM, SEV CERATVM Conſolidabilis.

℞. Ceræ flavæ, terebinthinæ, ſepi hircini, & olei comm. ana p. æq. liqueſiant, & ſi neceſſe ſit colentur, ad uſumque fonticulorum ſerva.

## VNGVENTVM CANTHARIDARVM

℞. Vnguenti baſilici nigri ℥iv. ceræ citrinę ℥ij. picis nigræ ℥ß. liqueſiant, & juxta refrigerationem adde, pulveris cantharidarum ℥j. fiat vnguentum. Vtitur ad veſicas excitandas.

## VESICATORIVM CVM FERMENTO Schroderi.

℞. Cantharidarum ſine alis, nec capitibus N. 30. ſeu ʒj. pulverentur, & ſubigantur cum fermenti acris ʒij. humectando, ſi opus ſit aceto forti.

## VNGVENTVM CARRALARVM.

℞. Carralarum N. 50 conquaſſentur, & miſceantur cum butyri maialis ℔ß. coquantur ad humiditatis conſumptionem, colatura ſervetur. *Vtitur etiam ad veſicas excitandas.* Carralę (*vulgo Carralexas, & etiam vinageras*) ſunt vermes pyramidales nigricantes inter ſegetes naſcentes.

## VNGVENTVM MERCVRII COMPOSITVM.

℞. Mercurii vivi ℔j. extinguatur in mortario æneo cum ſaliva ieiuni hominis, vel paucâ terebinthina; & addantur axungię porcinæ ℔ij. pulveris ſalvię, &



& ſtœchadis ana ℥ij. olei ſpicæ ℥iij. fiat vnguentum diu agitando.

### VIRES.

*Mirificè convenit in lue venerea pro inunctione.*

## VNGUENTVM MERCVRII SIMPEX.

℞. Mercurij vivi ℔j. extinguatur, vt ſupra dictum, hinc adde axungiæ ℔iv. agitentur diu, vt fiat vnguentum.

### VIRES.

*Vtitur ad pediculos, & ricinos pediculares necandos.*

## FVNICULI AD MORBVM GALLICVM.

℞. Argenti vivi, & Butyri Naphæ ana ℥iv. eſſentiæ roris marini ʒij. albuminis ovi N. j. terebinthinæ ℥j. extinguatur Mercurius cum terebinthina in mortario: deinde reliqua admiſceantur, & diu, vt fiat exacta mixtio agitentur. Poſtea fiant duo funiculi goſſypini ad groſsiciem digiti minimi, & prolixitatem ſecundum ægroti corpus, cui, poſt vniverſales evacuationes ponantur ad formam Crucis Sancti Andreæ, taliter, vt vnum compitum ſtet ſupra pectus, & aliud ſupra ſcapulam, cavendo, ne funiculi ventriculo attigant: ægrotus ſic paratus lectum per octiduum ſervabit, plus, minus vt ſecundum oris fluxionem, ſive ptyaliſmum. Eſt remedium ad morbum gallicum tutum, & facile.



UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

## BALSAMVM ARCEI.

℞. Terebinthinæ, & gummi elemi ana ℥iß. ſepi hirci-
ni ℥ij. axungiæ porcinæ veteris ℥ß. liquefiant, co-
lentur, & reponantur.

### *VIRES.*

V*Tiliſſimum eſt ad ulcera, & vulnera carne replenda, ad oſſium luxationes, contuſiones, fracturas, &c.*

## BALSAMVM EX DOCTORE PORRAS.

℞. Olei roris marini ℥xvj. reſinæ pini, picis nigræ, &
colophoniæ ana ℥ij. ceræ flavæ ℥iij. liquefiant, &
iuxta refrigerationem adde balſami nigri ʒj. fiat exa-
cta miſtio, vſuique reponatur.

### *VIRES.*

U*Titur in doloribus iuncturarum magno cum emolumento.*

## BALSAMVM, SEV OLEVM ALOETICVM Schroderi.

℞. Aloes hepaticæ ℔j. myrrhæ ℥ij. thuris ℥ß. diſtilla
lento igne cinerum ex cucurbita humili.

### *VIRES.*

*Umbilico illitum purgat, & expellit lumbricos.*

## BALSAMVM DIASVLPHVRIS RVLANDI.

℞. Florum ſulphuris ℥j. olei nucum iuglandium ℔ß.
℥iij.



vini generoſi ℥ij. macerentur per dies octo igne len-
to, aliquoties agitando. Poſteà lentè coquantur ad
vini conſumptionem; tandem cola, & vſui ſerva.

### *VIRES.*

D*Igerit, diſcutit, & reſolvit. Propterea illitu ſanat ani fiſſuras, fiſtulas, procidentiam, apoſtemata, pruritum, impetigines, anthracem, aurium dolores, arthriticos morbos, bubones, cranium fractum, ulcera, & vulnera, cancrum, hæmorrhoides cœcas, mamillarum duritiem, nodoſitates, paraliſin, paronichiam, podagram, vomicas, varicem, & vſtionem.*

## BALSAMVM VIRIDIVM METENSIVM.

℞. Olei ſeminis lini expreſsi, ol. olivarum ana ℔j. Lau-
rini ℥j. terebinthinæ venetæ ℥ij. ſimul igne lento li-
qua, & refrigeratis permiſce olei diſtillati baccar. Iu-
niper. ℥ß. viridis æris ʒij. aloes ſuccotrinę ʒj. vitrio-
li albi ʒiß. olei caryophyllor. ʒj. miſce, fiat Balſa-
mum.

### *VIRES.*

M*Undificat vulnera, ac vlcera, eaque ad cicatriſationem perducit. Valet etiam in animalium venenatorum morſibus.*

## BALSAMVM SATVRNI.

℞. Aceti ſale Saturni impregnati, ſeu ſolutionis Satur-
ni, antequam in ſale reducatur, ſed iuxta pelliculam
evaporati q. v. miſce cum oleo roſato in mortario
plumbeo, diu agitando, & ſic coagulatur in
linimentum.

***



UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

*VIRES.*

*Confert inſlammationibus, ambuſtis, podagræque calidæ applicatum, etiam mammilis affectis, & ſimilibus.* Appellatur etiam Vnguentum, Seu Butyrum Saturni.

## BALSAMVM APOPLECTICVM AVGVSTANÆ.

℞. Olei nuciſtæ expreſſi ℥j. roſiſmarini gr. vj. ſuccini gr. iv. zibethi optimi ℈ß. moſchi orient. & Ambræ griſſeæ gr. ix. granorum ſtyracis ſelectæ gr. xx. ol. nucis moſchatæ leni calore emolliatur, cui grana ſtyracis, tum ambram cum oleis diſtillatis tritam, zibethum, & moſchum cum ſp. roſarum particula diluto commiſce, vt fiat Balſamum.

*VIRES.*

*Cephalicum eſt, & præcipuè, vt nomen indicat Apoplecticum.*

## BALSAMVM APOPLECTICVM MYNSICHT.

℞. Oleor. nucis moſchatæ expr. ℥j. ſuccini albi rectificati ʒiß. roſarum veri, & cinnamomi ana ℈j. lavendulæ, & maioranæ ana gr. xv. aſæ dulcis, & rutæ ana ℈ß. caryophyllor. & citri ana gr. iv. miſce, & adde ambræ griſſeæ ʒß. zibethi non falſi ℈iv. moſchi ʒj. fiat Balſamum.

*VIRES.*

*In tota Republica Medica vix invenitur Balſamum Apoplecticum fama illuſtrius, virtute nobilius, honore dignatur, auxilio promptius, & odore fragrantius, quam hoc præſens. Narium enim extremitatibus ſaltem, necnon vertici, atque pulſibus modicè inunctum ſpiritus miraculosè ſuſcitat, atque ſuaviſſimè recreat.*

CA-



# CAPVT XIX.

*De Emplaſtris, Ceratis, & Cataplaſmatis.*

## EMPLASTRVM DIACHYLON MAGNVM Meſues.

℞. Lithargyrij auri tenuiſſimè triti ℔j. ol. irini, anethi, & chamæmeli ana ℥viij. miſce, & teneantur per diem integrum ſæpè movendo, poſtea adde mucilaginis caricarum, vvarum paſſarum, ſeminis lini, fœnugræci, ſucci ireos, & ſcyllæ ana ʒxiiß. coquantur ferè ad emplaſtri conſiſtentiam, continuo agitando, igne lento carbonum; tunc extra ignem adde ichthyocollæ in aqua ſolutæ, & ad vnguenti conſiſtentiam coctæ ʒxiiß. iterum coquantur ad emplaſtri conſiſtentiam, & adde terebinthinæ ℥iij. reſinæ pini, & ceræ flavæ ana ℥ij. diſſolvantur, & iuxta refrigerationem adde œſipi ʒxiiß. fiat emplaſtrum, & formatum in cilyndricos, charta involue, ac ſerva.

*VIRES.*

*Reſolvit, & maturat omnes durities, & inſlammationes.*

## EMPLASTRVM DIACHYLON GVMMATVM.

℞. Bdellij, ſagapeni, opopanacis, & galbani, ana ʒiij. gummi ammoniaci ʒv. in vino diſſolvantur, colentur, & coquantur ad mellis craſſitudinem, & addantur maſſæ Diachylon magni, fiat exacta mixtio, vſuiſque vt dictum reponatur.

*VIRES.*

*Eadem præſtat, quæ ſuperius, ſed efficacius: magis enim emollit, coquit, digerit, reſolvit, & attrahit.*



UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN ® DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

*VIRES.*

*CONfert inſtammationibus, ambuſtis, podagræque calidæ applicatum, etiam mammilis affectis, & ſimilibus.* Appellatur etiam Vnguentum, Seu Butyrum Saturni.

## BALSAMVM APOPLECTICVM AVGVSTANÆ.

℞. Olei nuciſtæ expreſſi ℥j. roris marini gr. vj. ſuccini gr. iv. zibethi optimi ℈ß. moſchi orient. & Ambræ griſſeæ gr. ix. granorum ſtyracis ſelectæ gr. xx. ol. nucis moſchatæ leni calore emolliatur, cui grana ſtyracis, tum ambram cum oleis diſtillatis tritam, zibethum, & moſchum cum ſp. roſarum particula diluto commiſce, vt fiat Balſamum.

*VIRES.*

*CEphalicum eſt, & præcipuè, vt nomen indicat Apoplecticum.*

## BALSAMVM APOPLECTICVM MYNSICHT.

℞. Oleor. nucis moſchatæ expr. ℥j. ſuccini albi rectificati ʒiß. roſarum veri, & cinnamomi ana ℈j. lavendulæ, & maioranæ ana gr. xv. aſæ dulcis, & rutæ ana ℈ß. caryophyllor. & citri ana gr. iv. miſce, & adde ambræ griſſeæ ʒß. zibethi non falſi ℈iv. moſchi ʒj. fiat Balſamum.

*VIRES.*

*IN tota Republica Medica vix invenitur Balſamum Apoplecticum fama illuſtrius, virtute nobilius, honore dignius, auxilio promptius, & odore fragrantius, quàm hoc præſens. Narium enim extremitatibus ſultem, necnon vertici, atque pulſibus modicè inunctum ſpiritus miraculoſè ſuſcitat, atque ſuaviſſimè recreat.*





# CAPVT XIX.

### *De Emplaſtris, Ceratis, & Cataplaſmatis.*

## EMPLASTRVM DIACHYLON MAGNVM Meſues.

℞. Lithargyrij auri tenuiſſimè triti ℔j. ol. irini, anethi, & chamæmeli ana ℥viij. miſce, & teneantur per diem integrum ſæpè movendo, poſtea adde mucilaginis caricarum, vvarum paſſarum, ſeminis lini, fœnugræci, ſucci ireos, & ſcyllæ ana ʒxiiß. coquantur ferè ad emplaſtri conſiſtentiam, continuo agitando, igne lento carbonum, tunc extra ignem adde ichthyocollæ in aqua ſolutæ, & ad vnguenti conſiſtentiam coctæ ʒxiiß. iterum coquantur ad emplaſtri conſiſtentiam, & adde terebinthinæ ℥iij. reſinæ pini, & ceræ flavæ ana ℥ij. diſſolvantur, & iuxta refrigerationem adde œſipi ʒxiiß. fiat emplaſtrum, & formatum in cilyndricos, charta involue, ac ſerva.

*VIRES.*

*Reſolvit, & maturat omnes duritiei, & inflammationes.*

## EMPLASTRVM DIACHYLON GVMMATVM.

℞. Bdellij, ſagapeni, opopanacis, & galbani, ana ʒiij. gummi ammoniaci ʒv. in vino diſſolvantur, colentur, & coquantur ad mellis craſsitudinem, & addantur maſſæ Diachylon magni, fiat exacta mixtio, vſuiſque vt dictum reponatur.

*VIRES.*

*EAdem præſtat, quæ ſuperius, ſed efficacius: magis enim emollit, coquit, digerit, reſolvit, & atrahit.*



UANL UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN ® DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

## EMP. DIACHYLON PARVVN MESVES.

℞. Lithargyrij ℔ß. olei veteris clari ℔j. mucilaginis ſem. lini ℥ij. mucilag. pſyllij ℥iv. mucilag. ſem. hyoſcyami ℥iß. & mucilag. Radic. Althææ ℥ij. coquantur ad emplaſtri conſiſtentiam. S. A.

### *VIRES.*

*Tumores calidos digerit, & maturat.*

## EMP. DIACHYLON ALBVM, SEV SIMPLEX Meſues.

℞. Olei veteris clari ℔iv. lithargyrij ſubtiliſsime pulverati ℔iß. mucilaginum radic. althææ, ſem. lini, & fœnugræci ana ℔ij. Lithargyrium, & oleum ſimul ſubigantur per diem ſæpe agitando: hinc coquantur lento igne, ſemper ſpatulâ agitando, donec probè miſta ſint: deinde ab igne depoſita paulatim frigeſcant, poſtea mucilagines affunde, & iterum coque, ſemper agitando, ad iuxtam emplaſtri conſiſtentiam

### *VIRES.*

*Hepatis, lienis, ventriculi, & aliarum partium duros tumores emollit, & humores coquit.*

Solet etiam parari hoc emplaſtrum cum additione pulverum radicum iridis, ideſt pro vnaquaque libra emplaſtri iam facti, vncia vna pulverum; & appellatur emplaſtrum Diachylon iriatum, quod magis attrahit, incidit, & reſolvit.

*Emp. Diachylon Iriatum.*

*** *** *** *** *** ***

EM-



## EMPLASTRVM ALBVM CICATRIZANS Domini Vidos.

℞. Radicum Althææ ℔iij. ſem. fœnugræci, lini, & folior. maluæ ana ℔ß. fiat mucilago ad ℔ivß. ac detine: hinc ℞. olei communis ℔vj. lithargyrij ℔iij. hæc duo coquantur ad cerati ſpiſsitudinem, tunc adde extra ignem ℔iij. mucilaginis, & coque ad emplaſtri conſiſtentiam: deinde extra ignem adde ℔iß. mucilaginis reſtitantis, coque iterum ad humiditatis exhalationem, & emplaſtri conſiſtentiam. *Vtuntur Chyrurgici ad Cicatrizandum*

## EMP DE MVCILAGINIBVS LEMERI.

℞. Mucilagin. ſem. Althææ, ſem. lini, ſem. fœnugræci, & ficuum ana ℥iv. terebinthinæ ℥iij. reſinæ pini, medullæ cruris vituli, aut bovis, & butyri recentis ana ℥ij. ceræ citrinæ ℥xx. coquantur ſimul ad humiditatis conſumptionem, coletur, & formetur in cylindricos.

### *VIRES.*

*Emollit, ac reſolvit, imò ſuppurationem tumorum promovet.*

## EMP. DIACHALCITEOS, SEV DIAPALMA Galeni.

℞. Axungiæ ſuillæ veteris à membranis per liquationem, & colationem purgatæ ℔ij. olei veteris, & Lithargyrij ſubtiliſsime pulverati ana ℔iij. chalcitidis ad albedinem calcinatæ, & ſubtiliſsime pulveratæ ℥iv. Axungia, oleum, & Lithargyrium miſceantur, & detineantur per 24. horas, ſæpe agitando, quibus tranſactis, coquantur igne lento pru-

UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN ®
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

prunarum, ſemper agitando cum radicula virenti palmæ, & in eius defectu radicula myrti, ſeu quercus; addendo decocti palmarum ℔j. in defectu palmæ fiat decoctum cum folijs teneris myrti, ſeu quercus, & dum emplaſtri conſiſtentiam acquirat addatur chalcitis, formentur cilyndri, vſuique repone.

*VIRES.*

*Valet ad vlcera antiqua curanda, quorum humiditatem maxima vtilitate abſumit: etiam articulorum morbis, bubonibus, ambuſtis, pernionibus, oſſium fracturis, contuſionibus, omnibus denique affectibus, quos rheumaticos vocant prodeſt: œdemata reſiccat, fontanellis ligandis unicè deſtinatum eſt remedium, quas minimè ſordeſcere, aut excreſcere permittit.*

EMP. GEMINIS, SEV ALBVM COCTVM; vel de Ceruſſa.

℞. Olei roſati, & ceruſſæ ſubtiliter pulveratæ ana ℔ij. coquantur ad emplaſtri conſiſtentiam, & adde ceræ albæ ℥iv. fiat emplaſtrum S. A.

*VIRES.*

*Valet non ſolum ad vitia cutis, & ſuperficiarias exulcerationes ſiccandas, ſed ad vlcera maiora coaleſcenda, inflammationes ſedandas, & intertrigines ſanandas: ambuſtis quoque plurimum prodeſt.*

SPARADRAPVS, SEV TELA EMPLASTICA pro fonticulis.

℞. Emp. Diapalmæ, & Diachylonis minoris ana ℔ij. ceræ citrinæ ℔j. olei amygdalarum dulcium ℔ß. Liquefiant ſimul, & immergatur in eis linteum, quod extendatur in lapide, ſeu tabula madefacta, & lævigetur cum piſtilo vitreo madefacto.

ALIO



ALIO MODO PRO FONTICVLIS fœminarum.

℞. Emp. Diachylonis minoris, & Geminis ana ℔ij. ceræ albæ ℔j. olei amygdalarum dulcium ℔ß. liquefiant, & adde ceruſſæ pulveratæ ℔ß. fiat, vt ſuperius.

EMP. REGIVM, SEV DE MINIO VSTO.

Minij ℥xx. Aceti Acerrimi, & Axungiæ ana ℥xvj. olei comm. ℔ij. ceræ flavæ ℥viij. Infundantur Minium, & Acetum ſimul per dies tres, deinde adde oleum, & axungiam, & coque ad nigredinem vſque, cuius color in promptu cum ſtrepitu ſolet contigi, vltimo adde ceram, ſervetur in magdaleones.

*VIRES.*

*Vtitur in vlceribus mundificandis, ac cicatrizandis, &c.*

EMPLASTRVM TRIAPHARMACVM Galeni.

℞. Lithargyrij ℔j. olei veteris, & aceti acerrimi ana ℔iij. coquantur ſemper agitando ad emplaſtri conſiſtentiam.

*VIRES.*

*Maximè ſiccandi potentiâ pollet, curatque vlcera, & fiſtulas, exiccat, &c.*

EMPLASTRVM NIGRVM DOMINI VIDOS.

℞. Olei roſati ℔j. ceruſſæ, & ceræ flavę ana ℔ß. coquantur ſimul ad nigredinem, emplaſtrique conſiſtentiam. Convenit cum ſuperiori.

Appellatur vulgo *Sanalo todo.*

EM-

UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

## EMP. MANVS DEI, SEV MANVS CHRISTI; vel Divinum.

℞. Olei communis, & Lithargyrij ſubtiliter pulverati ana ℔ij. Ceræ citrinæ ℔i. Lapidis magnetis pp. ℥iv. Gummi ammoniaci ℥iij. & ʒiij. galbani ℥iij. opopanacis, myrrhæ, bdelij maſtiches, & viridis æris ana ℥i. thuris, radic. ariſtolochiæ longę ana ℥ij. Lithargyrium, & oleum coquantur ad emplaſtri conſiſtentiam; mox liqueſiat in eis cera, & miſceantur in aceto ſoluta, colata, & inſpiſſata, bdelium, opopanacum, & galbanum, miſceantur exactè, & iuxta refrigerationem addantur reliqua in ſubtiliſsimum pollinem redacta, & fiat emp. S. A.

*VIRES.*

V*Lcera tùm recentia, tùm antiqua ſanat, nervorum inciſioni prodeſt. Vim habet partes, quibus adhibetur, emolliendi, dolorem ſedandi, humores attrahendi, digerendi, ac reſolvendi.*

## EMP. GRATIÆ DEI EX NICOLAO.

℞. Reſinæ ℔i. terebinthinæ ℔ß. cerę albæ ℥iv. maſtiches ℥i. verbenæ, betonicæ, pimpinelæ ana M. ij. contuſis, & coctis in vino albo plantis, & reliquis ſimplicibus in illarum decocto colato, & ad ipſius abſumptionem coctis, fiat emplaſtrum.

*VIRES.*

L*Audatur ad vulnera, vlceraque repurganda, & conſolidanda, & ad partes, quibus adhibetur roborandas.*

***

EM:



## EMP. APOSTOLICON CHYRVRGICVM Guidonis.

℞. Colophoniæ ℔ij. picis navalis ℔j. galbani, ſagapeni, gummi ammoniaci, opopanacis, thuris, maſtiches, & terebinthinæ ana ℥i. aceti ℔i. ceræ citrinæ ℔ß. Colophonia, & pix navalis liquata, ac gummata aceto diſſoluta, extra ignem permiſceantur, reliqua verò in pollinem redacta addantur, fiatque emp. S. A.

*VIRES.*

O*Ptimum eſt ad vlcera antiqua ſananda: hinc ſcirrhis lienis, & aliarum partium confert.*

## EMP. APOSTOLICON NICOLAI ALEX.

℞. Lithargyrij ℔ß. ceræ citrinæ, colophoniæ ana ℥ij. propoleos, glutinis viſci quercini ana ℥j. gummi ammon. lapidis calaminaris, & thuris ana ʒvj. maſtiches, & ammoniæ ana ℥iß. terebinthinæ, galbani, bdellij, myrrhæ, æris vſti, ſarcocollæ, ſcamæ æris, dictamni cretici, ariſtolochiæ, & viridis æris ana ℥j. olei veteris ℔j. Oleum, & Lithargyrium in emplaſtrum coquantur, tunc cera, colophonia, propoleos, glutem viſci quercini, & terebinthina, pro ea colophonia, miſceantur, omnique diſſolvantur: hinc ammoniacum, galbanum, & bdellium in aceto diſſolvantur, & ad emplaſtri conſiſtentiam coquantur, ſupradictiſque addantur vltimò reliqua in ſubtiliſsimum pulverem redacta, vt fiat emplaſtrum.

*VIRES.*

S*Picula corpori altius infixa, & omnia extrahit; ad ſtrumas recentes, &*

venit
gidos

UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS ®

*diuturnos abſceſſus, viſcerum tumores, præciſos, & punctos nervos eſt per vtile. Vſurpatur inſuper ad vetuſta vlcera. Articulorum ex influxu dolores ſedat.*

EMP. FODICATIONVM PARACELSI.

℞. Ceræ, & Lithargyrij ana ℔i. Calaminaris, & colophoniæ ana ℥iiß. olei communis ℔iß. liqueſcant igne lovi cera, colophonia, & oleum ſimul; poſtea lithargyrium, & calaminaris ſubtiliſsimè trita, ſenſim inijciantur, ac coquantur ad emplaſtri conſiſtentiam, incombuſta: poſt modum imponantur gummi hęc opoponacis, ſagapeni, bdellij, ammoniaci, & galbani ana ℥iß. prius tamen in aceto ſoluta, colata, & inſpiſſata: & poſtquam alijs admiſta fuerint, addantur corallij albi, & rubri pp. mumiæ, myrrhæ, thuris, & Antimonij ana ℥ß. croci martis ʒij. His alijs admixtis partem larignæ maſtiches adijce, deinceps infunde. Poſtmodum olei hypericonis, necnon lumbricorum cum additione camphoræ ℥ß. agitato inter manus, & ſerva.

*VIRES.*

V*Alet pro omnibus vulneribus capitis, & etiam fodicatis, ac alijs, quæ minimè curare debes, ſed ſolùm relinque medicamento curam: ipſum eſt Medicus, tu vero non.*

EMP. FODICATIONVM ALIVD EIVSDEM.

℞. Galban.
terantur,
ras in ollam
to, poſtmodum
queſcant, quo pe-
ue, & exprimatur

opopanacis, ammoniaci, & bdellij ana ℥ij.
omnia minutiſsimè, ponantur per 24. ho-
ſictilem vitreatam affuſo optimo ace-
leni igne coquantur, vt gummi li-
cepto calida in ſaccum effundan-
vt ſeparentur à fecibus, quæ
a hæc iterum bulliat in olla
tan-



tandiu, donec acetum ſit omninò evaporatum, ſemper tamen agitanda ſunt, ne comburantur. Hoc coopertum ſervetur. Poſtea ſume olei olivarum ℔ij. ceræ novæ ℔ß. quæ in ollam fictilem vitreatam ſuper ignem, & ſenſim liqueſcant. Injice tandem lithargyrij pulverati ℔iß. paulatim ſemper agitando, quouſque permixta ſint, & hæc materia ſpadicei coloris. Poſtmodum accipe gummi prius cocta ad quantitatem nucis, & eijce qualibet vice tantundem, quouſque intraverint omnia, & permixta ſint, ac colliquata. Tandem adde vtriuſque ariſtolochiæ, calaminaris, myrrhæ, & thuris ana ℥j. triti terendis, & iniectis affunde olei laurini, & tutię pp. ana ℥i. & vltimo terebinthinæ puræ ℥iv. coquantur agitando ſumma cum diligentia. Depone poſt ab igne, & in magna pelvim aqua plenam effunde, poſtquam infrigidatum fuerit, vt manibus illud tractare valeas, illis oleo chamæmeli, vel roſato perunctis malaxa tribus, aut quatuor horis, & ad vſum ſerva. Durat ad annos L.

*VIRES.*

I*Stius emplaſtri virtutes innumeræ ſunt, & mirandæ ad vltra cetera, nec non recenſita. Siccat, mundificat, carnem bonam producit, conſolidat, ac ſanat vna ſeptimana magis, quam aliud integro menſe; putreſieri non permittit, aut corrumpi, nec malam carnem excreſcere: nervis reciſis, aut contuſis optimum eſt remedium, ferrum, plumbum, & alia ex vulneribus extrahit, venenoſorum animalium morſus curat, inunctis apoſtemata maturaſcere facit, contra cancrum, fiſtulam, ignem perſicum, &c. excellentiſsimum eſt, & ad omnes dolores mitigandos.*

EMP. BENEDICTVM MVSITANI.

℞. Olei communis ℔iij. radicum Arundinis ℥ij. Althææ ℥iß. Liliorum Cœleſtium ℥iij. Dum oleum ebullire in-

incipit, affunde radices mundatas, & in taleolas ſubtiliter inciſſas. Coque ad nigredinem vſque, quas aufer, & pedetentim inijce ceruſſæ ℥iij. tutiæ pp. ℥iß. ceræ citrinæ ℥iij. ſemper agitando ſpatula. Coque ad nigredinem vſque, & emplaſtri conſiſtentiam, tandem adde balſami peruviani nigri ʒij aufert ab igne, & ſerva.

### *VIRES.*

*Credibile non eſt quantum hoc emplaſtrum ad maturanda, rumpenda, & ſananda valeat omnium apoſtematum genera, tam calida, quam frigida, imò tophos podagricos matureſcere facit, & ſanat. In ſtrumis perſanandis eſt veluti Dei benedictio. In vlceribus vtere, & admiraberis effectum. In mammarum apoſtematibus non habet par, & ita verbis eſt experientia maior, vt æger ſui ipſius ſit Chyrurgus.*

## EMP. STICTICVM CROLLII.

℞. Minij, & lapidis calaminaris ana ℔ß, lithargyrij auri, & argenti ana ℥iij. olei lini, & olivarum ana ℔iß. ol. laurini ℔ß. ceræ, colophoniæ ana ℔i. vernicis, terebinthinæ ana ℔ß. gummi opopanacis, galbani, ſagapeni, ammoniaci, & bdellij ana ℥iij. ſuccini citrini, olibani, myrrhæ alexand. aloes hepaticæ, ariſtolochiæ longæ, & rotundæ ana ℥j. mumiæ tranſmarinæ, magnetis, & hæmatitis ana ℥iß. Corallij albi, & rubri, matris perlarum, ſanguinis draconis, terræ medicatę ſtringenſis, & vitrioli albi ana ℥j. florum antimonij, & croci martis ana ℥ij. Camphoræ ℥j. ſolvantur primò gummata, & depurentur, ſolvendo in aceto, exprimendo, & rurſus inſpiſſando. Secundo oleo lini, & olivarum admiſceatur vtrunque lithargyrium, coquendo, & agitando, donec oleum coloretur, poſtea addatur lapis calaminaris, & paulo poſt minium. Coquantur ad ſufficientiam; cuius proba



ba eſt ſi ſuprà vnguem gutta concreſcat, & condenſetur. Tertio tandem addantur circà finem vernix, oleum laurini, cera, & colophonia; omnibus bene mixtis, & liquefactis affunde ſucceſsivè gummata liquefacta, diligentique agitatione miſce, idque calore lentiſsimo (cave ne bulliat) poſtea admiſce pulveres: vltimo camphora reſoluta in oleo Juniperino addatur: ſi fortè nimis durum eſſet adde adhùc aliquid ceræ, & colophoniæ.

### *VIRES.*

*Prodeſt inveteratis vlceribus, & vulneribus recentibus, conſolidando, mundificando, & putredinem arcendo. Matureſcere facit apoſtemata cuncta.*

## EMP. STICTICVM, SEV PVNCTVRALE Mynſicht.

℞. Terebinthinæ cypriæ ℥iv. gummi elemi ℥ij. ceræ citrinæ, & colophoniæ ana ℥j. minij tenuiſsimè triti, ſang. draconis ana ʒvj. ſtyracis calamitæ, & magnetis ana ℥ß. radicis ariſtolochiæ rotundæ, & mumiæ tranſmarinę ana ʒij. aloes hepaticæ, & aluminis vſti ana ʒj. miſce, & cum balſamo vulnerario fiat emplaſtrum.

### *VIRES.*

*Vulnera recentia, etiam capitis, ſiccat, mundificat, conſolidat, ſanat, malaque carnis corruptionem, & excreſcentiam impedit. Inſuper ferrum, plumbum, & ſpicula altè infixa de vulneribus extrahit, dolores mitigat, & venenoſorum animalium morſus, ictuſque curat.*

## EMP. SANCTVM EX IOANNE ANDRÆA de la Cruz.

℞. Reſinæ ℔ij. olei laurini, & terebinthinæ ana ℥ij. gummi elemi ℥iv. coquantur ad emplaſtri conſiſtentiam, coletur abſque expreſsione, & reponatur ad vſum, pro vlceribus pectoris.

## EMPLASTRVM ISIS EX GALENO.

℞. Ceræ ℥xiiß. terebinthinæ pro ea picis grecæ ℥xxv. ſquamæ æris rubri, æruginis raſæ, ariſtolochiæ rotundæ, thuris, ſalis ammoniaci, gummi ammoniaci, æris vſti, & galbani ana ℥j. aluminis vſti ʒvj. myrrhę, & aloes ana ℥ß. olei veteris ℥ix. aceti acerrimi q. ſ. Cera, pix græca, & oleum liquentur ſimul, colentur, eiſque adde galbanum, & ammoniacum priùs in aceto ſoluta, colata, & inſpiſſata, poſtea reliqua in ſubtiliſſimum pulverem redacta, vt fiat emp. S. A.

### *VIRES.*

*VAlet ad omne vulnus, ad capitis affectus cum oſsium præciſione; puncturas nervorum, canumque morſus, fiſtulas recentes ſanat, venenum viperæ, ſcorpionis, & draconis marini trahit: ſtrumas aufert, oculorum fluxiones fronti oppoſitum ſiſtit, putredinem, & vlceribus purgat, &c.*

*Æris calcinatio.* Æs calcinatur faciendo ſtratum ſuper ſtratum cuprilaminati, & ſulphuris pulverati in olla, eamque in furno reverberi collocando, dandoque ignem, donec cuprum rubicundiſsimum, & inſtar cinnabaris appareat.

## EMP. MAGNETICVM ANG. SALÆ.

℞. Gummi ſagapeni, ammoniaci, & galbani ana ℥iiß. terebinthinæ laricis, & ceræ ana ℥ivß. Magnetis arſenicalis ℥iij. terræ vitrioli lotæ ℥j. olei ſuccini ℥ij. Gummata illa tria diſſolve in aceti ſcyllitici ℥xx. poſteà ſolutionem per pannum lini cola, & exprime, quam deinde tandiu bullire cures, donec acetum fuerit conſumptum, excipe pauxillum ſpatula, & in frigida, dum videas ita induruiſſe, ac ſi gummi eſſet: ſerva in loco calido, donec in reſiduo incorporaveris, quo facto accipe ceram, & terebinthinam, fac, vt lento igne in ſe coeant: remota à calore aliquantulum agitando, donec ad ſpiſsitudinem vnguenti reducantur; deinde adde gummata ſoluta antea, poſteà adiunge magnetem arſenicalem ſubtilitèr pulveratum, terram vitrioli, & oleum ſuccini; poſtremò paſtillos forma, & corio, aut veſica oleo ſcorpionum inuncta involve.



### *VIRES.*

*ANthraces peſtilentes maturat, rumpit, & venenum ad ſe rapit, certiſsimum præſidium, ne venenum retrò intra corpus recedat, apertum enim vlcus coire non patitur ante perfectam extractionem omnis veneneſitatis. Item ſcrophulas perſanat, nam illas purificat, & materiam peccantem à longinquioribus partibus atrahit per 5. aut 6. ſeptimanas operans, illaſque conſolidat. Applicatum plagis putridis, & venenoſis intra biduum, aut triduum venenum in cutem educit, & in nigerrimam eſcharam condenſat.*

Aliam deſcriptionem adfert idem Angelus Sala: quæ hęc eſt: ℞. Gummi ſagapeni, ammoniaci, & galbani ana ℥iij. terebinthinę coctæ, & ceræ virgineæ ana ℥ivß. magnetis arſenicalis ℥ij. & ʒij. radicis aronis pulverati ℥j.

De hoc emplaſtro Hoffmannus in clave Schrod. de emp. ita ſcribit: Hoc emplaſtrum licet aliàs excellenti, & ſpecifica polleat virtute ad foràs eliciendum venenum, & virus in pus convertendum in vlceribus, aut carbunculis peſtilentialibus, tamen in quartana non ſolum



UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

è regione lienis impoſitum admodum proficuum expertus fui, verum etiam in illiaca paſsione & prolapſu inteſtinorum in ſcrotum ex hernia; gloriantur plerique Italorum in ſuis lectionibus hunc inmodum: Domini mei hoc notate benè, hoc eſt meum inventum. Poſſum ego cum Deo, & rei veritate gloriari hoc emp. contra iliacam paſsionem ex hernia adhibendum, à me prius eſſe caſu quodam inventum, atque hoc eſt, cuius in tract. de meth. medendi per exempla ab hoc reſtitura mentionem feci, prout, & hactenus etiam in vteri dislocatione non ſine ſalutari effectu deprehendi. Tamen Doleus encycl. chym. tom. 1. lib. 3. cap. 2. ſic habet: Vt fatear, quod verum eſt, ſæpius id applicari iuſſi hernioſis meis, qui nullum exindè habuerunt levamen, nec ſcio, qua vi attractoria ſuum edere poſſit effectum.

### EMP. ABSALON.

℞. Ladani depurati, reſinæ, colophoniæ, olei roſati, ceræ citrinæ, & ſepi hircini ana ℥iv. aceti albi acerrimi ℔ß. coquantur ad aceti conſumptionem: forma globos, eoſque in aceto ſerva.

### VIRES.

*Maturat, digerit, ſuppurat, &c.*

### EMP. OXYCROCEVM NICOLAI.

℞. Croci, picis navalis, colophoniæ, & ceræ ana ℥iv. terebinthinæ, galbani, ammoniaci, myrrhæ, thuris, maſtiches ana ℥j. & ʒiij. Galbanum, & ammoniacum in aceto diſſolvantur, colentur, inſpiſſentur, cera, colophonia, pix, & pix græca pro terebinthina liquefiant, & cum eis ſoluta optimè miſceantur, & iuxta refrigerationem reliqua ſubtiliter pulverata addantur, & fiat emplaſtram.

VI-



### VIRES.

*AD contuſa oſsium fracturas, & abſceſſuum inveteratorum duritiem emolliendam idoneum, emplaſticum quoque, & gignendo callo habile.*

### EMP. OXYCROCEVM EX AVGVSTANA

℞. Ceræ citrinæ, picis græcæ, & colophoniæ ana ℔j. terebinthinæ, gummi ammoniaci, & galbani (iſta duo in aceto ſoluta, & inſpiſſata) croci, mirrhæ, thuris, & maſtiches ana ℥iv. fiat emplaſtrum S. A.

### EMPASTRVM GALBANI CROCACVM Mynſicht.

℞. Galbani in aceto diſſoluti, & inſpiſſati ℔ß. emp. de Meliloto, & Diachylon. ſimp. ana ℥iij. Ceræ citrinæ ℥ij. terebinthinæ albę ℥i. liquefiant, & iuxta refrigerationem adde croci pulverati ʒvj. fiat emp.

### VIRES.

*EXpertum eſt ad emolliendos, & reſſolvendos tumores duros, & ſcirrhoſos, necnon ad ſedandos vehementes cuiuſcumque partis dolores: inſuper omnes ſtrumas emollit, lenit, concoquit, digerit, incidit, atque diſſolvit. Præterea in convulſione, & ſingultu vtile eſt.*

### EMP. GALBANI EIVSDEM.

℞. Galbani in aceto diſſoluti ℥j. picis navalis ʒß. emp. Diachylonis ſimp. ʒij. Salis ammoniaci ℈j. miſce, & fiat emp.

* * * * * * * * *

Nn 3 VI-

UANL UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS ®

*VIRES.*

C*Vm panno ſuper verrucas, & clavos in pedibus dolorem, & impedimentum in inceſſu adferentes ponatur, tertio, aut quarto die ſemper mutato, & eſt expertum.*

GALBANVM COCTVM EIVSDEM.

℞. Galbani in aceto diſſoluti, & ceræ citrinæ ana ℔ß. terebinthinæ albæ ℥iv. miſce, & fiat emp.

*VIRES.*

M*Agnarum, in emolliendo, & reſolvendo eſt virium; atque articularum tophos, nodos, ſcrophulas, ac tumores duros emollit, digerit, reſolvit, eorumque dolores ex influxu frigido ſedat. Verrucas, & clavos pedetentim tollit. Emicraniam loco affecto applicatum emendat, Nervos, ac uterum roborat; morſibus, & ictibus rabidorum animalculorum venenatis medetur.*

EMP. SPERMATIS CETI· EIVSDEM.

℞. Ceræ albæ ℥iv. ſpermatis ceti ℥ij. Galbani in aceto diſſoluti ℥j. miſce, & fiat emp.

*VIRES.*

M*Ammis Puerperarum poſt partum non lactantium impoſitum, & continuè per multos dies geſtatum, omnibus ex lacte doloribus, & tumoribus etiam duris, imo ſcrophulis, & ſtrumis medetur: lac enim coagulatum, ſive concretum ſolvit, eiuſque abundantiam abſumit.*

***

EM-



EMPLASTRVM ANODYNVM.

℞. Sepi hircini, olei amygdalarum dulcium, ol. liliorum albor. mucilaginum feminis althææ, lini, & Cydoniorum ana ℥ij. medullę vaccinæ ℥i axungiæ gallinæ, & anatis ana ℥ß. ceræ, & emp. Diachylon. minoris ana ℥iv. coquantur muccagina cum oleis, & axungijs ad humiditatis conſumptionem, poſtea miſceantur, & liquefiant reliqua ſemper agitando ad refrigerationem vſque, vbique ſervetur.

*VIRES.*

I*Uncturarum tophos, ac nodos duros mollit, diſſolvit; craſſa, lentaque pulmonis, ac thoracis excrementa ad eiectionem per ſputum magis habilia reddit.*

EMP. TACAMAHACÆ PRO DOLORE capitis.

